Gregorii. — Laudat collum in figuram circuli gyratum quod ubique in superbis equorum pullis fieri videmus. Torquium enim mentio indicat circulum, cujus figura in cervice ostensa reddit equum seipso decentiorem; ὅρμος autem proprie quidem dicitur in locis maritimis in quibus littus intrinsecus in lunæ formam cavatum, sinu excipit

Κυρίλλου. — Ἤγουν, εἰ μὴ μετανοήσῃς, φησὶν, ὀπίσω τῶν ἐθνῶν εὑρεθήσῃ· ἅτε μὴ ἔχουσα καρποὺς δικαιοσύνης, ἄκαρπος μένουσα, καὶ ὀπίσω ποιμνίων ὧν ἐμαυτὸν συνεστησάμην.

Ἀπολιναρίου. — Κατὰ δὲ τὴν ἔκδοσιν τοῦ Συμμάχου, τοιαύτην ἔχει τὴν ἔννοιαν· *Εἰ μήπω τὸν χαρακτῆρα τῆς ἐμῆς ἐπέγνωκας ποίμνης, καὶ κατὰ νόμους ἐμοὺς τὸν σεαυτῆς ποιμανεῖς λαὸν, ἐξελθοῦσα τοῖς ποιμνίοις ἀκολούθει* · γνώσει γὰρ οὕτως, ὅτι μὴ κατὰ τὴν ποίμνην τὴν Ἰουδαϊκὴν βαδίζει πρόβατα τὰ ἐμά· οὕτω γὰρ ποιμαινομένη, καὶ τὰ ἑαυτῆς νεαρὰ ποιμαίνουσα θρέμματα, ἅπερ εἶπεν ἐρίφους, γνώσῃ ποῦ νέμει Χριστὸς, καὶ τίνες οἱ ὑπ' αὐτὸν νεμόμενοι, τὸν πνευματικὸν ἔχοντες καὶ κάλλιστον χαρακτῆρα, καθ' ὃν καλὴ ἐν γυναιξὶν ἡ ἐξαίρετος Ἐκκλησία.

Ὠριγένους. — Τὸ πολυθρύλλητον δὲ παρ' Ἕλλησιν ἐπίφθεγμα προείληπται παραδοθὲν τῷ σοφῷ Σολομῶντι, τὸ, *Γνῶθι σαυτὸν*, κ. τ. λ. (17).

Η'. *Τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασι Φαραὼ ὡμοίωσά σε, ἡ πλησίον μου.*

Γρηγορίου. — Ἵππους Θεοῦ ἀντιτασσομένη τοῖς ἅρμασι Φαραὼ, δύναμίς τις ἀγγελικὴ καὶ ἀόρατος καταποντίζουσα τὸν Αἰγύπτιον· ᾗ παρεικάζεται ἡ τῷ λουτρῷ κεκαθαρμένη ψυχὴ, πᾶν Αἰγύπτιον νόημα καὶ πᾶσαν τὴν ἀλλόφυλον κακίαν τοῖς ὕδασι κατακλύζουσα· τὴν οὖν ποτε, φησὶ, γενομένην ἐν ἅρμασι Φαραὼ, τῇ ἵππῳ μου νῦν παρωμοίωσά σε.

Κυρίλλου. — Ἤγουν δεξαμένην τὴν ἐμὴν, ὦ Ἐκκλησία, πίστιν τοῖς ἀποστόλοις εἰκάσθης· περὶ ὧν τὸ, « Ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία· » οἳ καὶ κατὰ τῶν ἁρμάτων εὐτρεπίσθησαν τοῦ νοητοῦ Φαραώ.

Θ'. *Τί ὡραιώθησαν σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος;*

Γρηγορίου. — Ἐπείπερ ἵππος ἀκόλαστος, τῆς τρυγόνος αὐτὴν ἐκόσμησε σωφροσύνην· ἵππον γὰρ εἶπον, φησὶν, οὐχ ὡς κημοῦ δεομένην καὶ χαλινοῦ· ἐμπρέπει γὰρ ἡ καθαρά σοι ζωή.

Κυρίλλου. — Ἤγουν τὴν αἰδὼ τὴν πρὸς τὸν νυμφίον παρίστησι διὰ τῆς τρυγόνος· ἐρυθραὶ γὰρ τῆς τρυγόνος αἱ σιαγόνες· τῇ δὲ συναγωγῇ τοὐναντίον· « Ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι ἀπανηνσχύντησας πρὸς πάντας. »

Ὠριγένους. — Ἀλλὰ καὶ μέλη Χριστοῦ Ἐκκλησίαν νύμφης ὁ Παῦλός φησιν, κ. τ. λ. (18).

Τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκοι.

Γρηγορίου. — Ἐπαινεῖ τὸν τράχηλον τὸν ἐν σχήματι κύκλου γυρούμενον; ὃ δὴ περὶ τοὺς γαύρους τῶν πώλων ὁρῶμεν γινόμενον· ἡ γὰρ τῶν ὁρμίσκων μνήμη τὸν κύκλον ἐνδείκνυται, οὗ τὸ σχῆμα ἐπὶ τοῦ αὐχένος δεικνύμενον, εὐπρεπέστερον αὐτοῦ τὸν πῶλον ποιεῖ· ὅρμος δὲ λέγεται, κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν παραλίων τόπων, ἐν οἷς ἡ ὄχθη καὶ τὸ

[15] Habac. III, 8. [16] Jerem. III, 3.

NOTÆ.

(17) Scholium illud quod in C. B. sub nomine Apollinarii continuatur, leges *Patrol.* t. XVII. col. 256, 257.

(18) *Patrol.* t. XVII, col. 257.

Digitized by Google

ἐντὸς μονοειδῶς κοιλανθεῖσα, ὑποδέχεται τῷ κόλπῳ τὴν θάλασσαν· καὶ ἀναπαύει δι' ἑαυτῆς τοὺς ἐκ τοῦ πελάγους προσπλέοντας· ἐκ μεταφορᾶς δὲ διὰ τοῦ σχήματος, ὁ περιτραχήλιος κόσμος ὅρμος λέγεται· ὡς δὲ εἰς κύκλου σχῆμα κάμπτων ὁ πῶλος τὸν αὐχένα πρὸς τὰς ἰδίας τῶν ποδῶν βάσεις ὁρῶν, δι' ὧν ἀπρόσκοπόν τε καὶ ἀσφαλῆ ποιεῖται τὸν δρόμον, μήτε τῷ λίθῳ προσπταίων, μήτε κενεμβατῶν ἐν τῷ βόθρῳ· τοῦτο δὲ οὐ μικρὸν εἰς εὐφημίαν ἐστὶ ψυχῆς, τὸ πρὸς ἑαυτὴν βλέπειν· καὶ δι' ἀσφαλείας ἀπάσης πρὸς τὸν θεῖον δρόμον ἐπείγεσθαι· εἰ δὲ ἦν ἑνὶ μόνῳ προσεικασμένη ὁρμίσκῳ, ἀτελὴς πάντως ὁ ἔπαινος ἦν, ὡς οὐ τὴν αὐτὴν καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν τὴν μαρτυρίαν ἔχων· νῦν δὲ πᾶσαν συλλαμβάνει τῷ λόγῳ τῶν ἀρετῶν τὴν μαρτυρίαν, ἡ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ὁρμίσκων ὁμοίωσις.

A mare, ac per se quietis stationem præbet iis qui e mari adnavigant: ex metaphora autem propter figuram ornamentum colli dicitur ὅρμος. Sicut autem equus cervicem in orbem flectens ad omnes suos gressus aspicit, quo fit ut inoffensus et tutus sit gressus ejus, neque ad lapidem offendens, neque in foveam temere incidens: ita nec hoc parvum facit ad laudem animæ, nempe ad seipsam respicere, et cum omni securitate ad cursum divinum festinare. Si autem uni soli assimilata torqui esset, laus omnino esset imperfecta, quod non idem haberet testimonium in cæteris virtutibus: nunc autem oratione complectitur omne virtutum testimonium, ista torquium multitudini assimilatio.

B

Διδύμου. — Ὁρμίσκοι (19) γάρ, ἡ καθαρὰ πίστις, ἡ ἀμόλυντος σωφροσύνη, ὁ καθαρὸς βίος· ἤγουν αὐτὸ χρῆμα κόσμος ἐστὶν, ἀλλ' οὐ κόσμιον περικείμενος.

Didymi. — Torques enim sunt pura fides, immaculata continentia, munda vita. Vel ipsa res per se ornatus est, sed non ornatum addens.

Κυρίλλου. — Λέγει τράχηλον τὸ ὑποτακτικὸν τῆς ψυχῆς· πῶς γὰρ κόσμος καλὸς, αὐχὴν μελετήσας φέρειν τοῦ Χριστοῦ τὸν ζυγόν;

Cyrilli. — Dicit autem collum animi submissionem, quomodo enim non pulchrum ornamentum sit studiose ferre jugum Christi?

ι', ια'. *Ὁμοιώματα χρυσίου ποιήσωμέν σοι μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου· ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ.*

Vers. 10, 11. *Similitudines auri faciemus tibi cum notis argenti. Donec rex in accubitu suo.*

Ὠριγένους. — Τοῦτο δὲ, οὐ πολὺς ἦν οὐδὲ κεχυμένος ὁ ἄργυρος, κ. τ. λ. (20).

Origenis. — Hoc autem, nec multum nec fusum erat argentum, etc.

Γρηγορίου. — Ἄξιον δὲ τοῦτο μὴ παραδραμεῖν ἀθεώρητον· τί δήποτε οὐκ αὐτὸ τὸ χρυσίον εἰς κόσμον παραλαμβάνεται, ἀλλὰ τοῦ χρυσίου τὰ ὁμοιώματα· καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ ἄργυρος, ἀλλὰ τὰ ἐκ τῆς ὕλης ταύτης, τῷ ὁμοιώματι τοῦ ἀργυρίου συγκροτούμενα στίγματα· τὸ τοίνυν διὰ τοῦτο δηλούμενον τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ἡ θεία φύσις πάσης ὑπέρκειται καταληπτικῆς διανοίας. Τὸ δὲ περὶ αὐτῆς ἡμῖν ἐγγινόμενον νόημα, ὁμοιώματά ἐστι τοῦ ζητουμένου· οὐ γὰρ αὐτὸ δείκνυσιν ἐκείνου τὸ εἶδος, ὃ οὔτε τις οἶδεν, οὔτε ἰδεῖν δύναται, ἀλλὰ δι' ἐσόπτρου καὶ δι' αἰνίγματος ἐμφασίν τινα σκιαγραφεῖ τοῦ ζητουμένου, ἐκ τινος εἰκασμοῦ ταῖς ψυχαῖς γινόμενον· πᾶς δὲ λόγος τῶν τοιούτων νοημάτων σημαντικὸς, στιγμῆς τινος ἀμεροῦς δύναμιν ἔχει, μὴ δυνάμενος ἐμφῆναι ὅπερ ἡ διάνοια βούλεται· ὡς εἶναι πᾶσαν μὲν διάνοιαν κατωτέραν τῆς ἀληθείας κατανοήσεως· πάντα δὲ λόγον ἑρμηνευτικὸν στιγμὴν βραχεῖαν δοκεῖν, μὴ δυνάμενον τῷ πλάτει τῆς διανοίας ἐπεκτείνεσθαι· τὴν οὖν διὰ τῶν τοιούτων ῥημάτων χειραγωγουμένην ψυχὴν πρὸς τὴν τῶν ἀλήπτων περίνοιαν, διὰ μόνης πίστεως εἰσοικίζειν ἐν ἑαυτῇ λέγει δεῖν τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν φύσιν· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ παρὰ τῶν φίλων λεγόμενον, ὅτι Σοὶ ποιήσωμεν, ὦ ψυχή, τῇ καλῶς πρὸς τὸν ἵππον ἀπεικασθείσῃ, ἐνδάλματά τινα τῆς ἀληθείας καὶ ὁμοιώματα· τοιαύτη γὰρ καὶ τοῦ τῶν λόγων ἀργυρίου ἡ δύναμις

Gregorii. — Par est autem hoc non prætermittere inconsideratum, cur nempe non ipsum aurum assumitur ad ornatum, sed auri similitudines: et non ipsum argentum, sed quæ ex hac materia impressæ sunt notæ auri similitudini. Quod ergo per hæc significatur est hujusmodi: divinam nempe naturam excedere omnem intelligendi facultatem; quæ autem de ea nobis inest intelligentia, similitudo est ejus quod quæritur. Non enim ostendit ipsam illius formam, quam neque novit quispiam nec videre potest, sed per speculum et ænigma describit quamdam illius quod quæritur apparentem speciem quæ animis ex quadam conjectura inest. Omnis autem oratio quæ significat hujusmodi mentis conceptiones, habet vim cujusdam puncti individui, non valens explicare id quod vult mentis cogitatio. Ita ut omnis quidem mentis conceptio sit infra Dei comprehensionem: omnis autem interpretans oratio videtur esse brevis punctus, cum non possit simul extendi cum latitudine cogitationis. Animam igitur, quæ per hujusmodi mentis conceptiones tanquam manu ducitur ad eorum quæ capi non possunt, cogitationem dicit, per solam fidem oportere ad suam introducere habitationem, naturam illam quæ omnem superat intelligentiam. Et hoc est illud quod dicitur ab amicis, Tibi, o anima, quæ recte equis es assimilata, faciemus quædam virtutis simulacra et

C

D

NOTÆ.

(19) Ὁρμίσκοι — βίος in C. B. continuantur sub nomine Gregorii.
(20) *Patrol.* t. XVII, col. 257.

Digitized by Google

similitudines. Talis enim horum sermonum argenti vis, ut scintillarum specie irradiari videantur verba, quæ insitum iis intellectum exacte nequeant exprimere. Tu autem his acceptis per fidem fies subjugale et habitaculum ejus qui in te reclinaturus est per tui inhabitationem : ejus enim et sedes eris et domus fies ; cum amici sponsi hæc puræ dedissent virgini animæ, hi autem « sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis [15]. »

Philonis.—Etiam similitudines auri sunt martyres tanquam aurum in igne probati, stigmata Christi in corpore suo portantes : sed et in tempore pacis, non solum in persecutionibus angustam arctamque viam incedendum, donec rex in regeneratione advenia[t].

Cyrilli. — Vel argentum quidem, ut in Scriptura solet, divina doctrina sit, aurum vero divina charismata. Omnia quæ Christi adventum præcesserunt, similitudines erant et umbræ futurorum (prout Apostolus ait) bonorum. At ubi Christus resurrexit, perfecta hominibus munera largitus est. Ante resurrectionem vero similitudines habebamus a sodalibus ejus, tum lege, tum prophetis.

Nardus mea dedit odorem suum.

Procopii. — Suavem odorem dicit e variis virtutibus, tanquam floribus sponsæ compositum ; si quidem in semetipsa olfacit suavem odorem Christi ; vel etiam passionem ejus dixit, in qua alabastrum unguenti effusum dedit ubique odorem suum.

Origenis. — Nam sponsi, inquit, odorem etc.

Gregorii. — Quemadmodum enim vos, inquit, administratorii spiritus, non ipsum sincerum divinitatis aurum, sed per eas mentis conceptiones quas capere possumus nobis donatis auri similitudines, non dilucida oratione quæ sunt ejus aperientes, sed per exiguas rationalis argenti notas præbentes quasdam apparentes ejus quod quæritur species, sic et ego per intellectum hujus unguenti illius ipsius bonum odorem sensu percepi. Istiusmodi autem mihi videtur habere sensum : Quemadmodum ex diversis aromatibus secundum aliam atque aliam proprietatem fragrantibus, artificiosa et moderata mistio, tale efficit unguentum ex iis quæ simul injiciuntur, unius cujusdam herbæ odoriferæ cui nomen nardus, quæ toti compositioni nomen præbet : sic utique si quis omnem bene olentem florem ex variis virtutum pratis collegerit, et totam vitam suam unum fecerit unguentum per bonum odorem singulorum vitæ studiorum, et per omnia perfectus evaserit, in ipsum quidem Dei Verbum, tanquam in solis orbem, ob eminentiam obtutum figere naturaliter non potest ; sed in seipso tanquam in speculo solem aspicit. Illius enim veræ et

[15] Hebr. I, 14.

ὡς ἐναυγάσματα σπινθηροειδῆ δοκεῖν εἶναι τὰ ῥήματα, μὴ δυνάμενα δι' ἀκριβείας ἐμφῆναι τὸ ἐγκείμενον νόημα : σὺ δὲ ταῦτα δεξαμένη, ὑποζύγιόν τε καὶ οἰκητήριον γενήσῃ διὰ πίστεως, τοῦ ἐν σοὶ ἀνακλίνεσθαι μέλλοντος διὰ τῆς ἐν σοὶ κατοικήσεως· τοῦ γὰρ αὐτοῦ καὶ θρόνος ἔσῃ καὶ οἶκος γενήσῃ· ταῦτα τῶν φίλων τοῦ νυμφίου τῇ καθαρᾷ καὶ παρθένῳ χαρισαμένων ψυχῇ, *εἶεν δ' ἂν οὗτοι τὰ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν.*

Φίλωνος. — Καὶ ὁμοιώματα (21) χρυσίου οἱ μάρτυρες, ὡς χρυσὸς ἐν πυρὶ δοκιμασθέντες· φέροντες ἐπὶ τοῦ σώματος τὰ στίγματα τοῦ Χριστοῦ καὶ ἐν καιρῷ δὲ εἰρήνης οὐ μόνον ἐν διωγμοῖς· διὰ τὸ ἐλέσθαι τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ἕως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ παραγένηται.

Κυρίλλου. — Ἤγουν ἀργύριον μὲν ἐν τῇ Γραφῇ συνήθως, ἡ θεία διδασκαλία· χρυσίον δὲ τὰ θεῖα χαρίσματα· πάντα δὲ πρὸ τῆς ἐπιδημίας Χριστοῦ, ὁμοιώματα ἦν καὶ σκιὰ τῶν μελλόντων, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἀγαθῶν· ἀναστὰς δὲ Χριστὸς τὰ τέλεια τοῖς ἀνθρώποις δεδώρηται· πρὸ δὲ τῆς ἀναστάσεως ὁμοιώματα εἴχομεν, παρὰ τῶν ἐπαίνων αὐτοῦ, τοῦ τε νόμου καὶ τῶν προφητῶν.

Νάρδος ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ.

Προκοπίου. — Εὐωδίαν φησὶν ἐκ ποικίλων ἀρετῶν καθάπερ ἐξ ἀνθέων συναγομένην τῇ νύμφῃ· ἐν ἑαυτῇ γὰρ ὀσφραίνεται τῆς εὐωδίας Χριστοῦ· καὶ εἰ τὸ πάθος εἶπεν αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ καὶ τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου χυθὲν διέδωκε πανταχοῦ τὴν ὀσμήν.

Ὠριγένους. — Τὴν γὰρ τοῦ νυμφίου φησὶν ὀσμὴν, κ. τ. λ. (22).

Γρηγορίου. — Ὡς γὰρ ὑμεῖς, φησὶ, τὰ λειτουργικὰ πνεύματα, οὐκ αὐτὸ τὸ ἀκήρατον τῆς θεότητος χρυσίον, ἀλλ' ὁμοιώματα διὰ τῶν χωρητικῶν ἡμῖν νοημάτων τοῦ χρυσίου χαρίζεσθε· οὐ τηλαυγεῖ τῷ λόγῳ τὰ κατ' αὐτὸν ἐκκαλύπτοντες, ἀλλὰ διὰ τῆς βραχύτητος τῶν τοῦ λογικοῦ ἀργυρίου στιγμάτων ἐμφάσεις τινὰς παρασχόμενοι τοῦ ζητουμένου, οὕτω κἀγὼ διὰ τῆς ἐπιπνοίας τοῦ ἐμοῦ μύρου, τὴν αὐτοῦ ἐκείνου εὐωδίαν τῇ αἰσθήσει παρεδεξάμην· τοιοῦτον δὲ, μοι δοκεῖ, νοῦν ἔχει· Ὥσπερ ἐκ διαφόρων ἀρωμάτων, ἄλλου κατ' ἄλλην ἰδιότητα εὐπνοούντων, τεχνικὴ τις καὶ ἔμμετρος μίξις τὸ τοιοῦτον ἀπεργάζεται μύρον μιᾶς τινος πόας εὐώδους ἐκ τῶν συνεμβαλλομένων, ᾗ ὄνομα νάρδος ἐστὶν, ὅλῳ τῷ κατασκευάσματι περιεχομένης τὸ ὄνομα· οὕτω καὶ εἴ τις πᾶν ἄνθος εὐωδίας ἐκ τῶν ποικίλων τῆς ἀρετῆς λειμώνων ἀνθολογήσας καὶ πάντα ἑαυτοῦ τὸν βίον ἓν μύρον διὰ τῆς τῶν καθ' ἕκαστον ἐπιτηδευμάτων εὐοσμίας ἀπεργασάμενος, διὰ πάντων γένοιτο τέλειος, πρὸς αὐτὸν μὲν τὸν Θεὸν Λόγον, ὡς πρὸς ἥλιον κύκλον ἀτενῶν ἐνιδεῖν φύσιν οὐκ ἔχει, διὰ τὸ ὑπερκείμενον τῆς οὐσίας, ἐν ἑαυτῷ δὲ, καθάπερ ἐν κατόπτρῳ, βλέπειν τὸν ἥλιον· αἱ γὰρ τῆς ἀληθινῆς καὶ θείας ἀρετῆς ἀκτῖνες τῷ

NOTÆ.

(21) Καὶ ὁμοιώματα — παραγένηται in C. B. continuantur sub nomine Gregorii.
(22) *Patrol.* t. XVII, col. 260.

Digitized by Google

κεκαθαρμένῳ βίῳ, διὰ τῆς ἀπορρεούσης αὐτῶν ἀπαθείας ἐκλάμπουσαι, ὁρατὸν ποιοῦσιν ἡμῖν τὸν ἀόρατον, καὶ ληπτὸν τὸ ἀπρόσιτον · τῷ ἡμετέρῳ κατόπτρῳ ἐνζωγραφοῦσα τὸν ἥλιον · ἢ καὶ τὸ πάθος αἰνίττεται τοῦ Χριστοῦ, ἐφ' ᾧ καὶ τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου χυθὲν, διέδωκεν τὴν ὀσμήν.

ιβ'. *Ἀπόδεσμος τῆς στακτῆς ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, ἀνὰ μέσον τῶν μαστῶν μου αὐλισθήσεται.*

Γρηγορίου (23). — Διὰ τούτων μείζονα καὶ τελειοτέραν ἐμφαίνει σοφίαν, ἣν κατορθῶσαι μόνον τῶν ἤδη τετελειωμένων ἐστίν · ἐπειδὴ γὰρ ἔθος ταῖς φιλοκόσμοις γυναιξὶ μὴ τοῖς ἔξωθεν προκοσμήμασι μόνον ἐπινοεῖν ἑαυταῖς τὸ ἐπὶ τῶν συμβιούντων ἐράσμιον, ἀλλ' ἐπιτηδεύειν διά τινος εὐπνοίας, ἡδίω τὰ σώματα τοῖς ἑαυτῶν ἀνδράσι φαίνεσθαι, τὸ καταλλήλως ἐνεργοῦν πρὸς τὴν τοιαύτην χρείαν ἄρωμα, ἐντὸς τῆς κατὰ τὴν ἐσθῆτα περιβολῆς ἐγκρύπτουσαι · οὗ τὸν οἰκεῖον ἀτμὸν ἐκδιδόντος, καὶ τὸ σῶμα τῇ τοῦ ἀρώματος εὐπνοίᾳ συγκαταχρώννυται τοῦ ἐμοῦ αὐχένος ἀπόδεσμος, καὶ κατὰ τοῦ στήθους εὐωδιάζων τὸ σῶμα · αὐτός ἐστιν ὁ Κύριος, οὐχ ἕτερον ἄρωμα · στακτὴ γὰρ γενόμενος ἔγκειται τῷ ἀποδέσμῳ τῆς συνειδήσεως αὐτῇ μου τῇ καρδίᾳ νῦν αὐλιζόμενος, οἱονεὶ ἐν τῷ βαθεῖ καὶ μεσαιτάτῳ, ἐν ᾧ τόπῳ τὸ ἀγαθὸν θησαυρίζεται, καὶ ζωπυρεῖ τὰ τοῦ σώματος μέλη · μηδὲ μιᾶς ἀνομίας τὴν κατὰ Θεὸν ἀγάπην ἀποψυχούσης · στακτὴ δὲ γέγονεν, ὡς ἄτευκτος ἐπὶ πόκον, καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν · λέγει δὲ καὶ ἐν Ψαλμοῖς, « Σμύρνα καὶ στακτὴ καὶ κασία ἀπὸ ἱματίων σου · » μή ποτε οὖν τοῦ Δεσποτικοῦ θανάτου σύμβολον ἡ στακτὴ καὶ σμύρνα, ἣν ἀπόδεσμον τῇ ἑαυτῆς περιφέρει καρδίᾳ ἡ νύμφη ;

Ὠριγένους. — Εἰποῦσα τὴν νάρδον τοῦ νυμφίου, κ. τ. λ. (24).

Κυρίλλου. — Νάρδῳ καὶ ἀποδέσμῳ στακτῆς, ὁ ἐνταφιασμὸς σημαίνεται Χριστοῦ · ἃ Νικόδημος φέρων ἐνετύλιξε τὸ σῶμα αὐτοῦ · μαστοὺς δὲ φέρει τὰς δύο διαθήκας ἡ νύμφη, ὧν ὁ Χριστὸς ἀνὰ μέσον αὐλίζεται.

ιγ'. *Βότρυς τῆς Κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, ἐν ἀμπελῶσιν Ἐνγαδδί.*

Γρηγορίου. — Τίς οὕτω μακάριος ὥστε τὸν ἴδιον καρπὸν βλέπων ἐν αὐτῷ τῷ βότρυϊ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ὁρᾷν τοῦ ἀμπελῶνος δεσπότην ; ἰδοὺ γὰρ ὅσον τηὐξύνθη ἡ ἐν τῇ ἰδίᾳ νάρδῳ τοῦ νυμφίου ἐπιγνοῦσα τὴν εὔπνοιαν, ἡ στακτὴν αὐτὸν εὐώδη ποιησαμένη, καὶ διαλαβοῦσα τῷ τῆς καρδίας ἐνδέσμῳ τὸ ἄρωμα. ὡς ἂν παραμένῃ αὐτῇ τὸ ἀγαθὸν διὰ παντὸς ἀδιάπνευστον, μήτηρ τοῦ θείου βότρυος γίνεται, τοῦ πρὸς μὲν τοῦ πάθους κυπρίζοντος, ὅπερ ἐστὶν ἀνθοῦντος, ἐν δὲ τῷ πάθει τὸν οἶνον προχέοντος · ὁ γὰρ τὴν καρδίαν ἡμῶν εὐφραίνων οἶνος, αἷμα σταφυλῆς μετὰ τὴν τοῦ πάθους οἰκονομίαν γίνεται καὶ ὀνομάζεται ·

A divinæ virtutis radii puræ vitæ illucescentes per promanantem ex illis impatibilitatem inaspectabilem nobis aspectabilem reddunt et comprehensibilem eum ad quem non patet aditus, in speculo nostro solem describentes : vel etiam passio Christi innuitur, in qua et alabastrum unguenti effusum dedit odorem.

Vers. 12. *Fasciculus myrrhæ fratruelis meus mihi ; in medio uberum meorum demorabitur.*

Gregorii. — Per hæc majorem et perfectiorem indicat philosophiam, quam recte exsequi solum eorum est qui jam sunt perfecti. Cum enim mos sit sui ornandi cupidis mulieribus, non solum externis procurare ornamentis ut sint amabiles iis qui cum ipsis vivant, sed etiam dare operam ut per quam-
B dam suaveolentiam corpora quoque suis maritis suaviora videantur, ad eum usum congruens aroma intra suæ vestis ambitum occultantes, quo suum emittente vaporem, corpus quoque bono odore aromatis simul afficitur. Ait igitur et hæc magni animi virgo quasi dependens e cervice mea fasciculus et in pectore suaveolentia corpus perfundens, ipse est Dominus, non aliud aroma. Myrrha enim effectus inest fasciculo conscientiæ, in ipso meo corde commorans quasi in profundo et intimo meditullii loco bonum thesaurizatur, et vivificat membra corporis, nulla iniquitate dilectionem erga Deum infrigidante. Myrrha porro factus est sicut nimirum pluvia in vellus descendens, et sicut
C stillicidia stillantia super terram. In Psalmis etiam ait : « Myrrha, gutta, et casia a vestimentis tuis [18]. » Num forte Dominicæ mortis symbolum gutta et myrrha quam instar fasciculi corde suo sponsa circumfert?

Origenis. — Postquam dixit sponsi nardum, etc.

Cyrilli. — Nardo et myrrhæ fasciculo sepultura Christi designatur, quæ Nicodemus ferens involvit corpus ejus. Ubera vero fert sponsa duo testamenta, in quorum medio Christus demoratur.

Vers. 13. *Botrus Cypri fratruelis meus mihi in vineis Engaddi.*

Gregorii. — Quis adeo beatus ut suum fructum
D videns in ipso suæ animæ botro, videat vineæ Dominum ? Vide enim quantum crevit quæ in sua nardo sponsi bonum cognovit habitum quæ myrrha ipsi odorifera effecta est, et cordis fasciculo aroma complexa, ut illi perpetuo maneat bonum nunquam exspirandum. Fit mater divini botri ante passionem quidem gemmascentis, id est florentis, in passione vinum effundentis. Vinum enim cor lætificans fit et nominatur sanguis uvæ post passionis œconomiam. Cum autem botro fruamur dupliciter, nempe cum flos bono odore

[18] Psal. XLIV, 9.

NOTÆ.

(23) Scholium hoc in C. B. nullum auctoris præfert nomen.
(24) *Patrol.* t. XVII, col. 260.

Digitized by Google

sensus oblectat ; vel cum fructu jam perfecto in nostra situm est potestate aut ejus comestione delectari, aut in conviviis vino exhilarari. Hic sponsa adhuc florentem botrum decerpit, Cyprum vitis florem appellans. Qui enim natus est nobis, puer Jesus, in diversis ipsum suscipientibus diverso modo proficiens sapientia et ætate et gratia non in omnibus idem est, sed pro mensura ejus in quo exsistit, secundum capacitatem illius qui illum capit talis apparet, vel infans, vel proficiens, vel perfectus, juxta naturam botri, qui non eadem semper specie in vite conspicitur, sed una cum tempore formam mutat, florens, vernans, perfectus, maturus, vinum factus. Hic est ergo botrus Cypri, botrus vinum promittens, nondum autem vinum exsistens, sed per florem nascens : spes autem est flos de futura gratia fidem faciens. Odoratum enim delectat ante gustum, bonorum exspectatione, spei vaporibus animi sensus recreans. Adjectio autem vocabuli *Gaddi* significat locum pinguem in quo vitis radices agens opimum ac suavem fructum edit. Sic enim qui de locorum scribunt historia dicunt sortem Gaddi esse appositam ad alendos botros. Quoniam igitur qui legi Domini voluntatem habet congruentem, diu et noctu in ea meditans, efficitur arbor semper germinans, aquarum affluxibus pinguis evadens, suoque tempore opportuno fructum ferens ea de causa sponsi vinea in Gaddi agro pingui actis radicibus in profunda cogitatione quæ per divina documenta irrigatur et augetur florentem hunc et vernantem botrum produxit, sponsi formæ assimilatum. Si enim ipse quidem vitis, nos autem palmites, in ipso utique qui vitis est fructum ferimus.

διπλῆς· οὖν οὔσης ἐν τῷ βότρυϊ τῆς ἀπολαύσεως, τῆς μὲν ἐκ του ἄνθους, ὅταν εὐφραίνῃ τῇ εὐωδίᾳ τὰ αἰσθητήρια, τῆς δὲ διὰ τοῦ τελειωθέντος ἤδη καρποῦ, ὅταν ὑπάρχῃ κατ' ἐξουσίαν, ἢ τῆς βρώσεως κατατρυφᾷν, ἢ συμποσίοις τῷ οἴνῳ φαιδρύνεσθαι· ἐνταῦθα ἡ νύμφη ἔτι τὸν ἀνθοῦντα βότρυν καρποφορεῖ· Κύπρον τὴν οἰνάνθην κατονομάζουσι· τὸ γὰρ γεννηθὲν ἡμῖν παιδίον Ἰησοῦς ἐν τοῖς δεξαμένοις αὐτὸν, διαφόρως προκόπτων σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι, οὐκ ἐν πᾶσιν ὁ αὐτός ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ μέτρον ἐν ᾧ γίνεται· καθὼς ἂν ὁ χωρῶν ἱκανότητος ἔχῃ, τοιοῦτος φαίνεται, ἢ νηπιάζων, ἢ προκόπτων, ἢ τελειούμενος, κατὰ τὴν τοῦ βότρυος φύσιν· ὃς οὐ πάντοτε μετὰ τοῦ αὐτοῦ εἴδους ἐπὶ τῆς ἀμπέλου ὁρᾶται· ἀλλὰ καὶ συνεξαλλάσσει τῷ χρόνῳ τὸ εἶδος, ἀνθῶν, κυπρίζων, τελειούμενος, πεπαινόμενος, οἶνος γινόμενος· οὕτως τοίνυν ὁ τῆς Κύπρου βότρυς ἐστὶ βότρυς οἶνον ἐπαγγελλόμενος, οὔπω δὲ οἶνος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἄνθους γινόμενος· ἡ δὲ ἐλπὶς τὸ ἄνθος ἐστὶ, τὴν ἐσομένην χάριν πιστούμενον· τὴν ὄσφρησιν γὰρ εὐφραίνει ἀντὶ τῆς γεύσεως τῇ προσδοκίᾳ τῶν ἀγαθῶν, τοῖς ἀτμοῖς τῶν ἐλπίδων ἡδύνον τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια· ἡ δὲ τοῦ *Γαδδὶ* προσθήκη σημαίνει τὸν πίονα χῶρον, ᾧ ῥιζωθεῖσα ἡ ἄμπελος, εὔτροφον καὶ ἡδὺν καρπὸν ἀπεργάζεται· οὕτω γὰρ καὶ οἱ τοπικῶς ἱστορήσαντες λέγουσι τὸν κλῆρον τοῦ Γαδδὶ ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς εὐτροφίαν βοτρύων· ἐπειδὴ τοίνυν ὁ τῷ νόμῳ Κυρίου σύμφωνον ἔχων τὸ θέλημα, καὶ διὰ πάσης νυκτός τε καὶ ἡμέρας ταύτην τὴν μελέτην ποιούμενος, ἀειθαλὴς γίνεται δένδρον, ταῖς τῶν ὑδάτων ἐπιῤῥοαῖς πιαινόμενος· τούτου χάριν καὶ ἡ τοῦ νυμφίου ἄμπελος ἐν τῷ Γαδδὶ τῷ πίονι τόπῳ ἐῤῥίζωμένη βαθείᾳ τῇ διανοίᾳ διὰ τῶν θείων διδαγμάτων καταρδομένη καὶ αὔξουσα τὸν εὐανθῆ τοῦτον καὶ μορφὴν ὁμοιούμενον. Εἰ γὰρ αὐτὸς μὲν ἡ ἄμπελος, κυπρίζοντα βότρυν ἐξήνθησε, πρὸς τὴν τοῦ νυμφίου ἡμεῖς δὲ τὰ κλήματα, ἐν αὐτῇ δηλονότι τῇ ἀμπέλῳ καρποφοροῦμεν.

Nili. — Botrum Cypri, vel florentem uvam suum dicit fratruelem, vel ex Cypro botrum eximium quid fortassis ista patria in botrorum fertilitate obtinente. Utrum autem horum de sponsa dicatur, posteriori consentit sensui ; etenim si fratruelem suum florentem appellet uvam, istius modi quid ait, ipsum nempe dum adhuc in apparentibus periculis versatur, vernantem esse botrum, sed qui per spem jam conceperit suam perfectionem dum adhuc in flore est ; et licet necdum comestionis, boni tamen odoris fruitionem præbet, et resurrectionis indicat jucunditatem, ipso flore fructum latenter subinsinuans, ac floris interim odore bono consolans. Est enim in vineis Engaddi quod interpretatur oculus tentationis. Etenim Dominus in cruce suspensus, tanquam in loco tentationis omnium oculis erat expositus multum desperationis objiciens intuentibus, attamen minime scandalizabatur anima perfecta, quæ perfectam erga ipsum habebat dilectionem et ex prophetis sibi persuadebat, hoc oportuisse fieri. Etsi enim multos vel etiam omnes ea quæ fiebant perturbarent, me tamen nihil horum commovit aut titubare fecit.

Νείλου. — Βότρυν Κύπρου ἢ τὴν ἀνθοῦσαν λέγει σταφυλήν, ἢ τὸν ἐκ τῆς Κύπρου βότρυν, ἴσως ἐξαίρετόν τι ἐχούσης τῆς πατρίδος, εὐτοκίᾳ βοτρύων· ὁπότερον δὲ τούτων ἂν λέγηται παρὰ τῆς νύμφης, τῷ ὀπίσω συνᾴδει νοήματι· καὶ γὰρ ἀνθοῦσαν λέγει σταφυλὴν τὸν ἑαυτῆς ἀδελφιδὸν, τοιοῦτο λέγει· ὅτι ἕως ἐστὶν ἐν τοῖς δοκοῦσι περιστατικοῖς, κυπρίζων ἐστὶ βότρυς· πλὴν τῶν δι' ἐλπίδος ἀπεκδεχομένων τὴν τούτου τελείωσιν· ἐμοὶ δὲ καὶ ἐν τῷ ἄνθει ὤν, εἰ καὶ μὴ τὴν ἐκ τῆς βρώσεως, ἀλλὰ γοῦν τὴν ἐκ τῆς εὐωδίας παρέχει ἀπόλαυσιν, καὶ τὴν τῆς ἀναστάσεως ὑποφαίνει εὐφροσύνην· τῷ ἄνθει λεληθότως τὸν καρπὸν ὑποκυλίων, καὶ τῇ εὐωδίᾳ τοῦ ἄνθους τέως παραμυθούμενος· ἐν ἀμπελῶσι γάρ ἐστιν Ἐν Γαδδὶ, ὅπερ ἑρμηνεύεται, ὀφθαλμὸς πειρατηρίου· καὶ γὰρ ὁ Κύριος κρεμάμενος ἐν σταυρῷ ὡς ἐν πειρατηρίῳ τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς, πολλὴν ἀμηχανίαν παρέχων τοῖς ὁρῶσιν· ἀλλ' οὐκ ἐσκανδαλίζετο ἡ τελεία ψυχὴ, τελείαν ἔχουσα τὴν εἰς αὐτὸν ἀγάπην, καὶ ἐκ τῶν προφητειῶν πεπεισμένη, ὅτι ταῦτα ἔδει γενέσθαι· καὶ γὰρ πολλοὺς, φησὶν, ἢ καὶ πάντας ἐτάραξε τὰ γεγενημένα, ἀλλ' οὐδὲν ἐμὲ τούτων παρεκίνησεν· οὐδὲ διττάσαι παρεσκεύασεν· εἰ δὲ καὶ κατὰ τὴν

Digitized by Google

ἄλλην ἐκδοχήν, βότρυς Κύπρου ἐστί, σκεπτέον πῶς τῆς Κύπρου βότρυς ὤν, οὐκ ἐν ἀμπελῶσι Κύπρου, ἀλλ' Ἐνγαδδὶ λέγεται εἶναι· τάχα οὖν ὅτε ἦν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, βότρυς ἦν τῆς Κύπρου Θεὸς Λόγος ὤν· ὅτε δὲ τῷ κόσμῳ διὰ σαρκὸς ἐπεδήμησεν, ἐν ἀμπελῶσι γέγονε τῇ Γαδδί· ἐν ᾗ οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ πειρατηρίου οὐκ ἔχοντες ἀκριβῆ τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν, δυσδιάγνωστον ἐποίουν τὸ φαινόμενον, ἰσορρεπῶς τῆς διανοίας ἐφ' ἑκάτερα κινούσης, ἐπί τε τὴν θεϊκὴν ἀξίαν διὰ τὸ μέγεθος τῶν θαυμάτων, ἐπί τε τὴν ἀνθρωπίνην εὐτέλειαν διὰ τὰ πάθη· μετὰ γοῦν τὴν τοιαύτην, ἔν τε ταῖς πράξεσιν, ἔν τε τοῖς δόγμασιν αὐτοῖς ἀκρίβειαν ἀμειβόμενος αὐτὴν ὁ νυμφίος, μᾶλλον δὲ τὰ προσόντα αὐτῇ φησι μαρτυρῶν, *Ἰδοὺ εἶ καλὴ*, καὶ τὰ ἑξῆς.

A Quod si vero etiam secundum aliam expositionem botrus Cypri sit, considerandum quomodo cum Cypri botrus esset, non in vineis Cypri sed Engaddi esse dicitur? Fortassis utique quando erat in sinu Patris, ante incarnationem, botrus erat Deus Verbum exsistens; quando autem ad mundum per carnem advenit, in vineis exstitit Gaddi in qua oculi tentationis non habentes accuratam veritatis comprehensionem, eum qui apparebat cognitu difficilem reddebant, dum mens ad utraque æqualiter inclinaretur, ad divinam dignitatem propter miracula, et ad humanam vilitatem propter passiones. Postquam igitur, tam in operibus quam in doctrinis talem ejus diligentiam alternis exercuisset sponsus, magis ea quæ ipsi aderant, suo testimo-
B nio confirmans, ait: *Ecce, pulchra es*, etc.

ιε'. *Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ εἶ καλὴ, ὀφθαλμοί σου περιστεραί.*

Vers. 14. *Ecce pulchra es, propinqua mea, ecce pulchra es: oculi tui columbæ.*

Γρηγορίου. — Ἐν μὲν τοῖς φθάσασιν, ἵππου τινὸς εὐμορφίαν τῷ φαινομένῳ προσεμαρτύρησε· νῦν δὲ ὡς παρθένου λοιπὸν ἀποδέχεται τὸ ἀναφανὲν κάλλος, καί φησιν· *Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου*· παιδεύει δὲ διὰ τούτων ὁ λόγος, ταύτην εἶναι τοῦ κάλλους τὴν ἐπανάληψιν, τὸ πλησίον τῆς τοῦ καλοῦ γενέσθαι πηγῆς· πρότερον μὲν γάρ, φησὶν, οὐκ ἦς καλή· διότι τοῦ ἀρχετύπου κάλλους ἀποξενωθεῖσα τῇ πονηρᾷ γειτνιάσει τῆς κακίας πρὸς τὸ εἰδεχθὲς ἠλλοιώθης· ἀποστᾶσα δὲ νῦν τῆς τοῦ κακοῦ κοινωνίας, καὶ ἐμοὶ πλησιάσασά τῷ ἀρχετύπῳ κάλλει, καὶ αὐτὴ καλὴ γέγονας, οἷόν τι κάτοπτρον τῷ ἐμῷ χαρα-
C κτῆρι ἐμμορφωθεῖσα· εἶτα ἐπισχών, καὶ οἷον ἐν προσθήκῃ τινὶ καὶ ἐπιτάσει γενομένην τοῦ κάλλους αὐτὴν θεασάμενος, πάλιν τὸν αὐτὸν ἐπαναλάμβανει λόγον εἰπών· *Ἰδοὺ εἶ καλὴ*· ἀλλ' ἐν τῷ προτέρῳ τὴν πλησίον ὠνόμασεν· ἐνταῦθα δὲ τὴν ἐκ τοῦ ὀνόματος τῶν εἰδῶν γνωριζομένην· *Ὀφθαλμοί σου* γάρ, φησὶ, *περιστεραί*· πρότερον μὲν γὰρ ὅτε τῷ ἵππῳ ἀφωμοιώθη, ἐν σιαγόνι τε καὶ τραχήλῳ ὁ ἔπαινος ἦν· νῦν δὲ ὅτε τὸ ἴδιον αὐτῆς ἀνεφάνη κάλλος, ἡ τῶν ὀφθαλμῶν χάρις ἐγκωμιάζεται· ὁ δὲ τῶν ὀφθαλμῶν ἔπαινος, τὸ περιστεραῖς εἶναι τὰ ὄμματα· ἐπειδὴ πρὸς ὃ ἄν τις ἐνατενίσῃ, τούτου δέχεται ἐν ἑαυτῷ τὸ ὁμοίωμα· καὶ γάρ φασιν οἱ τὰ τοιαῦτα φυσιολόγων ἐπιστήμονες, ὡς τὰς τῶν εἰδώλων ἐμπτώσεις δεχόμενος ὁ ὀφθαλμὸς, αἱ τῶν ὁρατῶν ἀπορρέουσιν, D οὕτως ἐνεργεῖ τὴν ὄψιν· ἡ μηκέτι αἷμα καὶ σάρκα, τουτέστι τὸν σωματικὸν βίον, βλέπουσα νύμφη, ἀλλὰ τῆς σωματικῆς προσπαθείας ἀπηλλαγμένη, εἰκότως τὸ τῆς περιστερᾶς εἶδος ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν λέγεται· τουτέστιν τὸν χαρακτῆρα τῆς πνευματικῆς ζωῆς, τῷ διορατικῷ τῆς ψυχῆς ἐναυγάσασα· καὶ ἐπείπερ ὁ καθαρὸς αὐτῆς ὀφθαλμὸς, δεκτικὸς τοῦ τῆς περιστερᾶς χαρακτῆρος γέγονεν, ἤγουν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διὰ τοῦτο χωρεῖ καὶ τὸ τοῦ νυμφίου κάλλος θεάσασθαι· « Οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. »

Gregorii. — In præcedentibus quidem illi cujusdam equi apparentem sub testimonio tribuit pulchritudinem, nunc vero tanquam virginis de cætero in ipsa relucentem approbat venustatem, et ait: *Ecce pulchra es, propinqua mea.* Docet autem per hæc oratio hanc pulchritudinis esse resumptionem quod fonti pulchritudinis propinqua facta sit. Nam prius quidem, inquit, non eras pulchra, quod mala vitii appropinquatione a primaria abalienata pulchritudine, in deformitatem fueris commutata. Nunc autem a mali societate recedens mihique appropinquans, exemplari pulchritudini ipsa quoque pulchra evasisti, velut quoddam speculum meo characteri conformata. Deinde cum se cohibuisset et eam veluti in quadam additione et accessione contemplatus esset pulchritudinis, rursus eamdem repetit orationem, dicens: *Ecce pulchra es.* Sed prius eam nominavit propinquam; hic autem ex specie oculorum cognitam. *Oculi* enim *tui*, inquit, *columbæ.* Prius enim quando equo fuit assimilata, laus erat in maxilla et collo, nunc autem cum ejus propria apparuit pulchritudo, laudatur gratia ejus oculorum. Laus autem ejus oculorum quod sint oculi columbæ, siquidem in quod quis defixerit oculos, ejus in se suscipit similitudinem. Tradunt enim qui sunt præditi scientia hujusmodi rerum naturalium, quod oculus simulacrorum incursiones ex rebus aspectabilibus emanantes excipiens, ita formet visionem. Igitur non amplius ad carnem et sanguinem, hoc est ad vitam corporalem sponsa respiciens, sed a corporea affectione liberata, merito columbæ speciem in oculis habere dicitur, hoc est characterem vitæ spiritalis perspicaci animi facultate illustrari. Et quoniam purus ejus oculus capax factus est characteris columbæ, nempe Spiritus sancti, propterea etiam capax est contemplandi sponsi pulchritudinem. « Nemo enim potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto [16]. »

[16] I Cor. XII, 3.

Digitized by Google

Nili. — Bis dicit *pulchra* propter ejus in utroque homine, interiore, inquam, et exteriore, puritatem. Columbæ autem ejus oculos merito appellat, quoniam omnibus pro diversitate rerum circa ipsum gestarum simul una mentem mutantibus et alia quidem ante passionem, alia vero in ipsa passione de ipso cogitantibus, atque heterodoxis juxta earum contrarietatem phantasiis firmitatem propositi convellentibus, sola spiritaliter ea quæ fiebant intelligebat, nihil eorum quæ accidebant secundum multorum opinionem judicans, sed eam quam ab initio de ipso tanquam Deo existimationem habuerat, in utrisque temporibus custodiens. Propinquam porro ipsam vocat, propter incarnationem quandoquidem ejus corpus assumpsit. Sed et sororem ipsam vocat propter conjunctionis puritatem, et sponsam propter invidiæ vacuitatem; semper enim exsistens sponsa vigentem ac recentem habet amorem, diligens et dilecta.

Cyrilli. — Pulchram eam dicit, haud sicut antea inter mulieres dixerat: sed dum hic eam proximæ titulo denotat, sponsæ laudem duplicat sponsus, dotes ejus theoreticas simul practicasque commendans. Jam oculos mentis cordisque dicit, columbæque oculos propter perspicaciam, quod etiam de Spiritu dato accipitur. Ait ergo sponsam mente auctam quæ Deum solum spectat. Oculi autem sunt etiam innocui acuteque cernentes Ecclesiæ magistri.

VERS. 15, 16. *Ecce pulcher es, fratruelis meus, et formosus; lectulus noster umbrosus. Trabes nostræ cedri, laquearia nostra cupressi.*

Philonis.—Vel pulcher in lege, speciosus in Evangelio; pulcher in prophetis, speciosus in apostolis; pulcher temporalibus bonis adjuvando, et speciosus in bonis futuris. *Cubile nostrum umbrosum.* Tu autem nos in morte respicis. Nam « Etiamsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es [17]. » Sponsa autem de domo sibi a sponso ædificata glorians illa dicit, per tigna sanctos prophetas designans. Justus enim sicut palma florebit, quasi cedrus Libani multiplicabitur. Laquearia domum et pulchram et jucundam efficiunt.

Gregorii. — Omnia enim, inquit, quæcunque mihi pulchra videbantur, ut gloria vel pulchritudo, aut principatus vel quidlibet ejusmodi, aversabar. Non mihi amplius aberrat de bono judicium, ut aliud aliquid æstimem, præter te, esse bonum ac pulchrum. Tu enim verus pulcher, nec pulcher tantum, sed ipsa boni pulchrique essentia, qui cum vitæ æternitate simul extendis speciem seu decorem, cui nomen fecit hominum amor. Tanquam ex Juda nobis ortus es; Judæorum enim populus frater ejus qui ad te ex gentibus accedit, recte propter divinitatis tuæ in carne factam manifestationem, ejus quæ amat nominatus es fratruelis. Deinde

[17] Psal. XXII, 4.

Νείλου. — Δὶς τὸ *καλὴ* λέγει· διὸ τὴν ἐν ἀμφοτέροις τοῖς ἀνθρώποις αὐτοῖς τῷ τε ἔσω καὶ τῷ ἔξω καθαρότητα· περιστερᾶς δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς εἰκότως προσαγορεύει· ἐπειδὴ πάντων τῇ διαφορᾷ τῶν περὶ αὐτὸν οἰκονομηθέντων συμμεταβαλλόντων τὴν γνώμην· καὶ ἄλλα μὲν πρὸ τοῦ πάθους, ἄλλα δὲ ἐν τῷ πάθει περὶ αὐτοῦ ὑπολαβόντων· καὶ ἑτεροδόξοις ταῖς κατ' ἐναντιότητα φαντασίαις τὸ ἰσχυρὸν τῆς προαιρέσεως κλονησάντων, πνευματικῶς ἐνόει τὰ τελούμενα· οὐδὲν συμβαινόντων κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν κρίνουσα· τὸν δὲ ἐξ ἀρχῆς περὶ αὐτοῦ ὡς Θεοῦ δόξαν ἐν ἑκατέρου φυλάξασα τοῖς καιροῖς· πλησίον δὲ αὐτὴν λέγει διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, ἐπειδὴ τὸ ἐκείνης ἀνέλαβε σῶμα· καλεῖ δὲ αὐτὴν καὶ ἀδελφὴν, διὰ τὸ τῆς συναφείας ἁγνόν· καὶ νύμφην, διὰ τὸ ἀδιάφθορον· ἀεὶ γὰρ οὖσα νύμφη, ἀκμάζοντα καὶ νεαρὸν ἔχει τὸν πόθον, ἀγαπῶσα καὶ ἀγαπωμένη.

Κυριλλου. — Καλὴν αὐτὴν φησιν, οὐχ ὡς πρότερον ἐν γυναιξὶ λέγων μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὡς πλησίον αὐτοῦ ἀναδιπλασιάζει τῆς νύμφης ὁ νυμφίος τὸν ἔπαινον· τό τε θεωρητικὸν αὐτῆς ἐπαινῶν, καὶ τὸ πρακτικόν· ὀφθαλμοὺς δὲ τοὺς εἰς νοῦν καὶ καρδίαν φησίν· περιστερᾶς, τὸ διορατικοὺς, καθὸ καὶ εἰς Πνεῦμα λαμβάνεται· λέγει οὖν ὡς ἐδέξατο νοῦν ἡ νύμφη, μόνον ὁρῶντα Θεόν· ὀφθαλμοὶ δὲ καὶ οἱ ἄκακοι καὶ ὀξυδερκεῖς τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι.

ιε', ις'. *Ἰδοὺ εἶ καλὸς, ἀδελφός μου, καὶ γε ὡραῖος· κλίνη ἡμῶν σύσκιος· δοκοὶ ἡμῶν κέδροι· φατνώματα ἡμῶν κυπάρισσοι.*

Φίλωνος. — Ἤγουν καλὸς ἐν νόμῳ, ὡραῖος ἐν προφήταις, ὡραῖος ἐν ἀποστόλοις, καλὸς ἐν ἀγαθοῖς τοῦ παρόντος αἰῶνος, ὡραῖος ἐν τοῖς τοῦ μέλλοντος. *Προσκλίνη δὲ ἡμῶν σύσκιος*, σὺ δὲ ἡμᾶς καὶ ἐν θανάτῳ σκέπεις. « Ἐὰν γὰρ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ· » ἐγκαλλωπιζομένη δὲ ἡ νύμφη τῷ οἰκοδομηθέντι αὐτῇ παρὰ τοῦ νυμφίου οἴκῳ, ταῦτά φησιν· δοκοὺς μὲν λέγουσα τοὺς ἁγίους προφήτας· δίκαιος γὰρ ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται· φατνώματα γὰρ ἡ τῶν σανίδων εὐαρμοστία πρὸς γλυφὴν τεκτόνων ἐπιτηδεία.

Γρηγορίου. — Πάντα γὰρ ὅσα μοι πρότερον ἐν καλοῖς ἐνομίζετο, φησὶν, οἷον δόξα ἢ κάλλος ἢ δυναστεία ἤ τι τοιοῦτον, ἀπεστράφην, καὶ οὐκ ἔτι μοι πεπλάνηται ἡ τοῦ καλοῦ κρίσις, ὥστε παρὰ σὲ, ἀλλ' ὅτι καλὸν οἴεσθαι· σὺ γὰρ ὁ ἀληθὴς καλός· οὐ καλὸς δὲ μόνον, ἀλλ' αὐτὴ τοῦ καλοῦ ἡ οὐσία, ὁ τῇ ἀϊδιότητι τῆς ζωῆς συμπαρατείνων τὴν ὥραν, ᾧ ὄνομα ἡ φιλανθρωπία ἐγένετο· ὡς δὲ ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας ἡμῖν· ἀδελφὸς γὰρ ὁ ἐξ Ἰουδαίων λαὸς τοῦ ἐξ ἐθνῶν σοι προσιόντος, καλῶς διὰ τὴν ἐν σαρκὶ γεγενημένην τῆς θεότητός σου φανέρωσιν, ἀδελφιδὸς τῆς ποθούσης κατωνομάσθης. Εἶτα ἐπήγαγε· *Προσκλίνη ἡμῶν σύσκιος*· τουτέστιν, ἔγνων σου, ἤτοι γνώσεται

Digitized by Google

ἡ ἀνθρωπεία φύσις σύσκιον τῇ οἰκονομίᾳ γενόμενον· ἦλθες γὰρ σὺ, φησὶν, ὁ καλὸς ἀδελφιδός, ὡραῖος πρὸς τὴν κλίνῃ ἡμῶν σύσκιος γενόμενος· ὡραῖος, ἀλλ' ὡς χωροῦμεν δέξασθαι· καὶ γὰρ ἡ πρὸς τὴν ἀνθρωπότητα ἐπανάπαυσίς σου, συνεσκίασε τῇ σαρκὶ τὴν θεότητα· ἐπεὶ τίς ἂν ὑπέστησε τὴν ἐμφάνειαν; Κλίνην δὲ ὀνομάζει, ὡς νύμφη, τῇ τροπικῇ σημασίᾳ τῇ πρὸς τὸ Θεῖον ἀνάκρασιν, καὶ κοινωνίαν ἀνθρωπίνης οὐσίας ἑρμηνεύουσα· ταύτην δὲ οὐκ ἂν ἄλλως ἦν δυνατὸν γενέσθαι, εἰ μὴ διὰ τοῦ συσκίου ἡμῖν φανῆναι τὸν Κύριον· ὃς οὐ νυμφίος μόνον, ἀλλὰ καὶ οἰκοδόμος ἐστίν· αὐτὸν ἡμῖν καὶ τεχνιτεύων τὸν οἶκον, καὶ ὕλη τῆς τέχνης γενόμενος· ὄροφον γὰρ ἐπιβάλλει τῷ οἴκῳ, διὰ τῆς ἀσήπτου ὕλης καλλωπίζων τὸ ἔργον· τοιαύτη δέ ἐστιν ἡ κέδρος καὶ ἡ κυπάρισσος· κέδροι μὲν γὰρ διὰ τὸ ἐπιμήκεις εἶναι τῷ πλάτει τοῦ οἴκου τῷ ὀρόφῳ διαλαμβάνουσι· κυπάρισσοι δὲ διὰ τῆς γενομένης φατνώσεως, τὴν ἔνδοθεν τοῦ ῥίκου κατασκευὴν ὡραΐζουσιν· ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ὁ Κύριος βροχὴν ὀνομάζει τὰς ποικίλας τῶν πειρασμῶν προσβολὰς ἐπὶ τοῦ καλῶς τὴν οἰκίαν ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσαντος· ὅτι κατέβη ἡ βροχὴ, καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ ἦλθον οἱ ποταμοὶ, καὶ ἀπαθὲς ἔμεινεν ἐν τούτοις τὰ οἰκοδομήματα· χρεία τοιούτων ἡμῖν δοκῶν, αἵτινές εἰσιν αἱ ἀρεταὶ αἳ τὰς πειρασμῶν ἐπιῤῥοὰς οὐ προσίενται, στερεαὶ οὖσαι καὶ ἀνένδοτοι· καὶ τὸ πρὸς κακίαν ἀμέθεκτον ἐν τοῖς πειρασμοῖς διασώζουσαι· μήποτε μαλακισθέντες διὰ τῆς τῶν παθημάτων ἐμπτώσεως, κοῖλοι γενώμεθα, καὶ τὴν ἐπιῤῥοὴν τῶν τοιούτων ὑδάτων ἔξωθεν ἐπὶ τὴν καρδίαν εἰσρέουσαν ἐντὸς τῶν ταμιείων παραδεξώμεθα, δι' ὧν φθείρεται ἡμῖν τὰ ἀπόθετα· αἰνίττεται δὲ διὰ τῶν δοκῶν καὶ τοῦ φατνώματος ὁ λόγος, ὅπερ ἐστὶν εὔρυθμός τις καὶ διάγλυφος σανίδων πῆξις, τὸ τῆς ὀρόφου κάλλος διαποικίλλουσα· καὶ τῆς εὐπνοίας τῆς φυσικῶς παρακολουθούσης τῇ κυπαρίσσῳ, ἥτις καὶ σηπεδόνος ἐστὶν ἀπαράδεκτος, καὶ πρὸς πᾶσαν τεκτονικὴν φιλοτεχνίαν ἐπιτήδειος· τῷ μὴ μόνον ἐν τῇ ψυχῇ τὰς ἀρετὰς ἐν ἕξει κατορθοῦσθαι κατὰ τὸ ἄδολον, ἀλλὰ μηδὲ τῆς κατὰ τὸ φαινόμενον εὐσχημοσύνης ἀμελῶς ἔχειν· χρὴ γὰρ προνοεῖν καλὰ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ Θεῷ μὲν πεφανερῶσθαι, ἀνθρώπους δὲ πείθειν καὶ καλὴν μαρτυρίαν ἔχειν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν· λάμπειν τε τοῖς φωτεινοῖς ἔργοις ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ εὐσχημόνως περιπατεῖν πρὸς τοὺς ἔξωθεν· ταῦτά ἐστι τὰ φατνώματα τὰ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ εὐωδίας, ἧς αἴνιγμά ἐστιν ἡ κυπάρισσος ἐν τῇ εὐσχημοσύνῃ τοῦ βίου φιλοτεχνούμενα.

A subjungit *Lectulus noster umbrosus* : hoc est : Te cognovit sive cognoscet humana natura umbrosum factum per dispensationem. Venisti enim, inquit, tu pulcher fratruelis, ad lectum nostrum, factus umbrosus. Speciosus sed prout capere possumus. Etenim tua cum humanitate commoratio obumbravit carne divinitatem. Alioquin quis sustinuisset apparitionem? Lectum autem nominat sponsa tropica significatione interpretans humanæ naturæ cum divina contemperationem atque communicationem. Fieri autem non poterat ut ea esset, nisi per hoc quod Dominus umbrosus per corpus nobis apparuit, qui non solum est sponsus, sed etiam ipse ædificatus in nobis fuit Dominus, et domus architectus et artis materia, tectum enim B imponit domui per materiam imputribilem opus ornans : talis est autem cedrus et cupressus. Cedri namque quod proceræ sint, latitudinem domus tecto complectuntur; cupressi autem per ea quæ dicuntur laquearia, decorem addunt internæ operis constructioni. Cum enim in Evangelio Dominus imbrem vocet varios tentationum insultus, dicens de eo qui recte domum supra petram ædificaverat : quod descenderit imber, et flaverint venti, et venerint fluvii; et in iis illæsum manserit ædificium [18]. Opus est nobis istiusmodi trabibus quæ sunt virtutes quæ tentationum alluviones non intromittant, utpote firmæ ac solidæ, quæ non facile cedant et hoc servient ut in tentationibus a vitio minime emolliantur; ne per passionum ingruentiam emolC liti excavemur et ejusmodi aquarum extrinsecus in cor influentium influxum intra penetralia admittamus quibus nobis pereant quæ sunt reposita. Insinuat autem, ut opinor, sermo per trabes et laquearia (quæ sunt apta quædam et concinna ac celata asserum compactio, tecti varians pulchritudinem), et fragrantiam quæ naturaliter cyparissum consequitur, quæque nullam admittit putredinem, et est apta ad omne artificium fabrile, non solum in occulto habituales animæ virtutes recte ordinandas, sed nec eam quæ deforis apparet decentiam ac honestatem esse negligendam. Sunt enim providenda bona coram Deo et hominibus, et oportet Deo quidem esse manifestam, hominibus autem D persuadere et bonum habere testimonium apud eos qui foris sunt, et splendidis lucere operibus coram hominibus, et decore honesteque ambulare apud eos qui foris sunt : hæc sunt laquearia per bonum Christi odorem cujus ænigma est cupressus, in vitæ honestate artificiose elaborata.

Νείλου. — Συγγνωμόνως πάλιν αὐτὴ, μᾶλλον δὲ ἐκπλησσομένη, ἐπὶ τῷ ἀκοῦσαι καλὴ παρὰ τοῦ νυμφίου· μόνῳ γὰρ ἐκείνῳ τὴν τοιαύτην ἐπίκλησιν ἁρμόζειν ἐνόμιζε, θνητῷ δὲ οὐδενί· εὐθέως ἐπ' αὐτὸν ἀναστρέφει τὴν μαρτυρίαν· *Ἰδοὺ εἶ καλὸς ὁ ἀδελφιδός μου, λέγουσα, καὶ γε ὡραῖος πρὸς*, ἀντὶ τοῦ, *περισσῶς*· οὕτω γάρ τισι διαιρεῖν ἔδοξε· καὶ μετὰ τοῦτο

Nili. — Benevole rursum ipsa, quin potius obstupefacta quod audiret se pulchram a sponso nominari, (ipsi namque soli, mortalium vero nulli, istiusmodi appellationem congruere putabat), statim ad ipsum convertit testimonium dicens : *Ecce pulcher es, fratruelis meus, et formosus* πρὸς, pro *valde*, sic enim quibusdam placuit distinguere,

[18] Matth. VII, 24, 25.

Digitized by Google

et postea illud : *Lectus noster umbrosus*, corpus dicentes commune in quo requiescunt ambo, scilicet Deus Verbum et anima beata ; cavente sponso ne ipsa sub dio moraretur, ne rursus ex injuria radiorum solis adversi veteris nigredinis quidquam pateretur. Secundum aliam vero interpunctionem sic intelligetur ac si sponsa dicat : O sponse, tu solus vere diceris pulcher et formosus, non adscitiam, sed naturalem habens pulchritudinem. At ubi lectulus quoque noster factus es et umbrosus, puram quidem habens formam deitatis, sed eamdem obumbrans forma servi ; et quasi sub velamento carnis quæ quidem divinitatis propria sunt operans, sed cognitu difficilis exsistens, propter tegumentum corporis quod ea quæ mirifice patrata sunt abdit.

Origenis. — Nunc sponsa primum visa est accuratius inspexisse sponsi pulchritudinem, etc.

CAP. II.

Vers. 1. *Ego flos campi, lilium convallium.*

Cyrilli. — Tanquam recepto jam desursum imbre, editoque virtutis partu, agresti se flori sponsa comparat : ostenditque quantopere prosit Christi adventus, siquidem valles quoque semini cuilibet ineptas, floribus ejusmodi plenas narrat. Etenim se vallem appellat, propterea quod a dæmonibus olim incolis depressa fuerat.

Philonis. — Hæc dicit sponsa ; audivit enim ab Isaia : « Exsultet deserta, et floreat ut lilium [19] » ; et a Domino : « Considerate lilia agri [20] : » Dominus dicere intendit eos qui super terram sunt fideles post mortem florescere. Lilium enim convallium mortuum designat.

Hæc sponsa de semetipsa edisserit dicens : Ego postquam fui in lecto nostro sponsus corpore obumbratus, qui ædificavit sibi domum me virtutum cedris tegens ; facta sum, inquit, flos odoriferus et purus splendidusque ex humana natura, in latitudine campi, elegantia coloris, et odoris fragrantia, cæteris floribus antecellens, lilium nuncupatum continentiæ splendore corruscans. Hic autem campus comparatione verticis cœlestis vallis nominatur, in quo bene culta ex imo vallis in altum educitur, sicut fert natura lilii quo etiam in sublimi sua illi constet pulchritudo, terrena commistione minime polluta, nec vitæ spinis a malignis virtutibus suffocata, quas diaboli filias tacite insinuavit.

Nili. — Lilium seipsam vocat, vel quod decori sit vallibus propter actionum seu cogitationum humilitatem sic nominatis, in utrisque splendide

[19] Isa. xxxv, 1. [20] Matth. vi, 28.

'Η κλίνη ἡμῶν σύσκιος· τὸ σῶμα λέγοντες τὸ κοινὸν ἐν ᾧ ἀνεπαύοντο ἀμφότεροι, ὅ τε Θεὸς Λόγος καὶ ἡ μακαρία ψυχή· φειδομένου τοῦ νυμφίου ὕπαιθρον αὐτὴν ἔχειν· μὴ πάλιν ἐξ ἐπηρείας τοῦ ἐναντίου ἡλίου ἀκτῖνός πάθῃ τι τῆς παλαιᾶς μελανότητος· κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν διαίρεσιν, οὕτω νοηθήσεται· ὡσανεὶ τῆς νύμφης λεγούσης, ὅτι, Ὦ νυμφίε, σὺ μόνος ἂν ἐνδίκως λέγοιο καλὸς καί γε ὡραῖος, μὴ ἐπίκτητον, ἀλλὰ φυσικὸν ἔχων τὸ κάλλος· καὶ πρὸς κλίνῃ δὲ ἡμῶν γενόμενος, ὡραῖος εἶ καὶ σύσκιος, τὴν μὲν θείαν τῆς θεότητος καὶ ἀκραιφνῆ μορφήν, καὶ ὡς ὑπὸ παραπετάσματι τῇ σαρκὶ, ἐνεργῶν μὲν τὰ τῆς θεότητος ἴδια· διὸ διάγνωστος δὲ γενόμενος διὰ τὴν ἐπικρύπτουσαν τὰ ἐπιτελούμενα παραδόξως τοῦ σώματος περιβολήν.

Ὡριγένους. — Νῦν ἔοικε πρότερον ἐνεωρακέναι τρανότερόν τε τοῦ νυμφίου κάλλει ἡ νύμφη, κ. τ. λ. (25).

ΚΕΦΑΛ. Β'.

α'. *Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων.*

Κυριλλου. — Ὡς δεξαμένη ἡ νύμφη τὸν ἄνωθεν ὑετὸν, καὶ τεκοῦσα τὴν ἀρετὴν, ἄνθει ἑαυτὴν παραβάλλει πεδίου· δείκνυσι δὲ ὅσον ὠφέλησεν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημία, ὅπου γε καὶ τὰς κοιλάδας τὰς ἀνεπιτηδείους πρὸς ἃ παντασπόρον, τοιούτων μεστὰς ἔδειξεν ἀνθέων· κοιλάδα γὰρ λέγει τὴν ἀποκοιλανθεῖσαν ἀπὸ τῶν οἰκησάντων αὐτὴν πάλαι δαιμόνων.

Φίλωνος. — Ταῦτά φησιν ἡ νύμφη ἀκούσασα παρὰ Ἡσαΐου, « Ἀγαλλιάσθω ἔρημος, καὶ ὡς κρίνον ἀνθείτω· » καὶ παρὰ τοῦ Κυρίου, « Καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ· » λέγει δ' ἂν ὁ Κύριος ἐπὶ γῆς γεγονέναι, ὡς ἀνθήσωσιν οἱ πιστοὶ καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ· τοῦτο γὰρ κοιλάδων κρίνον ὅ ἐστι νεκρός.

Γρηγορίου (26). — Ταῦτα ἡ νύμφη περὶ ἑαυτῆς διεξέρχεται λέγουσα· Ἐγὼ μετὰ τὸ γενέσθαι ἐν τῇ κλίνῃ ἡμῶν τὸν νυμφίον συσκιασθέντα τῷ σώματι, ὃς ᾠκοδόμησεν ἐν ἑαυτῷ τὸν οἶκον ἐμὲ, ταῖς τῶν ἀρετῶν κέδροις ὠρόφωσε, γέγονε, φησὶν, ἄνθος εὐοσμόν τε καὶ καθαρὸν καὶ λαμπρὸν, ἐκ τῆς ἐν τῷ πλάτει ἀνθρωπίνης φύσεως τοῦ πεδίου, εὐχροίας τε καὶ εὐωδίας, τῶν λοιπῶν ἀνθέων διαφέρον, ὃ λέγεται κρίνον, τὴν τῆς σωφροσύνης ἀπαστράπτον μαρμαρυγήν· τὸ πεδίον τοῦτο συγκρίσει τῆς οὐρανίας ἀψῖδος κοιλὰς ὀνομάζεται· ἐν ᾧ ἡ γεωργηθεῖσα καλῶς ἐκ τοῦ κοίλου πρὸς τὸ ὕψος ἐκδίδοται, ὡς καὶ τοῦ κρίνου ἡ φύσις· ὡς ἂν ἐν μετεώρῳ καθαρὸν αὐτῇ διαμένῃ τὸ κάλλος τῇ πρὸς τὴν γῆν ἐπιμιξίᾳ μὴ μολυνόμενον, μηδὲ συμπνιγόμενον ταῖς ἀκάνθαις τοῦ βίου, ταῖς πονηραῖς δυνάμεσιν· ἃς τοῦ διαβόλου θυγατέρας κατὰ τὸ σιωπόμενον ἠνίξατο.

Νείλου. — Κρίνον ἑαυτὴν, φησὶν, ἢ διὰ τὸ ἐμπρέπειν ταῖς διὰ ταπεινότητα πράξεων ἢ νοημάτων κοίλαις ὀνομαζομέναις, φαιδρῶς ἐν ἑκατέροις κε-

NOTÆ.

(25) *Patrol.* t. XVII, col. 260.

(26) Anonyma sunt in C. B.

Digitized by Google

κοσμημένη καὶ λάμπουσα· ἢ ὅτι κρίνειν μέλλει τὰς τοιαύτας ψυχὰς ἐν τῷ μέλλοντι ἐκ συγκρίσεως τῶν ἰδίων κατορθωμάτων, οὐδὲν ἔχουσα ἐν τῇ φύσει πλέον ἐκείνων ὡς Νινευῖται, καὶ βασίλισσα Νότου κατακρινεῖ τὴν ἄπιστον γενεάν· ἄνθος δὲ τοῦ πεδίου εἶναι λέγεται, τάχα μὲν τῶν κοιλάδων σημαινουσῶν, καὶ διὰ τὸ ταπεινὸν καὶ ἀγεώργητον, καὶ διὰ τὸ πληθυντικῶς ὀνομάζεσθαι τὰ ἐκ βάθους ἀσεβείας εἰς ἐπίγνωσιν ἐλθόντα ἔθνη· τοῦ δὲ πεδίου τοῦ Ἰσραὴλ διὰ τὸ ἐξομαλεῖσθαι πρὸς ἐπιτηδειότητα γεωργίας, τοῖς προφητικοῖς καὶ νομικοῖς παιδεύμασιν· καλῶς δὲ καὶ τούτων οὐχὶ καρπὸς ἀλλ' ἄνθος εἶναι λέγεται· οὕπω γὰρ τὸ τοῦ σταυροῦ τὴν γῆν ἀνατέμνει ἄροτρον, ὅπερ ἐπέθηκε τοῖς ἀποστόλοις ὡς βουσὶν ὁ Κύριος, ζυγάδην ἐπὶ τὴν γεωργίαν ἀποστείλας αὐτοὺς, οὐδέπω αἵματι πεπότιστο Δεσποτικῷ· διὸ ἄκαρπος ἦν καὶ στείρα.

A ornata et relucens : vel quod in futuro judicio judicatura sit istiusmodi animas ex comparatione suorum recte gestorum, cum in natura nihil amplius illis habeat, sicut Ninivitæ ac regina Austri condemnabunt incredulam generationem. Flos autem campi esse dicitur, fortassis quidem vallium significatarum tum propter humilitatem culturæque carentiam, tum quia pluraliter sic nominantur gentes ex profundo impietatis ad cognitionem venientes ; campi vero Israel, quia prophetiæ ac legalibus doctrinis ad agriculturam probe comparati ac complanati sunt. Recte autem etiam horum necdum fructus, sed flos esse dicitur, nondum enim crucis aratrum terram proscindit, quod Dominus apostolis tanquam bobus jugaliter imposuit, B ad agriculturam illos mittens : necdum sanguine Dominico rigata erat, quapropter infrugifera sterilisque exsistebat.

Ὡριγένους. — Ἄνθος λέγει τὸ ὀδεῦον ἐπὶ τὸ γενέσθαι καρπὸς, κ. τ. λ. (27).

Origenis. — Florem dicit id quod in via est ut fructus fiat, etc.

β'. *Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, οὕτω ἡ πλησίον μου ἀνὰ μέσον τῶν θυγατέρων.*

VERS. 2. *Sicut lilium in medio spinarum, sic propinqua mea in medio filiarum.*

Γρηγορίου.—Ὅσην ὁρῶμεν τῆς εἰς τὸ ὕψος ἀνόδου τὴν προκοπὴν ἐπὶ τῆς ψυχῆς γινομένην. Πρώτη ἄνοδος, τὸ πρὸς τὴν καθαιρετικὴν τῆς ἐναντίας δυνάμεως ἵππον ὁμοιωθῆναι. Δευτέρα ἄνοδος, τὸ πλησίον αὐτὴν γενέσθαι, καὶ περιστερᾶς ποιῆσαι τὰ ὄμματα. Τρίτη τοίνυν ἄνοδος τὸ μηκέτι πλησίον, ἀλλ' ἀδελφὴν τοῦ Δεσπότου ὀνομασθῆναι. « Ὃς ἂν ποιήσῃ, φησὶ, C τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὗτος ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀδελφή μου, καὶ μήτηρ ἐστίν. » Ἐπεὶ οὖν γέγονεν ἄνθος, μηδὲν ὑπὸ τῶν ἀκανθηφόρων πειρασμῶν πρὸς τὸ γενέσθαι κρίνον παραβλαβεῖσα, ἐπιλαθομένη δὲ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτῆς, πρὸς τὸν ἀληθινὸν εἶδε Πατέρα, διὸ καὶ ἀδελφὴ τοῦ Υἱοῦ ὀνομάζεται, τῷ τῆς υἱοθεσίας πνεύματι πρὸς τὴν συγγένειαν ταύτην μεταποιηθεῖσα, καὶ τῆς πρὸς τὰς θυγατέρας τοῦ ψευδωνύμου πατρὸς κοινωνίας ἀπάλλαγεῖσα, πάλιν γίνεται ἑαυτῆς ὑψηλοτέρα, καὶ βλέπει τὸ μυστήριον, διὰ τῶν τῆς περιστερᾶς ὀφθαλμῶν· λέγω δὲ τῷ πνεύματι τῆς προφητείας.

Gregorii.— Quantum videmus ascensum in altum tantum videmus esse animæ profectum : primus ascensus est assimilari equis qui virtutem adversariam e medio sustulerunt; secundus, quod facta sit propinqua sibique fecerit oculos columbæ ; tertius, jam ascensus quod etiam soror Domini nominetur. « Qui enim fecerit, inquit, voluntatem Patris mei, hic frater et soror et mater est [21]. » Postquam ergo facta est flos, nihil a spinosis læsa fuit tentationibus quominus esset lilium; oblita populi et domus patris et matris suæ, aspexit ad verum Patrem, et a Deo vocatur soror Filii, spiritu filiorum adoptionis in hanc adoptata cognationem ; et ab illa falsi nominis patris [filiarum communione] liberata seipsa rursus fit sublimior, et aspicit mysterium per oculos columbæ, spiritu, inquam, prophetiæ.

Αὕτη (27*) τοῦ Νυμφίου ἐστὶν ἡ φωνὴ, μαρτυροῦσα τῇ Νύμφῃ πλέον ὧν ἑαυτῇ προσεμαρτύρησεν· ἐπειδὴ γὰρ ἑαυτὴν εἶπε κρίνον, τὰς δὲ λοιπὰς ψυχὰς κοιλάδας, ἢ μετριοφρονοῦσα, ἢ καὶ ἀγνοήσασα· οὐ πᾶν στοχαζομένη τῆς ἀληθείας· τὴν σύγκρισιν ἐποιήσατο αὐτὸς ὁ μᾶλλον εἰδὼς τῶν γινομένων καταστάσεων τὰς ἰδιότητας· καὶ κρίνῳ μὲν ταύτην παρεικάζει, διὰ τὸ μηδόλως τὴν ἀπὸ τῶν σωματικῶν μέριμναν ἀναδέχεσθαι, ἀφροντίστως δὲ τοῖς παρατυχοῦσι, τὴν τοῦ σώματος ἐκπληροῦν χρείαν, ἀταλαίπωρον καὶ αὐτοσχέδιον τὴν διαγωγὴν ἐλομένην διὰ τὴν περὶ

Nili. — Hæc est vox Sponsi Sponsæ testimonium præbentis longe luculentius quam ipsa de se antea perhibuerat. Postquam enim ipsa se lilium vocarat, cæteras vero animas valles, modeste de se D sentiens vel etiam ignorans ; non omnino assecuta conjectando veritatem ; comparationem ille instituit qui eorum quæ fiunt statuum proprietates magis novit, et lilio quidem ipsam assimilat, quod omnino nullam rerum corporalium admittat sollicitudinem ; sed sine cura iis quæ obtingunt corporis expleat necessitatem, beatam ac paucis contenta-

[21] Matth. XII, 49.

NOTÆ.

(27) *Patrol.* t. XVII, col. 260, 261.

(27*) Hæc in C. V. sub nomine Gregorii continuantur, et revera non inveniuntur in operibus editis sancti Nili.

Digitized by Google

tam eligens vivendi rationem, propter eam quam A gerit curam de regno cœlorum, prout in Evangeliis ostenditur : spinis vero cæteras assimilans quia curam omnem circa sæcularia habebant, et necdum norant curas iis impensas fieri spinas, sed illas ipsas ex magno circa illas sollicitudines studio evasisse spinas.

Nili. — Bethel est, et interpretatur *domus Dei* : montes vero hujus qui ob magnitudinem virtutis montes appellantur : sicut enim montes altitudine superant et fortitudine antecellunt reliquam terram : sic etiam inter homines excellunt sancti sublimi vitæ ratione excitati : in his igitur conversantem fratruelem suum Sponsa vidit, propter contemplandi quidem et humanas etiam cogitationes discernendi vim capreæ assimilatum : propter agendi vero efficacitatem et contra virtutes adversarias antipathiam hinnulo cervorum ; cervus enim venenatos absumit serpentes. At cur ait hinnulo cervorum et non cervo? Quia plurimi quidem homines vel fere omnes in puerili ætate, si non turpibus, attamen aliquibus succubuere passionibus, ac sero et vix senilem ac temperantem assumunt cogitationem. Homo autem Dominicus priusquam nosset vocare patrem vel matrem non paruit malitiæ, juveniles concupiscentias senili mentis sententia conculcans. Fortassis erat caprea quando visus acumine cogitationes hominum cervum dicebat : « Utquid cogitatis mala in cordibus vestris [37]? » Hinnulus vero cervorum quando legioni dæmonum dicebat : « Exi ab homine, spiritus immunde [38], » tanquam e porcinis hominum corporibus nidulantes extrahens simul insertas ipsis dæmonum legiones.

Philonis. — Vel etiam montes vocat prophetas sensu sublimes veritatum contemplatores : existimo vero etiam apostolos, quandoquidem secundum generationem sapientia in animas transit, montes autem quia oriente sole primi illuminantur, colles vero qui minus capiunt spiritus apparitionem. Quin et montes vocat sensus legales, colles vero cæterorum prophetarum, vel etiam Novi Testamenti sermonem contemplans, videt super montes salientem, per colles vero transilientem in veteri littera. Hinnulo porro cervorum sponsus assimilatur non solum ut serpentes absumens, sed quia etiam puer natus est nobis et filius datus est nobis, et quia humiliavit semetipsum, siquidem cervus erat perfectus.

Ecce hic stat post parietem nostrum prospiciens per fenestras, apparens per retia.

Cyrilli. — Fortassis vero etiam apostolos declaravit propter piscandi artem. Hos igitur sermones audit Ecclesia per prophetiças fenestras et retia legalia veritatis splendorem percipiens, adhuc constante figurato doctrinæ legis pariete, qui umbram exhibet futurorum bonorum, non ipsam imaginem ostendit, retro quem veritas figuræ vicina consistens, posterius illucescit.

Grègorii. — Secundum litteram : Cum Sponsa

[37] Matth. ix, 4. [38] Marc. v, 8. [39] Jerem. ix, 21.

Digitized by Google

intus domum custodiente per fenestras amator disserit, et pariete intermedio utrumque arcente citra ullum impedimentum fit sermonis communicatio, per fenestras quidem se demittente capite, per retia vero quæ sunt in fenestris interius oculo despiciente : via autem et consequentia anagogæ humanam naturam Deo conjunctam reddit oratio : primum quidem ipsam per prophetas quasi per fenestras et per legalium præceptorum connexionem quasi per retia illustrans : sic enim intelligimus fenestras quidem prophetas qui lumen introducunt, retia vero legalium mandatorum nexum, per quæ utraque splendor veri luminis intro subit. Post hæc autem est perfecta lucis illuminatio quando apparuit ipsa lux vera per contemperationem cum nostra natura.

A τῇ Νύμφῃ διὰ τῶν θυρίδων ὁ ἐραστὴς διαλέγεται· καὶ τοῦ τοίχου ἑμφοτέρους κατὰ τὸ μέσον διείργοντος, ἀνεμπόδιστος γίνεται τοῦ λόγου ἡ κοινωνία· διὰ μὲν τῶν θυρίδων τῆς κεφαλῆς παρακυπτούσης, διὰ δὲ τῶν ἐν ταῖς θυρίσι δικτύων πρὸς τὰ ἐντὸς τοῦ ὀφθαλμοῦ διακύπτοντος· ὁδῷ δὲ καὶ ἀκολουθίᾳ τῆς ἀγωγῆς προσοικειοῖ τῷ Θεῷ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὁ λόγος· πρῶτον μὲν αὐτὴν διὰ τῶν προφητῶν ὡς διὰ θυρίδων καταυγάζων· καὶ διὰ τῆς τῶν νομικῶν παραγγελμάτων πλοκῆς ὡς διὰ δικτύων· οὕτω γὰρ νοοῦμεν, θυρίδας μὲν τοὺς προφήτας, τοὺς τὸ φῶς εἰσάγοντας, δίκτυα δὲ, τὴν τῶν νομικῶν παραγγελμάτων πλοκήν· δι' ὧν ἀμφοτέρων ἡ αὐγὴ τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς ἐπὶ τὰ ἐντὸς παραδύεται· μετὰ ταῦτα δὲ ἡ B τελεία τοῦ φωτὸς ἔλλαμψις γίνεται· ὅταν ἐπιφανῇ αὐτὸς τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν διὰ τῆς πρὸς τὴν φύσιν ἡμῶν ἀνακράσεως.

Nili. — Parietem corpus vocat hominis Dominici, incarnationem Dei Verbi abscondentis. Videt autem ipsum etiam prospicientem per fenestras sermonum propheticorum, et apparentem per retia prædicationis apostolicæ. Ex parte namque ipsum quasi e fenestra prospicientem prophetici exhibent sermones, totum vero dilucide ostendit doctrina apostolica. Sola igitur hæc ostensa est ex iis quæ de ipso prophetata erat et ex prænuntiatis signis oculo animæ per crassitudinem parietis penetrare et in corpore absconditum videre. Rursus autem paries est lex, retro quem stat sponsus absconditus legem sanciens, et non cognitus ab iis quibus lex ferebatur. Videt autem ipsum Sponsa retro legem stantem, plurimis incomprehensum, quia in hac, ea quæ de ipso sunt obscure et inumbrate dicta sunt. Sic petra Christum, et mare baptisma significabat. Possit vero rursus fenestras quis dicere sensus Sponsæ quos cum haberet puros per eos solem ac vitam suscepit peccatoribus per eosdem mortem intromittentibus, juxta illud : « Ascendit mors per fenestras vestras [39]. » Retia vero tentationes ipsi a Satana in deserto objectas, quando tentator ipsum quasi retiis capere putabat tentationibus, quibus sublimior apparens Dominus et laqueos retiaque conterens, recte directis responsionibus supereminens apparuit per retia divini- D tatis vim perspicaci animæ insinuans. Unde deinceps etiam Sponsa edisserit filiabus Jerusalem, ut præsentibus quidem illis locutus sit Sponsus, sed præter ipsum nemo audiverit quæ subduntur. Quin et sensus dici possint fenestræ, per quas ad peccatores quidem mors transit. Sed ad animam amore Verbi præditam prospicit verbum, cum ad ea quæ decem sensibus utatur, et in superiori ædium parte cancellatas habeat fenestras, ad quas Sponsus adveniens, per illas prospicit Sponsam ad se vocans ab extremis sensibus ad inaspectabilia et

C καὶ ἰδεῖν τὸ κρυπτόμενον ἐν τῷ σώματι· ἔστι δὲ πάλιν τοῖχος ὁ νόμος, οὗ ὄπισθεν ἔστηκεν ὁ Νυμφίος κρυπτόμενος, θεσπίσας τὸν νόμον καὶ οὐ γνωριζόμενος τοῖς νομοθετουμένοις· βλέπει δὲ αὐτὸν ἡ Νύμφη ὀπίσω ἑστῶτα τοῦ νόμου τοῖς πολλοῖς οὐχ ὁρώμενον, διὰ τὸ σαφῶς ἐν τούτῳ τὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ συνεσκιασμένης εἰρῆσθαι· ὡς ἡ πέτρα ἐδήλου Χριστὸν, καὶ θάλασσα τὸ βάπτισμα· δύναται δὲ πάλιν θυρίδας τις λέγειν, καὶ τῆς Νύμφης τὰ αἰσθητήρια· ἅπερ ἔχουσα καθορᾷ ἥλιον δι' αὐτῶν, καὶ ζωὴν ἐδέχετο, τῶν ἁμαρτωλῶν θάνατον δι' αὐτῶν εἰσδεχομένων· κατὰ τό· « Θάνατος ἀνέβη διὰ τῶν θυρίδων ὑμῶν· » δίκτυα δὲ, τοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ προσαχθέντας αὐτῷ παρὰ τοῦ Σατανᾶ πειρασμούς· ὅτε πειράζων αὐτὸν καθάπερ δικτύοις περιέχειν ἐνόμιζε τοῖς πειρασμοῖς· ὧν ἀνώτερος φανεὶς ὁ Κύριος, καὶ συντρίψας τὰς παγίδας καὶ τὰ δίκτυα, καὶ ταῖς εὐθυβόλοις ἀποκρύψεσιν ὑπερκόψας, ἐξέκυπτε διὰ τῶν δικτύων, τὴν τῆς θεότητος δύναμιν ὑποφαίνων τῇ διορατικῇ ψυχῇ· ὅθεν λοιπὸν διηγεῖται ταῖς θυγατράσιν Ἱερουσαλὴμ ἡ Νύμφη· ὃ παρουσίᾳ μὲν ἔλεγεν ἐκείνων ὁ Νυμφίος, ἤκουε δὲ πλὴν ἐκείνης οὐδεὶς τὰ ἐπαγόμενα (37). Λέγοιντο δ' ἂν θυρίδες καὶ τὰ αἰσθητήρια, δι' ὧν ἐπὶ μὲν τῶν ἁμαρτωλῶν θάνατος διαβαίνει· ἐπὶ δὲ τῆς ἐρωτικῶς διακειμένης ψυχῆς πρὸς τὸν Λόγον, παρακύπτει ὁ λόγος εἰς τὰ δέοντα ταῖς αἰσθήσεσι κεχρημένης, καὶ δικτύῳ κατασκευά-

[39] Jerem. IX, 21.

NOTÆ.

(37) Λέγοιντο-ἐλθέ in C. B. Origeni dantur.

Digitized by Google

σματα ἐχούσης ἐν ὑπερῴῳ αὐτῆς ἐφ' ἃ φθάνων ὁ Νυμφίος, δι' αὐτῶν ἐκκύπτει καλῶν τὴν Νύμφην πρὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν αἰσθήσεων ἀόρατα καὶ ῥητοῦ· *Ἀνάστα, ἐλθέ.*

ιγ'. *Ἀποκρίνεται ἀδελφιδός μου καὶ λέγει μοι· Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου· ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν· ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ· τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ· καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθακε· φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν· ἡ συκῆ ἐξήνεγκεν ἀλύνθους αὐτῆς· αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμήν.*

Γρηγορίου. — Τὸ κατὰ φύσιν εὐκίνητον ἀπόλεσαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, τῷ τῆς εἰδωλολατρείας ἐπιπήγῃ κρυμῷ· τῷ χαλεπῷ δὲ τούτῳ χειμῶνι, ὁ Ἥλιος τῆς δικαιοσύνης ἐπανέτειλεν, ἵνα διαθερμάνῃ τὸν λιθωθέντα τῷ κρύει, καὶ γένηται πάλιν ὑποθαλφθεὶς τῇ ἀκτῖνι τοῦ λόγου, ὕδωρ ἀλλόμενον εἰς ζωὴν αἰώνιον· διὰ τοῦτο ἐμβοᾷ διὰ τῶν φωταγωγῶν θυρίδων, εἶτ' οὖν προφητικῶν λόγων τῇ Ἐκκλησίᾳ ὁ Νυμφίος ὁ λόγος ὁ ἀνορθῶν τοὺς κατερραγμένους· *Ἀνάστηθι* δηλαδὴ ἐκ τοῦ πτώματος, ἡ συμποδισθεῖσα καὶ πεσοῦσα εἰς γῆν διὰ τοῦ ὄφεως· οὐκ ἀρκεῖ δέ σοι τὸ ἀνορθωθῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ πρόελθε διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν προκοπῆς, τὸν ἐν ἀρετῇ διανύουσα δρόμον. Ἡ δὲ ἅμα τοῦ δέξασθαι τοῦ Λόγου τὴν δύναμιν, ἀνίσταται καὶ παρίσταται τῷ φωτί· καὶ πλησιάζει καὶ καλὴ γίνεται, καὶ περιστερὰ ὀνομάζεται· καὶ πρὸς ὃ βλέπει καὶ σχηματίζεται· καὶ ὅλη γενομένη πνευματική· τῷ γὰρ φωτὶ προσεγγίσασα, φῶς γίνεται· τῷ δὲ φωτὶ τὸ καλὸν τῆς περιστερᾶς εἶδος ἐνεικονίζεται· ἐκείνης λέγω τῆς περιστερᾶς ἧς τὸ εἶδος τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρουσίαν ἐγνώρισεν· οὕτω τοίνυν αὐτῇ προσφωνήσας ὁ Λόγος, καὶ ὀνομάσας αὐτὴν, καλὴν μὲν διὰ τὸ πλησίον, περιστερὰν δὲ διὰ τὸ κάλλος, καὶ τὰ ἐφεξῆς διέρχεται· οὐκ ἔτι λέγων κρατεῖν τοῦ χειμῶνος τῶν ψυχῶν τὴν κατήφειαν· *Ἰδοὺ*, γάρ, φησὶν, *ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθε καὶ ἐπορεύθη ἑαυτῷ.* Πολυώνυμον δὲ ποιεῖ τὸ κακὸν, κατὰ τὰς τῶν ἐνεργημάτων διαφοράς· καὶ χειμὼν λέγεται μὲν διὰ τὴν πολυειδῆ τῶν κακῶν σημασίαν· πάντα γὰρ ἐν αὐτῷ μιμεῖται τὴν τοῦ θανάτου κατήφειαν· φυτά τε ξηραινόμενα, καὶ ζῶα τῆς ὁδῆς ἀποπαυόμενα καὶ τῆς ἐνεργείας· ἀγριαίνεται δὲ καὶ ἡ θάλασσα· διὰ δὲ τοῦ, *ἐπορεύθη*, ἔμψυχόν πως καὶ προαιρετικὸν ἐμφαίνει τὸν ὑετόν· διὰ τούτων τοίνυν δείκνυσι, πῶς ἐτεθήλει κατ' ἀρχὰς ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἡ ἐν τῷ παραδείσῳ· τοῦ δὲ χειμῶνος τῆς παρακοῆς τῆς ἀθανασίας τὴν ῥίζαν, ἐξ οὗ τὴν φύσιν ὡραΐζων καρποῖς βεβλαστήκει ἀποξηράναντος, ἀπετινάχθη τὸ ἄνθος, καὶ εἰς γῆν ἀνελύθη· καὶ ἐγυμνώθη τοῦ κάλλους τῆς ἀφθαρσίας ὁ ἄνθρωπος· καὶ ἡ τῶν ἀρετῶν πόα κατεξηράνθη τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης· ὅθεν τὰ ποικίλα παθήματα, ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσιν ἐν ἡμῖν ἀπεκορυφώθη· δι' ὧν τὰ πονηρὰ ναυάγια τῆς ψυχῆς γίνεται· ἀλλ' ἐλθόντος τοῦ τὸ ἔαρ τῶν ψυχῶν ἡμῖν ἐμποιήσαντος, καὶ τοῖς πνεύμασι καὶ τῇ θαλάσσῃ ἐπιτιμήσαντος, πάντα γέγονε γαλήνης μεστά· καὶ πάλιν ἔρχεται ἀναθάλλειν

A spiritualia et incorporea : hoc forte significant per id quod subdit : *Surge, veni.*

ἀσώματα· τοῦτο τάχα δηλοῦντος καὶ τοῦ ἐπαγομένου

Vers. 10-13. *Respondet fratruelis meus et dicit mihi : Surge, veni, proxima mea, formosa mea, columba mea. Quoniam ecce hiems transiit, imber abiit, recessit sibi. Flores visi sunt in terra, tempus putationis advenit ; vox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos, vites florent, dederunt odorem.*

Gregorii. — Genus humanum natura mobile perierat frigore idololatriæ concretum. At asperæ huic hiemi Sol justitiæ exortus est, ut ea quæ gelu B lapiduerant calefaceret et homo verbi radio rursum fotus aqua fieret saliens in vitam æternam. Propterea per lucem adducentes fenestras sive propheticos sermones Sponsus verbum erigens elisos inclamat Ecclesiæ : *Surge*, scilicet a lapsu quæ es compedita et in terram cecidisti per serpentem. Non autem tibi sufficit a lapsu solum erigi, sed etiam progredere per virtutum profectum, cursum perficiens in virtute. Hæc autem simul atque accepit vim Verbi assurgit et assistit lumini, et accedit et formosa fit, et columba nominatur, et conformatur illi etiam ad quod aspicit, tota facta spiritualis. Luci porro appropinquans lux efficitur. In luce autem pulchra columbæ species effingitur, illius, inquam, columbæ cujus species significavit C adventum Spiritus sancti. Cum ergo sic eum allocutum esset Verbum, et ipsam quidem nominasset pulchram propter propinquitatem, columbam autem propter pulchritudinem ; persequitur ea quæ deinceps sequuntur dicens non amplius dominari hiemis animarum tristitiam. *Ecce enim*, inquit, *hiems transiit, imber abiit et sibi recessit.* Malo multa tribuit nomine, ut quod nominetur ex differentiis operationum. Et hiems quidem dicitur propter multiplicem malorum significationem : omnia enim in ea imitantur mortis tristitiam, tam plantæ arefactæ quam animalia a cantu et operatione cessantia ; quin et mare efferatur. Per illud autem *abiit* animatum quodammodo et libero arbitrio prædi- D tum imbrem insinuat. Per hæc igitur ostendit, quemadmodum in principio humana germinavit natura in paradiso ; sed cum hiems inobedientiæ, immortalitatis radicem, ex qua naturam adornans fructus germinabat, exsiccasset, excussus est flos et in terram resolutus, et pulchritudine nudatus est homo, et exsiccata fuit herba virtutum, refrigerata in Dei charitate, unde variæ affectiones ab adversis potestatibus in nobis sunt in altum excitatæ, per quas fiunt mala animæ naufragia. Sed cum venisset qui ver in nobis animis indidit, et spiritus ac mare increpavit, omnia plena facta sunt quietis et rursus incipiunt repullulare, et propriis floribus natura decoratur, id est, virtutibus, quæ nunc quidem florent, suum autem fru-

Digitized by Google

ctum præbebunt suo tempore. Oportet igitur in varium hoc pratum ingressos ex floribus hisce decerpere, sibique coronas parare. Nam tempus ipsius putationis advenit. Hoc testificatur vox turturis, hoc est vox clamantis in deserto. Joannes enim est turtur, is est præclari hujus veris Præcursor, qui florem de radice Jesse ostendit, Agnum Dei qui tollit peccatum mundi, et docet de malis agendam pœnitentiam et vitam degendam ex virtute. *Audita est*, inquit, *vox turturis in terra nostra*, terram forte nominans eos qui sunt vitio damnati, quos meretrices et publicanos dicit Evangelium, a quibus auditus est sermo Joannis, cum reliqui minime admisissent prædicationem. Quod autem dictum est de ficu, quoniam *protulit grossos suos*, ratione sic intelligamus. Ficus ob calorem prædita est insigni vi attrahendi humoris ex profundo : cum autem multus humor consistat in medulla, necessario natura per humorum concoctionem in planta, expellit e ramis inutilem et terrestrem humorem. Idque sæpe facit donec sincerum et ad nutriendum aptum humorem apto proferat tempore, ab inutili expurgatum qualitate. Quod ergo ante dulcem et perfectum fructum, a ficu instar fructus producitur, grossus dicitur, estque fructus proœmium, non ipse fructus. Qui ergo ea vidit fructum quoque mox futurum exspectat, cum igitur spirituale ver Sponsæ describat oratio : sit autem hoc tempus in confinio tristitiæ hiemalis et fructuum qui colliguntur æstate participationis. Propterea mala quidem præteriisse dilucide annuntiat, perfectos autem fructus virtutis nondum aperte ostendit, sed hos quidem recondit in tempus opportunum, quando æstas institerit, quæ est sæculi consummatio : nunc autem ostendit florentes spes virtutum, quarum fructus apparet in tempore suo. Cum igitur humana natura congruenter ficui, de qua hic fit mentio, per intellectam a nobis hiemem, malum collegerit humorem, recte qui spiritale ver in nobis efficit, primum quidem a natura expellit quidquid est terreum et inutile, ramorum loco per confessionem expellens excrementa. Deinde speratæ beatitudinis quemdam characterem sic per honestiorem vivendi rationem injiciens, veluti quibusdam grossis, ficuum futurarum dulcedinem annuntiat. Sic etiam intellige florentem vitem, cujus quidem vinum cor lætificans implebit aliquando craterem sapientiæ et ad fruendum convivis proponitur : modo nempe vitis per flores vernat. Hæc Sponsæ oratio prius ostendit indicia et notas boni veris animarum, eamque incitat ad eorum quæ proposita sunt fruitionem et verbis eam excitans.

καὶ τοῖς ἰδίοις ἄνθεσιν ἡ φύσις ὡραΐζεσθαι, εἶτ' οὖν ταῖς ἀρεταῖς· αἱ νῦν μὲν ἀνθοῦσιν, ἰδίῳ δὲ καιρῷ παρέξουσι τὸν καρπόν· δεῖ οὖν ἐν τῷ ποικίλῳ τούτῳ χειμῶνι εἰσελθόντας ἐκ τῶν ἀνθέων τούτων δρέψασθαι, καὶ στεφάνους ἑαυτοῖς κατασκευάσαι· ὁ γὰρ καιρὸς τῆς τομῆς αὐτῶν ἔφθακε· τοῦτό σοι διαμαρτύρεται ἡ τοῦ τρυγόνος φωνή· τουτέστιν ἡ φωνὴ τοῦ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἰωάννης γάρ ἐστιν ὁ τρυγών, ὁ τοῦ φαιδροῦ ἔαρος Πρόδρομος, ὁ τὸ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ ἄνθος ὑποδεικνύων τὸν Ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ τὴν ἐκ τῶν κακῶν διδάσκων μετάνοιαν, καὶ τὴν κατ' ἀρετὴν πολιτείαν· *Ἠκούσθη* γάρ, φησὶν, *φωνὴ τοῦ τρυγόνος ἐν τῇ γῇ ἡμῶν*· τάχα γῆν, τοὺς κατεγνωσμένους ἐν κακίᾳ κατονομάζων, οὓς πόρνους καὶ τελώνας τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν οἷς ἠκούσθη τοῦ Ἰωάννου ὁ λόγος, τῶν λοιπῶν οὐ παραδεξαμένων τὸ κήρυγμα· τὸ δὲ περὶ τῆς συκῆς εἰρημένον ὅτι ἐξήνεγκεν ὀλύνθους αὐτῆς, οὕτωσὶ τῷ λόγῳ κατανοήσωμεν· ἐλκητικὴ τῆς ἐν τῷ βάθει νοτίδος διαφερόντως ὑπὸ θερμότητός ἐστιν ἡ συκῆ· πολλῆς δὲ κατὰ τὰς ἐντειρώνας τῆς ἰκμάδος συνισταμένης, ἀναγκαίως ἡ ῥύσις, διὰ τῆς τῶν ὑγρῶν πέψεως τῆς ἐν τῷ φυτῷ γινομένης, τὸ ἀχρεῖόν τε καὶ γεῶδες τῆς ἰκμάδος, ἐκ τῶν ἀχρημόνων ἀποσκευάζεται· πολλάκις τοῦτο ποιεῖ, ἕως ἂν τὸ εἰλικρινές τε καὶ τρόφιμον ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ προβάλλει κεκαθαρμένον τῆς ἀχρήστου ποιότητος· τὸ τοίνυν πρὸ τοῦ γλυκέος τε καὶ τροφίμου καὶ τελείου ὑπὸ τῆς συκῆς ἐν καρποῖς εἶδος προβαλλόμενον ὄλυνθος λέγεται, ὅπερ τοῦ καρποῦ προοίμιον γίνεται, οὐκ αὐτὸ καρπός· ὁ ταῦτα τοίνυν θεασάμενος καὶ τὸν καρπὸν ὅσον οὔπω ἐκδέχεται· ἐπειδὴ τοίνυν τὸ πνευματικὸν ἔαρ ὑπογράφει τῇ Νύμφῃ ὁ λόγος· ὁ δὲ καιρὸς οὗτος μεθόριός ἐστι, τῆς τε χειμερινῆς κατηφείας, καὶ τῆς ἐν τῷ θέρει τῶν καρπῶν μετουσίας· διὰ τοῦτο τὸ μὲν παρῳχηκέναι τὰ κακὰ, διαῤῥήδην εὐαγγελίζεται, τοὺς δὲ καρποὺς τῆς ἀρετῆς, οὔπω τελείως προδείκνυσιν· ἀλλὰ τούτους μὲν ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ ταμιεύεται, ὅταν ἐνστῇ τὸ θέρος ὅπερ ἐστὶ συντέλεια τοῦ αἰῶνος· νῦν δὲ τὰς ἐλπίδας δείκνυσι διὰ τῶν ἀρετῶν ἀνθούσας, ὧν ὁ καρπὸς ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ προφαίνεται· τῆς τοίνυν ἀνθρωπίνης φύσεως κατὰ τὴν μνημονευθεῖσαν ἐνταῦθα συκῆν, πολλὴν διὰ τοῦ νοηθέντος ἡμῖν χειμῶνος τὴν κακὴν ἰκμάδα συλλεξαμένης· καὶ ὡς τὸ ψυχικὸν ἔαρ ἐργασάμενος, πρῶτον μὲν ἐκβάλλει τῆς φύσεως πᾶν ὅσον γεῶδες καὶ ἄχρηστον, ἀντὶ ἀχρημόνων δι' ἐξομολογήσεως ἀποσκευάζων τὰ περιπτώματα, εἶθ' οὕτω χαρακτῆρά τινα τῆς ἐλπιζομένης μακαριότητος διὰ τῆς ἀστειοτέρας ζωῆς ἐπιβάλλων τῷ βίῳ, οἷόν τισιν ὀλύνθοις, τὴν μέλλουσαν γλυκύτητα τῶν συκῶν εὐαγγελίζεται· οὕτω νόησον καὶ τὴν κυπρίζουσαν ἄμπελον· ἧς ὁ μὲν οἶνος ὁ τὴν καρδίαν εὐφραίνων, πληρώσει ποτὲ τὸν τῆς σοφίας κρατῆρα, καὶ προκείσεται τοῖς συμπόταις εἰς ἀπόλαυσιν· νῦν μέν τοι κυπρίζει διὰ τοῦ ἄνθους ἡ ἄμπελος· ταῦτα προδείκνυσι τῇ Νύμφῃ ὁ λόγος τοῦ καλοῦ τῶν ψυχῶν ἔαρος τὰ γνωρίσματα· καὶ ἐπισπεύδει πρὸς τὴν τῶν προκειμένων ἀπόλαυσιν, διεγείρων αὐτὴν τῷ λόγῳ καὶ φησιν.

Nili. — Istud *surge*, vocantis est et excitantis : ab humilibus namque præceptis legalibus ad sublimiores evangelicorum miraculorum disciplinas ipsam excitans vocat. Relinque, inquit, legem

Νείλου. — Τὸ ἀνάστα, καλοῦντός ἐστι καὶ διεγείροντος· ἀπὸ γὰρ τῶν κατὰ τὸν νόμον ταπεινῶν παραγγελμάτων, ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα μαθήματα τῶν εὐαγγελικῶν παραδόσεων αὐτὴν διεγείρων καλεῖ·

Digitized by Google

Κατάλιπε, φησὶν, τὸν νηπιώδη νόμον, τὸν τὴν ἐνέργειαν τῶν ἁμαρτημάτων κωλύοντα, καὶ ἐλθὲ ἐπὶ τὴν χάριν τὴν ἐκκόπτουσαν καὶ τὸ φαῦλον ἐνθύμιον· ἀνάστα ἀπὸ τῶν γηΐνων, πρόκοψον ἐπὶ τὰ οὐράνια· ἀνάστα ἀπὸ τῶν τύπων, πορεύθητι ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν· ἀνάστηθι ἀπὸ τοῦ στοιχειώδους νόμου, φθάσον ἐπὶ τὴν τελειότητα· χειμῶνα λέγει τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ἐν ᾧ πάντες ἐχειμάσθησαν τῷ τῆς ἀπιστίας πνεύματι· καὶ γὰρ καὶ αἰσθητὸς χειμὼν ἦν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον· οὗ παρελθόντος ὁ ὑετὸς ὁ προφητικὸς, καὶ ὁ νομικὸς λόγος ἐπαύσατο· τῆς γὰρ φωνῆς τοῦ τρυγόνος ἀκουσθείσης τῆς λεγούσης· « Δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς, » οὐκ ἔτι ἦν χρεία τοῦ καταβαίνοντος ὡς ὑετοῦ ἀποφθέγματος νομικοῦ λόγου· καὶ τῶν ἀνθέων ὀφθέντων ἐν τῇ γῇ τῶν ἐν τῷ Χριστιανισμῷ ἁγίων ἀνδρῶν, καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθακε τῆς ἀποβολῆς τῶν Ἰουδαίων· καὶ ἡ συκῆ ἦν κόψαι διὰ τὸ μὴ φέρειν καρπὸν ὁ οἰκοδεσπότης ἐκέλευσεν, τοὺς τῆς μετανοίας ἐξήνθησεν ὀλύνθους, μετὰ τὴν ἐπιδημίαν Χριστοῦ, τὰ τῆς ἰδιωτικῆς διδασκαλίας δεξαμένη κόπρια· καὶ ἡ ἄμπελος δὲ ἐκ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου μεταφυτευθεῖσα ἐκ τοῦ κυπρισμοῦ ἔδωκεν ὀσμὴν, οἱ λέγοντες· *Τοῦ Χριστοῦ εὐωδίαἐσμὲν τῷ Θεῷἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις*· καὶ αὐτοὶ γὰρ οἱ ἀπιστοῦντες τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ τὸν λόγον ἐθαύμαζον τοῦ κηρύγματος, καὶ τῶν σημείων ἐξεπλήσσοντο τὴν δύναμιν.

puerilem quæ peccatorum operationem prohibet, et veni ad gratiam, quæ pravam etiam evellit cogitationem; exsurge a terrenis, profice ad cœlestia: exsurge a primis figuris, accede ad veritatem: exsurge ab elementari lege, grassare ad perfectionem. Hiemem autem dicit tempus passionis, in quo omnes infidelitatis spiritu velut glacie constricti erant: etenim sensibilis quoque hiems erat isto tempore. Et pluvia prophetica sermoque legalis stillaverat: nam voce turturis audita dicentis: « Venite, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos [39], » non amplius erat opus legali sermone instar pluviæ sententiose descendente: et floribus, id est viris sanctis, in terra Christianismi apparentibus, tempus putationis advenit, refectionis Judæorum: et ficus quam paterfamilias, quod fructus non ferret, succidi jusserat, pœnitentiæ grossos protulit post adventum Christi, privatæ doctrinæ stercora suscipiens. Quin et vineæ ex vera vite transplantatæ florentes dederunt odorem, dicentes: *Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi fiunt et in iis qui pereunt* [40]. Nam et ipsi qui non credunt Evangelio, sermonem quoque prædicationis mirabantur et ad signa obstupescebant.

Κυρίλλου. — Ἢ καὶ τὸ τῆς τομῆς ἔφη τοῦ νοητοῦ θερισμοῦ· περὶ οὗ ὁ Σωτὴρ φησιν· « Ὁ μὲν θερισμὸς πολύς. »

Cyrilli. — Vel etiam tempus putationis tempus vocat spiritualis messis de qua Salvator ait: « Messis quidem multa [40*]. »

Ὠριγένους. — *Ἀνάστα*, φησὶν, κ. τ. λ. (38).

Origenis. — *Surge*, inquit, etc.

Ἄλλως. — Καὶ τρυγόνος λέγει τῆς ἀπορρήτου καὶ ἀγνώστου σοφίας· φιλέρημον γὰρ τὸ ζῶον, ἧς ἡ φωνὴ ἀκούεται τοῖς ἔτι γήϊνον σῶμα περικειμένοις· τομῆς καιρὸς, ὁ τῆς τῶν περιττῶν ἀποθέσεως, οὗτος δέ ἐστιν ὁ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ἐν ᾧ δεῖ τὰ σωματικὰ τοῦ νόμου, καὶ τὰς ἐν τοῖς προφήταις ἱστορίας, περιπεφυκότα τοῖς πνευματικοῖς περιτέμνεσθαι καὶ μεῖναι τὰ κρείττονα· καιρὸς δὲ πάλιν καὶ τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκοπῆς καὶ ἀφέσεως διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας· καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ ὁ Νυμφίος ὡς περὶ ἑτέρου λέγει τοῦ τρυγόνος, πολλαχοῦ γὰρ τοῦτο ἔθος τῆς Γραφῆς ἐστι.

Aliter: Vel etiam turturis dicit arcanæ et ignotæ sapientiæ: amans enim solitudinis animal est cujus vox auditur ab his qui adhuc terreno corpore vestiuntur. Putationis tempus est superfluorum depositionis, hoc autem est præsentiæ ipsius in quo nimirum corporalia legis, et quæ in prophetis historiæ adnata erant spiritalibus, præscindenda sunt, ut meliora maneant. Tempus vero rursum etiam excisionis peccatorum et remissionis per lavacrum regenerationis. Neque mireris si Sponsus quasi de alio dicat turture, frequens enim is Scripturæ est usus.

ιδ'. *Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου· καὶ ἐλθὲ σὺ περιστερά μου ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος· δεῖξον μοι τὴν ὄψιν σου, καὶ ἀκούτισόν με τὴν φωνήν σου· ὅτι ἡ φωνή σου ἡδεῖα, καὶ ἡ ὄψις σου ὡραία.*

Vers. 14. *Surge, veni proxima mea, formosa mea, columba mea, et veni tu columba mea in tegmento petræ juxta promurale: ostende mihi faciem tuam, et auditam fac mihi vocem tuam: quia vox tua suavis, et facies tua decora.*

Κυρίλλου. — Ἡ πέτρα ἐστὶν ὁ Χριστός· αὐτὸς γὰρ ἡμῖν τεῖχος γίνεται τοῖς πιστοῖς καὶ σκέπη, καὶ πᾶσα ἀσφάλεια διὰ τοῦ προτειχίσματος δηλουμένη· ἔνθα γενομένη, φησὶ, τεύξῃ πάσης ἐπικουρίας.

Cyrilli. — Petra est Christus. Ipse nobis fidelibus etiam murus fit, et tegumentum, et securitas, per propugnaculum designata, ubi exsistens, inquit, omne auxilium consequeris.

[39] Matth. xi, 28. [40] II Cor. ii, 15. [40*] Luc. x, 2.

NOTÆ.

(38) *Patrol.* t. XVII, col. 264.

Digitized by Google

Apollinarii. — Vel etiam murum vocat hominem interiorem, antemurale vero exteriorem, quod Aquila *in arcanis* edidit, in quo et orationes fieri jubet Christus.

Gregorii. — Nullus neque talis surrectionis, neque talis cursus finis erit ; semper enim surgendum et ad Deum accedentibus nunquam cessandum : quotiescunque igitur dicit : *Surge et veni*, toties ad id quod est melius ascendendi facultatem, ut ex pulchra fiat pulchrior; et juxta Apostolum, ejus imaginem a gloria transformetur in gloriam. Sic ergo cum esset columba iis quæ prius recte gesserat, nihilominus eam rursus jubet fieri columbam, per transformationem in id quod est melius : ait enim : Veni, tu ipsa columba mea, non jam amplius ad trahentium studium intuendo, sed proprium desiderium ad id quod melius est ducem habendo. Veni enim, inquit, per temetipsam propriis cogitationibus confirmans cupiditatem ad id quod est honestum, non ducente necessitate. Domino enim caret virtus et est voluntaria, et ab omni necessitate libera : etsi in lege fuisti exercitata, o anima, et per fenestras propheticas splendores aspexisti, ne maneas amplius sub umbra muri legalis, sed ad petram, id est Evangelium, ab hoc transi. Petra enim propinqua est antemurali, quandoquidem lex fuit antemurale fidei evangelicæ et sibi inter se cohærent dogmata ut quæ virtute sunt propinqua : nisi quod petra quidem est spiritalis, murus autem est terrenus : petra autem evangelica non habet carnale lutum sententiarum, et juxta apostolum lex est spiritualis, nam qui sic legem excepit, spiritualiter sub tegmen petræ Evangelicæ recipitur quæ est proxima corporan propugnaculo. Cum Verbum sic ei acclamasset per fenestras respondet columba splendore intelligentiarum illuminata, et petram intelligens, quæ est Christus, ait : *Ostende mihi faciem tuam*, non amplius per antiqua ænigmata loquens; sed ut possum videre, ita teipsum mihi aperte ostende, ut sim intra te petram Evangelicam, relicto legis antemurali; si enim vox quæ emittitur per fenestras est adeo amabilis, quanto magis ea quæ fit facie ad faciem?

Nili. — In præcedentibus ipsam excitans licet non significaverit locum, ad quem ipsam venire jussit : nunc rursum vocat ipsam etiam, locum declarans : cum enim rogaret Sponsum : *Ubi pascis, ubi cubas?* tunc non respondit : nunc notum ipsa facit locum pascuæ, ne quod ipsa dixit fieret quasi circumdata in gregibus sodalium : Veni, dicens, in tegumento petræ, quod significat Christum, in qua vestigium malitiæ serpens facere non potest, ut in tegumento hujus petræ protecta, nullum ipso capiat in mente vestigium malitiæ virtutum adversariorum : sed et juxta promurale ipsam vocat, ibi audire volens dulcem ejus vocem,

Ἀπολιναρίου. — Ἢ καὶ τεῖχισμα, τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον· προτείχισμα δὲ τὸν ἐκτὸς, ὅπερ Ἀκύλας ἐν ἀποκρύφοις ἐκδέδωκεν· ἐν ᾧ καὶ τὰς εὐχὰς ἐνεργεῖσθαι κελεύει Χριστός.

Γρηγορίου. — Οὔτε τῆς τοιαύτης ἀναστάσεως, οὔτε τοῦ τοιούτου δρόμου πέρας ἐστίν· ἀεί τε γὰρ ἀνίστασθαι χρὴ, καὶ μηδέποτε τῷ Θεῷ προσεγγίζοντας παύεσθαι. Ὅσάκις οὖν λέγει τό· *Ἀνάστηθι καὶ ἐλθέ*, τοσαυτάκις τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον ἀναστάσεως τὴν δύναμιν δίδωσιν· ὡς ἐκ καλῆς γενέσθαι καλὴν, καὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον τὴν αὐτὴν εἰκόνα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν μεταμορφοῦσθαι· οὕτω τοίνυν περιστερὰν οὖσαν ἐν τοῖς προκατορθωμένοις, οὐδὲν ἧττον περιστερὰν αὐτὴν πάλιν διὰ τῆς πρὸς τὸ κρεῖττον μεταμορφώσεως γενέσθαι διακελεύεται· λέγει γὰρ, δεῦρο σεαυτῇ περιστερά μου, τουτέστι μηκέτι πρὸς τὴν τῶν ἐφελκομένων βλέπειν σπουδὴν, ἀλλ' ὁδηγὸν πρὸς τὸ κρεῖττον τὴν ἰδίαν ἐπιθυμίαν ἔχειν· δεῦρο γὰρ, φησὶ, σεαυτῇ τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς τὴν πρὸς τὸ καλὸν προθυμίαν ἐπιῤῥώσασα· οὐκ ἀνάγκης καθηγουμένης· ἀδέσποτον γὰρ ἡ ἀρετὴ καὶ ἑκούσιον, καὶ ἀνάγκης πάσης ἐλεύθερον· καὶ εἰ ἐγυμνάσθης, ὦ ψυχὴ, τῷ νόμῳ, εἰ τὰς διὰ τῶν προφητικῶν θυρίδων αὐγὰς τῇ διανοίᾳ τεθέασαι, μηκέτι ὑπὸ τὴν τοῦ νομικοῦ τοίχου σκιὰν μένε· ἐπὶ δὲ τὴν πέτραν, ἥτις ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον, ἀπὸ τούτου μετάβηθι· ἔχεται γὰρ ἡ πέτρα τοῦ προτειχίσματος· ἐπειδὴ τῆς εὐαγγελικῆς πίστεως ὁ νόμος προτείχισμα γέγονε, καὶ ἔχεται ἀλλήλων τὰ δόγματα γειτνιῶντα κατὰ τὴν δύναμιν· πλὴν ὅτι πνευματικὴ μὲν ἡ πέτρα, χοϊκὸς δὲ ὁ τεῖχος ᾧ συμπέπλασται τὸ σωματικὸν καὶ γεῶδες· ἡ δὲ εὐαγγελικὴ πέτρα, τὸ σαρκῶδες τῶν νοημάτων πηλὸν οὐκ ἔχει· καὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον Παῦλον, ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν· ὁ γὰρ οὕτως ἐκλαμβάνων τὸν νόμον πνευματικῶς, ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς εὐαγγελικῆς γίνεται πέτρας, τὴν ἐχομένην τοῦ σωματικοῦ προτειχίσματος. Ταῦτα διὰ τῶν θυρίδων τοῦ λόγου ἐμβοήσαντος, ἀποκρίνεται ἡ περιστερὰ ἡ περιλαμφθεῖσα διὰ τῆς τῶν νοημάτων αὐγῆς, καὶ τὴν πέτραν νοήσασα τὸν Χριστὸν, καί φησι· *Δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου*· μηκέτι διὰ τῶν παλαιῶν αἰνιγμάτων διαλεγόμενος· ὡς δὲ ἰδεῖν δύναμαι, δεῖξόν μοι σαυτὸν ἐμφανῶς ὡς ἂν ἐντός σου γένωμαι τῆς εὐαγγελικῆς πέτρας, καταλιποῦσα τὸ τοῦ νόμου προτείχισμα· εἰ γὰρ ἡ διὰ τῶν θυρίδων φωνὴ οὕτως ἐστὶν ἐρασμία, πόσῳ μᾶλλον ἡ κατὰ πρόσωπον;

Νείλου. — Ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἀναστήσας αὐτὴν, ἐπεὶ μὴ ἐσήμανε τόπον ἔνθα ἥκειν αὐτὴν ἐκέλευσε, νῦν πάλιν καλεῖ αὐτὴν καὶ τὸν τόπον δηλῶν· ἐπεὶ γὰρ ἦν ἐρωτήσασα τὸν Νυμφίον, *Ποῦ ποιμαίνεις, ποῦ κοιτάζεις*, καὶ οὐκ ἀπεκρίνατο τότε, νῦν γνωρίζει τὸν τόπον αὐτῇ τῆς νομῆς· ἵνα ὅπερ ἐκείνη ἔλεγε γένηται ὡς περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων· Ἐλθὲ λέγων ἐπὶ σκέπῃ τῆς πέτρας τῆς σημαινούσης Χριστόν· ἐφ' ἧς ἴχνος κακίας ὁ ὄφις ποιῆσαι οὐ δύναται· ἵνα σκεπαζομένη ἐν τῇ σκέπῃ ταύτης τῆς πέτρας μηδὲν αὐτῇ δέξηται ἐν τῷ διανοητικῷ παρὰ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἴχνος πονηρίας· καὶ ἐχόμενα δὲ τοῦ προτειχίσματος αὐτὴν κα-

Digitized by Google

λεῖ, ἐκεῖ βουλόμενος ἀκοῦσαι διὰ τῆς ἡδείας αὐτῆς φωνῆς, καὶ κατανοῆσαι τὸ ὡραῖον αὐτῆς πρόσωπον. Φωνὴ δὲ ἡδεῖά ἐστιν, ἠθικῶς μὲν, σεμνοὶ λόγοι καὶ χάριν διδόντες τοῖς ἀκούουσι· δογματικῶς δὲ, ἡ τοῦ ἐν σταυρῷ βοῶντος λῃστοῦ, « Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. » Ὅθεν πρὸς μὲν τὴν Ἐκκλησίαν φησὶν, *Ἡ φωνή σου ἡδεῖα* βοῶσα διὰ τῆς ἀπαρχῆς τοῦ λῃστοῦ τὸ, *Μνήσθητι*· πρὸς δὲ τὴν Συναγωγὴν τὴν λέγουσαν, *Σταύρωσον*, ἣν καὶ μισεῖ, φησὶ διὰ τοῦ προφήτου· ὀξὺ φωνὴν αὐτῆς ὠλόλυξε, « Καὶ ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν· » *Ὄψις δέ ἐστιν ὡραία*, ἡ ἐκ τῆς εἰρηνικῆς καταστάσεως γαληνιάζουσα· Δεῖξόν μοι οὖν, φησὶν, τὴν ὄψιν σου, καὶ ἀκούτισόν με τὴν φωνήν σου· καὶ ἦθει καὶ λόγῳ πρὸς ἐμὴν κοσμουμένη ἀρέσκειαν, καὶ κάλλος πράξεων καὶ ἐπιμέλειαν δογμάτων σύμφωνον ἐπιδεικνυμένη εἰ δέ τις εἴπῃ τεῖχος τὸν νόμον, προτείχισμα τὸν φυσικὸν ἐρεῖ νόμον, οὗ ἐχόμενά ἐστιν ἡ πέτρα· μᾶλλον γὰρ τοῦ ῥητοῦ νόμου ὁ φυσικὸς πλησιαίτερος ὤν, τυγχάνει Χριστοῦ· ἐν ᾧ πολιτευσάμενοι οἱ ἅγιοι εὐηρέστησαν τῷ Θεῷ· φυσικαῖς ὁρμαῖς γνῶντες τὸ δίκαιον· καὶ διδάσκαλοι τῶν καθηκόντων αὐτοὶ ἑαυτοῖς γενόμενοι· καὶ ὁ Παῦλος δέ φησι, « Νόμος δὲ παρεισῆλθε, » τὴν ἀρχαίαν καὶ τὴν ὑστάτην μίαν οὖσαν μεσολαβήσας πολιτείαν.

A et decoram ejus faciem cognoscere. Vox autem dulcis moraliter quidem sunt serii sermones et qui gratiam præbent audientibus; dogmatice vero vox latronis in cruce clamantis : « Memento mei, Domine, quando veneris in regnum tuum [41]. » Unde ad Ecclesiam quidem ait : *Vox tua dulcis*, clamans per primitias latronis illud *Memento* : ad Synagogam vero dicentem *Crucifige*, quam et odit, dicens per prophetam : sero vox ejus ululavit, « Et dedit super me vocem suam, ideo odivi eam [42]. » *Facies autem est decora*, quæ ex pacifico statu tranquillo exsistit : Ostende mihi ergo, inquit, faciem tuam, et auditam mihi fac vocem tuam, et moribus et verbis ad placitum meum exornata, et pulchritudinem operum et curam dogmatum consentaneam exhibens; si quis vero dixerit murum legem, antemurale decet esse legem naturalem, juxta quam est petra. Præ lege enim dicta, lex naturalis vicinior est legi Christi, in quo qui vitam suam instituerunt sancti placuerunt Deo, naturalibus instinctibus id quod justum est agnoscentes et ipsimet doctores eorum quæ se decerent facti. Quin et Paulus ait : « Lex autem subintravit [43], » antequam et novissimam quæ una est intercipiens vivendi rationem.

B

Ὡριγένους. — Βούλεται τὴν ψυχὴν, κ. τ. λ. (39).

Origenis. — Vult animam, etc.

ιε'. *Πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικρούς ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας· καὶ οἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσιν.*

VERS. 15. *Capite nobis vulpes parvas quæ demoliuntur vineas; et vineæ nostræ florent.*

Γρηγορίου. — Τὰ προγεγραμμένα τῆς Νύμφης εἰπούσης, καὶ τῆς εὐχῆς αὐτῆς πρὸς τὸν Νυμφίον κατευοδωθείσης. Μέλλων αὐτὸς ἑαυτὸν ἐμφανῆ καθιστᾷν, πρῶτον τοὺς θηρευτὰς παρορμᾷ, εἴτε ἀγγελικάς τινας δυνάμεις, εἴτε καὶ ἀποστόλους, πρὸς τὴν τῶν ἀλωπέκων ἄγραν, αἵ τινές εἰσιν ἀποστατικαὶ δυνάμεις, διὰ τὸ δολερὸν οὕτω κατονομασθεῖσαι· μικροὺς μὲν ὄντας ἤδη τῇ δυνάμει τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ, ἀφανιστικοὺς δὲ τῶν ἀμπελώνων ὑπάρχοντας· ὡς μηκέτι τὸν ἀμπελῶνα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν δι' αὐτῶν πρὸς κυπρισμὸν καὶ βοτρύων φορὰν ἐμποδίζεσθαι, εἶτ' οὖν τὴν διαγωγὴν τῆς ἐναρέτου πολιτείας· τούτου γὰρ γενομένου, μεταχωρεῖ τὰ δύο εἰς ἄλληλα· ὅ τε γὰρ Θεὸς ἐν τῇ ψυχῇ γίνεται, καὶ πάλιν εἰς τὸν Θεὸν ἡ ψυχὴ μετοικίζεται· εἶδεν οὖν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ κελεύσαντος ἑαυτὴν, τῆς ἐκ τῶν θηρίων λύμης τούτων κεκαθαρμένην, ἡ ὡς ἄμπελος εὐθύνουσα Νύμφη, καὶ εὐθὺς δίδωσιν ἑαυτὴν τῷ γεωργῷ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσαντι· οὐκ ἔτι γὰρ τῷ τοίχῳ τοῦ νόμου πρὸς τὴν συνάφειαν τοῦ ποθουμένου διατειχίζεται, ἀλλὰ φησι (40).

C

Gregorii. — Prædicta sunt Sponsæ loquentis et votum suum ad Sponsum dirigentis. Hic seipsum aperte ostensurus, primum incitat venatores, sive angelicas quasdam virtutes, sive etiam apostolos, ad vulpium venationem (quæ sunt virtutes apostaticæ, propter dolum sic nominatæ, quæ sunt quidem parvæ quoad virtutem gratiæ Christi, demoliuntur autem vineas); ne amplius vinea, humana natura per illos impediatur quo minus floreat et botros ferat; sive ex virtute vitam instituat. Hoc enim facto duo in se invicem transeunt; Deus namque in anima nascitur, et vicissim anima in Deum migrat. Vidit igitur in virtute jubentis semetipsam a noxa ferarum harum expurgatam sponsa, quæ sicut vitis abundans, statim etiam tradit se agricolæ qui sepis intermedium parietem solvit : neque enim amplius arcetur pariete legis, quo minus cum desiderato conjungatur.

D

Τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τροφίμοις προτάσσει λοιπὸν τοῖς ἔτι τὸ ἄνθος ἐπιδεικνυμένοις τῆς ἀρετῆς, καὶ δυναμένοις εὐχερῶς ἀδικηθῆναι ὑπὸ τῶν παθῶν· οὐχ οὕτω γὰρ ἀνδρυνθεῖσα βλάπτεται ἡ ἄμπελος ὡς ἐν προοιμίοις ἐπιβουλευομένη· ὡς γὰρ ἡ ἀνθοῦ-

Nili. — Cæterum hæc præcipit Ecclesiæ alumnis, adhuc virtutis florem ostendentibus, et qui a passionibus lædi facile possunt : non enim sic adulta vitis læditur, sicut ea quæ in principiis primis circumvenitur; quemadmodum nempe florens

[41] Luc. XXIII, 42. [42] Jerem. XII, 8. [43] Rom. V, 20.

NOTÆ.

(39) *Patrol.* t. XVII, col. 264, 265.

(40) Quæ sequuntur in C. B. sub nomine Nili inscribuntur.

Digitized by Google

uva si concutiatur, palmitibus adhuc tenellis et infirmis, statim disrumpitur. Sic immatura virtus ab inordinatis affectionibus conquassata, ad culmen perfectionis non pervenit studiosis actionibus quæ efflorescere debebant, antequam ad firmum habitudinis statum pertingant diffluentibus. Vana namque gloria depascere solet florem virtutis, atque jactantia pietatem auspicantibus impedimentum fit profectus, dum tumore excutit correctiones et in flore tabescentem fructum abolet. Hic igitur sermo suadet adhuc parvulas capere vulpeculas, id est tenellas adhuc et imbecilles superare passiones, priusquam habitus mutatu difficilis in mali abeat consuetudinem. Vel hoc igitur est quod dicitur, juxta dictam distinctionem; vel sic distinguentibus legendam, eas quæ parvulas demoliuntur vites subigere oportet ac capere vulpes, dum adhuc parvæ sunt vites : siquidem vites magnas demoliri vulpes nequeunt firmato jam boni habitu, etenim parvulorum est scandalizari : quasi vero intendens ex metu dubitationem ait : et vineæ nostræ florent : non solum enim visus est timuisse, quod delicatæ ac recens plantatæ sint parvæ adhuc vites, sed etiam ad florendum dispositæ, excutientibus florem vulpibus expositæ sint; in quibus istiusmodi excussionem agnoscit Scriptura, de iis dicens : « Ita filii excussorum [44], » quos Paulus ramos fractos olivæ appellat [45], David autem *fenum tectorum* [46], Dominus vero, palmitem extra vitem projectum et infrugiferum [47], eorum quoque insinuans abjectionem.

σα σταφυλὴ ἐὰν τιναχθῇ, ἀφίησι μὲν τὰς ῥάγας ἀσθενῶν ἐπὶ τῶν στεμφύλων ἐξηρτημένων, οὕτως ἄωρος ὑπὸ τῶν παθῶν κλονηθεῖσα ἡ ἀρετὴ, πρὸς ἀκμὴν τῆς τελειότητος οὐκ ἔρχεται· τῶν πεπανθῆναι ὀφειλόντων ἐπιτηδευμάτων διαῤῥυέντων, πρὸ τῆς βεβηκυίας καὶ ἐκτικῆς καταστάσεως· κενοδοξίᾳ γὰρ λυμαίνεσθαι πέφυκε τὸ τῶν ἀρετῶν ἄνθος· καὶ ἀλαζονεία τοῖς ἀρχομένοις τῆς θεοσεβείας ἐμπόδιον γίνεται προκοπῆς, τὰς βελτιώσεις τῇ οἰήσει ἀποτινάσσουσα, καὶ ἐν ἄνθει μαραινόμενον ἐμφανίζουσα τὸν καρπόν· συμβουλεύει τοίνυν ὁ λόγος, ἔτι μικρὰς πιάσαι ἀλώπεκας· τουτέστιν ἁπαλῶν ἔτι κρατῆσαι καὶ ἀσθενῶν τῶν παθῶν, πρὶν ἕξις δυσμετακίνητος τὸ ἔθος γένηται τοῦ κακοῦ· ἢ τοῦτο οὖν ἐστὶ τὸ λεγόμενον κατὰ τὴν εἰρημένην διαίρεσιν, ἢ διαιροῦντας ἀναγνῶναι, μικροὺς ἀφανίζον ἀμπελῶνας· εἶτουν κρατῆσαι καὶ πιάσαι τὰς ἀλώπεκας ἔτι μικρῶν οὐσῶν τῶν ἀμπελώνων· μεγάλους γὰρ ἀφανίζειν ἀμπελῶνας αἱ ἀλώπεκες οὐ δύνανται, ἐν ἕξει τοῦ ἀγαθοῦ γενομένους· καὶ γὰρ τῶν μικρῶν ἴδιον τὸ σκανδαλίζεσθαι· ὥσπερ δὲ ἐπιτείνων τὴν ἐκ τοῦ φόβου ἀπορίαν, φησί· καὶ αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσιν· οὐ μόνον γὰρ ἔοικε δεδοικέναι, ὅτι τρυφεροὶ καὶ νεόπαγεῖς εἰσιν οἱ ἀμπελῶνες μικροὶ τυγχάνοντες, ἀλλ' ὅτι καὶ πρὸς κυπρισμὸν εὐχείρωτοι ταῖς ἐκτινασσούσαις τὸ ἄνθος ἐν ταῖς ἀλώπεξιν· τοιοῦτον ἐκτιναγμὸν οἶδεν ἡ Γραφή· περὶ ὧν φησιν, « Οὕτως υἱοὶ τῶν ἐκτετιναγμένων· » οὓς Παῦλος κλάδους ἐκκεκλασμένους ἐλαίας καλεῖ· ὁ δὲ Δαβὶδ *χόρτον δωμάτων*· ὁ δὲ Κύριος, κλῆμα ἔξω τῆς ἀμπέλου βεβλημένον, τὸ ἄκαρπον καὶ ἀπόβλητον αὐτῶν αἰνιττόμενος.

Origenis. — Hæc ait amicis Sponsus, etc.

VERS. 16, 17. *Fratruelis meus mihi et ego illi, qui pascit inter lilia donec perspiret dies et amoveantur umbræ.*

Gregorii. — Vidi, inquit, eum facie ad faciem, semper quidem exsistentem, sed propter me ex sorore mea Synagoga in humana natura exorientem, et in eo requiesco et flo ejus habitaculum. Qui non feno pascit gregem, sed puris liliis, id est divinis sermonibus pascit oves, ut qui pura fragrantique hac esca suam animam impinguaverint, cum ab omni fallaci et umbratili imaginatione eorum in quæ studium in hac vita confertur, se abduxerint, quas umbras hic sermo nominavit, ad rerum veram aspiciant substantiam, filii lucis ac diei effecti. Hæc dicit anima quam pascit Verbum, non in spinis quibusdam vel feno, sed in bono odore liliorum pure vivendi rationis, et urget Verbum ut celeriter in opus producat spem bonorum.

Soli Sponso se addicit, et Sponsum vicissim sui

Ὡριγένους. — Ταῦτα τοῖς φίλοις ὁ Νυμφίος, κ. τ. λ. (41).

ις', ιζ'. *Ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ, ὁ ποιμένων ἐν τοῖς κρίνοις, ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡμέρα καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί.*

Γρηγορίου. — Εἶδον γὰρ αὐτὸν, φησὶν, πρὸς πρόσωπον, τὸν ἀεὶ μὲν ὄντα, δι' ἐμὲ δὲ ἐκ τῆς ἀδελφῆς μου τῆς Συναγωγῆς ἀνθρωπικῶς ἀνατείλαντα· καὶ ἐν αὐτῷ ἀναπαύομαι καὶ γίνομαι αὐτῷ κατοικητήριον· ὃς οὐ χόρτον ποιεῖται τὴν τῶν ποιμνίων νομὴν, ἀλλὰ καθαροῖς κρίναις τρέφει τὰ πρόβατα, τουτέστι θείοις λογίοις· ὅπως ἂν οἱ τῇ καθαρᾷ τε καὶ εὐπνοούσῃ ταύτῃ τροφῇ τὴν ψυχὴν πιαινόμενοι, πᾶσάν τε καὶ σκιοειδῆ φαντασίαν τῶν κατὰ τὸν βίον τοῦτον σπουδαζομένων ἑαυτῶν ἀποστήσαντες, ἃς σκιὰς ὁ λόγος ὠνόμασε, ταῖς τοῦ Θεοῦ Πνεύματος ἀκτῖσι, πρὸς τὴν ἀληθινὴν τῶν πραγμάτων ὑπόστασιν διαβλέψωσιν, υἱοὶ φωτὸς καὶ ἡμέρας γενόμενοι· ταῦτα φθέγγεται ἡ ψυχὴ, ἣν ποιμαίνει ὁ λόγος, οὐκ ἐν ἀκάνθαις τισὶν ἢ χόρτοις, ἀλλ' ἐν τῇ εὐοσμίᾳ τῶν κρίνων τῆς καθαρᾶς πολιτείας, καὶ κατεπείγει τὸν λόγον διὰ τάχους εἰς ἔργον προάγειν τῶν ἀγαθῶν τὴν ἐλπίδα.

Νείλου. — (42). Μόνῳ ἑαυτὴν ἀνατίθησι τῷ Νυμ-

[44] Psal. cxxvi, 4. [45] Rom. xi, 20. [46] Psal. cxxviii, 6. [47] Joan. xv, 6.

NOTÆ.

(41) *Patrol.* t. XVII, col. 265.
(42) In C. B. sub nomine Gregorii habentur.

Digitized by Google

φίῳ, καὶ τὸν Νυμφίον πάλιν μόνης ἑαυτῆς λέγει, διὰ τὴν ἐκ τῶν κατορθωμάτων οἰκειότητα. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ σῶμα ἑαυτῆς οὐ τῇ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ δέδωκε, διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος τῷ ἐκείνης σώματι ἐνανθρωπήσας γεγένηται· ποιμαίνοντα δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς κρίνοις, τὰς ἀμερίμνους λέγει ψυχὰς ὑπ' αὐτοῦ ποιμαίνεσθαι σημαίνουσα, ὡς τῶν περισπωμένων ὑπὸ τῆς σωματικῆς ἀσχολίας ἔξω τῆς τούτου ποιμαντικῆς ὄντων. Ποιμαίνει δὲ ἐν κρίνοις οὐ διὰ παντὸς, ἀλλ' ἕως τοῦ διαπνεῦσαι τὴν μέλλουσαν ἡμέραν, καὶ κινηθῆναι τὰ σκιὰς τῶν παρόντων πραγμάτων. Ὁ δὲ Σύμμαχος, πεποιηκὼς ὁ ποιμαίνων τὰ ἄνθη ἔδειξεν, ὅτι οὐκ ἐν τόπῳ κρίνων, ἀλλ' αὐτὰ τὰ κρίνα ποιμαίνει τὰς ἀμερίμνους ψυχὰς, καὶ τῶν γηΐνων οὐ φροντιζούσας, καθὼς ἀποδέδοται. Ἔφαμεν δὲ ἀνωτέρω ἄνθη λέγεσθαι, τοὺς ἐν τῷ Χριστιανισμῷ ἀνθήσαντας ἁγίους· καὶ ἐνταῦθα οὖν ταῦτα ποιμαίνει τὰ ἄνθη· καὶ τὸ *κινηθῶσι δὲ αἱ σκιαὶ*, τὴν τῶν νομικῶν ἔργων περιαίρεσιν σημαίνει, σκιὰς ὑπὸ τοῦ Παύλου πολλάκις εἰρημένας.

A solius appellat per proborum operum proprietatem. Quia enim corpus suum non fornicationi, sed Domino dederat, propterea etiam Dominus ipsius in incarnatione corpus assumpsit. Pascentem porro ipsum in liliis dicit, animas curarum expertes ab ipso pasci significans, sic ut animæ corporalibus occupationibus distractæ, ab ipso non pascantur. Pascit autem inter lilia non semper, sed donec adspiret futura dies, et umbræ rerum præsentium amoveantur. Symmachus autem eum fecit pascentem flores, ostendit eum non in loco liliorum, sed ipsa lilia pascere, animas nempe curarum expertes et nihil rerum terrenarum satagentes ut expositum est. Diximus autem superius flores dici sanctos in Christianismo florentes : et hic igitur flores hosce B pascit. Atque illud : *Moveantur umbræ*, legalium operum sublationem designat, quæ et a Paulo frequenter umbræ dicuntur.

Ὠριγένους. — Ἡ Νύμφη πρὸς τοὺς ἑταίρους τοῦ Νυμφίου φησίν, κ. τ. λ. (43).

Origenis. — Sponsa ad sodales Sponsi verba facit, etc.

Ἀπόστρεψον, ὁμοιώθητι, σὺ ἀδελφιδέ μου, τῇ δορκάδι ἢ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη τῶν κοιλωμάτων.

Revertere, similis efficere, fratruelis mi, capreæ vel hinnulo cervorum supra montes concavitatum.

Γρηγορίου. — Ἀπόστρεψον τῶν κακῶν τὴν φοράν· ἴδε ὡς δορκὰς ὁ τὰς ἐνθυμήσεις τῶν ἀνθρωπίνων βλέπων· ἀφάνισον τὴν γονὴν τῆς κακίας ὡς νεβρὸς ἐλάφων ἐξαναλίσκων τὸ γένος τοῦ ὄφεως· ὁρᾷς γὰρ τὰ κοῖλα τοῦ ἀνθρωπείου βίου· πᾶν γὰρ τὸ κατὰ τῆς ἀληθείας ὑψούμενον βάραθρόν ἐστι καὶ οὐκ ὄρος, C κοίλωμα, καὶ οὐκ ἀνάστημα· ἐὰν οὖν ἐπιδράμῃς ἐπὶ ταῦτα, φησὶν, πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ὄρος ταπεινωθήσεται.

Gregorii. — Averte malorum incursum : vide ut caprea tu qui aspicis cogitationes hominum. Dele peccati generationem sicut hinnulus cervorum consumit genus serpentum. Vides concavos vitæ humanæ montes : quidquid enim adversus veritatem extollitur barathrum est, et non mons, concavitas et non assurgens fastigium. Si ergo, inquit, ad hæc accurreris, « omnis vallis implebitur et mons humiliabitur [48]. »

Νείλου. — Πῶς ἤδη εἰποῦσα ὅτι *Ὁμοίος ἐστὶν ὁ ἀδελφιδός μου τῷ δόρκωνι*, καὶ τὰ ἑξῆς, νῦν πάλιν φησὶν, *Ἀπόστρεψον* οὐκ ἐπὶ ὄρη Βαιθὴλ, *ἀλλ' ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων*. Τὸ μὲν ὡς ἤδη γενόμενον εἰποῦσα, τὸ δὲ προστακτικῶς ἀναλαβεῖν αὐτὸν παρακελευσμένη· ἀλλὰ μήποτε ἡ διαφορὰ τῆς τῶν ὀρῶν ὀνομασίας ἐν οἷς γίνεται λύει τὸ ἀπορούμενον; ἐκεῖ γὰρ εἶπεν *ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθὴλ*, ἐνταῦθα δὲ, *ἐπὶ τὰ ὄρη κοιλωμάτων*· τάχα οὖν, τὸ μὲν σημαίνει τὸν περίγειον τόπον, τὸ δὲ τὸν ᾅδην, ἀπὸ τῆς κοιλότητος· ὡς εἶναι τὸ λεγόμενον τοιοῦτον· Ἤδη μὲν φύσει ὡμοιώθης, ὦ Νυμφίε, τῷ δόρκωνι καὶ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθὴλ, εὐεργετήσας τοὺς τῇδε, καὶ τὰς ἐναντίας δυνάμεις ὑποτάξας· λείπεται δὲ καὶ τοὺς ἐν καταχθονίῳ τόπῳ κατεχομένους διὰ τὸν ἐπὶ πάντας βασιλεύσαντα θάνατον ἀπολαῦσαι τῆς σῆς εὐεργεσίας, ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐκεῖ κρατούσας δυνάμεις τῇ ὀσφρήσει καθάπερ ἔλαφος ἀνιμησάμενος κατάργησον.

Nili. — Cum prius dixisset : *Similis est fratruelis meus capreæ*, etc., nunc iterum ait : *Revertere*, non ad montes Bethel, *sed supra montes concavitatum*. Illud quidem ut pridem factum narrans, hoc autem imperative assumere ipsum jubens. Sed forsitan diversitas denominationis montium in quibus fit, dubium solvit. Ibi enim dixit, *in montibus Bethel, hic supra montes concavitatum*. Fortassis igitur illud significat locum terræ vicinum, hoc vero infernum per concavitatem, ut id quod dicitur sit hujus modi : Jampridem quidem, o Sponse, assimilatus es capreæ hinnuloque cervorum in montibus Bethel, ibi habitantes beneficiis afficiens et contrarias virtutes subigens. Restat autem ut et hi qui in subterraneo loco per mortem in omnes dominantem detinentur, beneficiis tuis perfruantur : vade igitur et virtutes quæ illic imperant odoratu quasi cervus exanimans dele.

Ὠριγένους. — Τὰ πρότερα πρὸς τὰς νεάνιδας εἶπεν ἡ Νύμφη, κ. τ. λ. (44).

Origenis. — Priora ad adolescentulas Sponsa dixerat, etc.

Φίλωνος. — Ἢ καὶ ἀπόστρεψον ἀπὸ τῶν Ἰου-

Philonis. — Vel etiam revertere a Judæis ad gen-

[48] Isa. XL, 4 ; Luc. III, 5.

NOTÆ.

(43) *Patrol.* t. XVII, col. 265, 268.

(44) *Patrol.* t. XVII, col. 316.

Digitized by Google

tes. *Montes* autem justos dixit, propter sublimitatem; *concavitatum* vero propter humilitatem.

Cyrilli. — Rogat ut Sponsus infrugiferam Synagogam relinquat, et veniat ad eos qui ex concava et humiliata olim, atque idololatrica anima ad cœlestem celsitudinem ascenderunt.

CAP. III.

VERS. 1-4. *In cubili meo, in noctibus quæsivi quem dilexit anima mea; quæsivi eum, et non inveni eum; vocavi eum et non audivit me. Exsurgam nunc et circuibo in civitate, in foris et in plateis, et quæram quem dilexit anima mea; quæsivi eum et non inveni eum: vocavi eum et non obaudivit me. Invenerunt me custodes qui circumeunt in civitate: Numquid quem dilexit anima mea vidistis? Quam modicum fuit, cum transivi ab ipsis, quoadusque inveni quem dilexit anima mea. Tenui eum, et non dimisi eum, donec introduxi eum in domum matris meæ et in cubiculum ejus quæ concepit me.*

Gregorii. — Sponsæ narratio philosophica est: per ea quæ de se narrat, statuit ac docet quemadmodum erga divinum numen se gerere debeant supernæ pulchritudinis amatores. Bifariam enim dividitur rerum creatarum natura ex suprema divisione. Nam aliud quidem est et sensile et materiatum; aliud autem quod intelligentia percipitur et est expers materiæ. Rursus autem cum quæ intelligentia percipitur natura bifariam sit divisa, alia quidem est increata et creatrix semper eodem modo se habens; alia vero creata et participatione ejus quod supereminet, in bono semper conservatur et in eo augetur, et in majus mutatur, semper ad id quod melius est se extendens et nunquam a desiderio cessans. Postquam igitur etiam Sponsa tantis ascensibus sublimata, et ex virtute in virtutem profecta, ut summum spei bonorum assecuta esse videatur; boni tamen indigam se vidit, merito lamentatur, et ut quæ necdum habeat diligentiæ propositum angitur et est perplexa, eamque perplexitatem animi narratione sua profert in publicum. Et ubi reperit quem quærebat describit sermone: perfectiorem insuper boni participationem lectum appellat, et noctem dicit tempus concubii: per nomen autem noctis ostendit contemplationem eorum quæ non cadunt sub aspectum, juxta Moysem in caligine versantem, in qua erat Deus, qui « posuit tenebras latibulum suum, » et Propheta canit « In circuitu suo [69]. » In qua cum fuerit tum docetur tantum abesse ut ascenderit ad perfectionem, ut qui ne principium quidem attigerit. Jam enim, inquit, tanquam iis quæ sunt perfecta, dignata, et tanquam in lecto quopiam eorum quæ sunt cognita comprehensionis requiescens, quando eram intra ea quæ non cadunt sub aspectum, relictis sensibus, quando continebar divina nocte quæ-

[69] III, Reg. xx, 12; Psal. xvii, 12.

δαίων εἰς τὰ ἔθνη. Ὄρη δὲ τοὺς δικαίους ἔφη διὰ τὸ ὑψηλόν· κοιλωμάτων δὲ διὰ τὴν ταπεινοφροσύνην.

Κυρίλλου. — Αἰτεῖ τὸν Νυμφίον, τὴν ἄκαρπον ἀπολεῖψαι συναγωγὴν, καὶ ἐλθεῖν ἐπὶ τοὺς τῆς κοίλης καὶ τεταπεινωμένης πάλαι καὶ εἰδωλολατρούσης ψυχῆς ἐπὶ οὐράνιον ὕψος ἀναβάντας.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

α'.-δ'. *Ἐπὶ τὴν κοίτην μου ἐν νυξὶν ἐξεζήτησα ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν· ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου· ἀναστήσομαι δὴ καὶ κυκλώσω ἐν τῇ πόλει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις· καὶ ζητήσω ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν· ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου· εὗρόσάν με οἱ τηροῦντες, οἱ κυκλοῦντες ἐν τῇ πόλει· Μὴ ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου ἴδετε; ὡς μικρὸν ὅτε παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν, ἕως οὗ εὗρον ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· ἐκράτησα αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀφῆκα αὐτόν, ἕως οὗ εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς οἶκον μητρός μου καὶ εἰς τὸ ταμιεῖον τῆς συλλαβούσης με.*

Γρηγορίου. — Τὸ τῆς Νύμφης διήγημα, φιλοσοφίας ἐστί· δι' ὧν τὰ περὶ αὐτὴν διεξέρχεται· ὅπως δεῖ περὶ τὸ Θεῖον ἔχειν τοὺς ἐραστὰς τοῦ ὑπερκειμένου κάλλους δογματιζούσης. Διχῇ γὰρ τέτρηται κατὰ τὴν ἀνωτάτω διαίρεσιν ἡ τῶν ὄντων φύσις· τὸ μὲν γάρ ἐστιν αἰσθητὸν καὶ ὑλῶδες, τὸ δὲ νοητὸν καὶ ἄϋλον. Πάλιν δὲ τῆς νοητῆς φύσεως διχῇ διῃρημένης, ἡ μὲν ἄκτιστός ἐστι καὶ ποιητική, πάντοτε ὡσαύτως ἔχουσα· ἡ δὲ κτιστὴ, καὶ τῇ μετουσίᾳ τοῦ ὑπερέχοντος ἐν τῷ ἀγαθῷ διὰ παντὸς συντηρεῖται· καὶ πρὸς αὐτὸ αὔξεται καὶ πρὸς τὸ μεῖζον ἀλλοιοῦται· ἀεὶ πρὸς τὸ κρεῖττον ἐπεκτεινομένη, καὶ μηδέποτε τῆς ἐφέσεως λήγουσα· ἐπεὶ οὖν καὶ ἡ Νύμφη τοσαύταις ἀνόδοις ὑψωθεῖσα, καὶ ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν πορευομένη, τοῦ ἀκροτάτου τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδος τετυχηκέναι ἐδόκει, ἐνδεᾶ δὲ ἑαυτὴν τοῦ ἀγαθοῦ καθεώρα, εἰκότως ἀπορεῖται· καὶ ὡς μήπω σχοῦσα τὸ τῆς προθυμίας προκείμενον ἀμηχανεῖται καὶ δυσχεραίνεται καὶ τὴν τοιαύτην ἀμηχανίαν δημοσιεύει τῷ διηγήματι· καὶ ὅπως εὕρε τὸν ζητούμενον ὑπογράφει τῷ λόγῳ· τὴν μὲν οὖν τελειοτέραν τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν, κοίτην ὀνομάζει καὶ νύκτα λέγει τὸν τῆς κοίτης καιρόν· διὰ δὲ τοῦ ὀνόματος τῆς νυκτὸς, ἐνδείκνυται τῶν ἀοράτων τὴν θεωρίαν, κατὰ τὸν ἐν τῷ γνόφῳ Μωσέα, ἐν ᾧ ἦν ὁ Θεὸς ὅς, « Ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, » κατὰ τὸν Προφήτην, « Κύκλῳ αὐτοῦ· » ἐν ᾧ καταστᾶσα τότε διδάσκεται τοσοῦτον ἀπέχουσα τοῦ ἐπιβῆναι τῆς τελειότητος, ὅσον οἱ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγχειρήσαντες· ἤδη γάρ φησιν ὡς τῶν τελείων ἀξιωθεῖσα, καθάπερ ἐπὶ κοίτης τινὸς τῆς τῶν ἐγνωσμένων καταλήψεως ἐμαυτὴν ἀναπαύουσα· ὅτε τῶν ἀοράτων ἐντὸς ἐγενόμην καταλιποῦσα τὰ αἰσθητήρια· ὅτε περιεσχέθην τῇ θείᾳ νυκτὶ, τὸν γνόφῳ κεκρυμμένον ἀναζητοῦσα, τότε μὲν τὴν ἀγάπην πρὸς τὸ ποθούμενον ἔσχον· αὐτὸ δὲ τὸ ἀγαπώμενον, διέπῃ τῶν λογισμῶν τὴν

Digitized by Google

συλλαβήν. ἐζήτουν γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τὴν κοίτην μου, ὥστε γνῶναι τίς ἐν νυξὶν ἡ οὐσία, ποθεν ἔρχεται, εἰς τί καταλήγει, ἐν τίνι ἔχει τὸ εἶναι, ἀλλ' οὐχ εὗρον. Εἶτά φησιν, Ἐκάλεσα αὐτὸν τὸν ἀκατανόμαστον ὡς ἐνῆν ὀνομάζουσα καὶ οὐκ ἐπήκουσέ μου· οὐ γὰρ ἦν ὀνόματος ἔμφασις ἡ καθικνουμένη τοῦ ζητουμένου· τότε τοίνυν ἔγνων, ὅτι τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς δόξης τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. Ὅθεν διανίστησιν ἑαυτὴν καὶ περιπολεῖ τῇ διανοίᾳ τὴν ὑπερκόσμιον φύσιν, ἣν ἐκάλεσε πόλιν, ἐν ᾗ ἀρχαὶ καὶ κυριότητες καὶ οἱ ταῖς ἐξουσίαις ἀποτεταγμένοι θρόνοι, ἥ τε τῶν ἐπουρανίων πανήγυρις· ὃ τὸ τῆς πλατείας διασημαίνει ὀνόματι· μὴ εὑροῦσα δὲ ἐν αὐτοῖς τὸ ποθούμενον, καθ' ἑαυτὴν ἐλογίσατο· μὴ ἄρα κἂν ἐκείνοις ληπτόν ἐστι τὸ παρ' ἐμοῦ ἀγαπώμενον· διὰ δὲ τῆς σιωπῆς ἐνδειξαμένου τὸ ἀκατάληπτον, πᾶν τὸ εὑρισκόμενον ἀφεῖσα μόλις ἔγνω τὸ ζητούμενον, ὡς ἐν τῷ μὴ εὑρίσκεσθαί τί ἐστιν, ὅτι ἐστὶ γινώσκεται. Διό φησιν, Ὅτε μικρὸν παρῆλθον ἀπὸ πάσης κτίσεως, πᾶσαν ἀφεῖσα καταληπτικὴν ἔφοδον, τῇ πίστει τὸν ἀγαπώμενον εὗρον· δι' ἧς αὐτὸν καὶ κρατήσω, ἕως ἂν ἐντὸς γένηται τοῦ ἐμοῦ ταμιείου, εἴτουν καρδίας· ἢ τότε γίνεται δεκτικὴ τῆς θείας αὐτοῦ ἐνοικήσεως, ὅταν ἔλθῃ πρὸς τὴν κατάστασιν ἐκείνην ἐν ᾗ τὸ κατ' ἀρχὰς ἦν ὅτε ἐπλάσθην ὑπὸ τῆς συλλαβούσης μητρός· ἥτις ἐστὶν ἡ πρώτη τῆς συστάσεως ἡμῶν αἰτία.

rens eum qui latebat sub caligine; tunc quidem habebam dilectionem in eum qui desiderabatur; idipsum autem quod diligebatur evolabat ut id apprehendere non possent cogitationes. Quærebam enim ipsum in lecto meo noctu ut nossem quæ sit ejus essentia, unde incipiat, quo desinat, in quonam suam habeat essentiam: sed non inveni. Deinde, Vocavi, inquit, ipsumqui non potest nominari, quoad fieri poterat eum nominans: et non obaudivit me: non enim erat nominis significatio quæ pertingeret usque ad id quod quærebatur. Tum igitur cognovi quod magnificentiæ, gloriæ, sanctitatis ejus non est finis. Unde excitat semetipsam et obit cogitatione super mundanam naturam, quam vocat civitatem, in qua sunt principatus et dominationes, ac potestatibus assignati throni, et cœlestium conventus, quem significat nomine plateæ. Non inveniens ibi dilectum, apud se cogitabat: Num forte etiam in illis comprehendi potest illud quod a me diligitur? Cum autem silentio indicassent captum omnem superare, relicto universo quod inveniebatur, vix cognovit quod quærebatur, quasi in eo quod non inveniretur quid esset, cognosceretur. Propterea dicit: Quando paululum pertransii ab omni creatura omnem dimittens comprehensibilem viam ac rationem, inveni fide dilectum, per quam ipsum etiam tenebo, donec fuerit intra meum conclave, sive cor, quod tunc fit capax divinæ ejus habitationis, quando redierit ad illum statum in quo erat ab initio quando fuit effictum ab ea matre quæ concepit, quæ est prima causa nostræ constitutionis.

Νείλου. — Καταστάσεις ἑαυτῆς ἐν αἷς ἐγένετο ἡ Νύμφη διηγεῖται τὸν Λόγον ζητοῦσα καὶ τὴν τελειότητα καὶ τὴν ἐν τελειότητι ἐπομένην· καὶ ταῦτά φησι πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν ὠφέλειαν· διδάσκουσι ὅτι οὐκ ἔστι μετὰ ἀναπαύσεως ζητοῦντα τὸ ποθούμενον εὑρεῖν· ἀσκήσει γὰρ τῶν καλῶν, ῥᾳστώνη πολέμιον· τὸ γάρ, *Ἐπὶ τὴν κοίτην μου ἐν νυξὶν ἐζήτησα ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου*, τοιοῦτόν ἐστιν, ὡσανεὶ τῆς Νύμφης διηγουμένης ταῖς νεάνισιν, ὅτι ἐνόμισα κοῦφον εἶναι καὶ εὐχερὲς, τὸ κτήσασθαι τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σοφίαν οἰκειώσασθαι· καὶ ἐζήτουν οὐ μετὰ πόνου, ἀλλ' ἀνειμένως καὶ ῥᾳθύμως, καὶ τοῖς σωματικοῖς ὡς κλίνῃ ἐπαναπαυομένη· ἐπειδὴ δὲ ἡ ζήτησις αὕτη τῆς καταλήψεως ἠστόχει, μετέβαλον ἐπὶ τὸ ἐργάζεσθαι τὴν ἀρετήν· διὸ εἶπον, *Ἀναστήσομαι δή*, καὶ τὰ λοιπὰ, καταλιποῦσα τὴν κλίνην, ἐπὶ τῷ δι' ἔργων ποιήσασθαι τὴν ζήτησιν· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτό με πρὸς τὴν εὕρεσιν ὡδήγησε. Δέον γὰρ ἐργαζομένης τὰ τῆς ἀρετῆς κρύψαι τὸν πόνον, ἐπιδεικτιῶσα τοῦτον ἐδημοσίευον ἐν πλατείαις, καὶ ἀγοραῖς, τὸν ἀνθρώπων ἔπαινον θηρωμένη. Διὸ οὐδ' οὕτως εὑρεῖν δεδύνημαι· οὐδὲν γὰρ συντελεῖ πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν κτῆσιν πόνος, ὅταν μετὰ φιλοδοξίας γίνηται. Ἀλλ' ὅταν *εὕρωσιν αὐτὴν οἱ φύλακες οἱ τηροῦντες ἐν τῇ πόλει*· οὗτοι δὲ εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα διακονοῦντα τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἤτοι διοικήσει τοῦ βίου ἐφεστῶτα· καὶ ἐρωτηθέντες περὶ τοῦ ἀγαπωμένου, σιωπῇ παρῆλθον αὐτὴν ὡς οὐκ ἀξίαν ἀποκρίσεως· ἐκ τῆς ἀποστροφῆς στοχασαμένη ὡς

Nili. — Status suos in quibus versata fuit Sponsa commemorat Verbum quærens ac perfectionem, et in perfectione mansionem: atque hæc ad reliquorum dicit utilitatem, docens fieri non posse ut in quiete quærens quis desideratum inveniat. Exercitationi enim virtutum inimica desidia. Illud enim: *In lectulo meo in noctibus quæsivi quem dilexit anima mea*, est istius modi ac si Sponsa diceret adolescentulis: existimabam levem esse ac facilem virtutis possessionem et sapientiæ familiaritatem, et quæsivi non cum labore, sed remisse, ac in rebus corporeis tanquam in lecto quiescens. Sed cum quæsitio ista comprehensione aberrasset, conversa sum ad virtutis operationem: quocirca dixi: *Exsurgam nunc*, etc., relinquens lectum ut per opera instituam inquisitionem: sed nec hoc me ad inventionem adduxit. Decebat enim ea quæ virtutis sunt operantem abscondere laborem; sed hunc ostentans publicavi in plateis, et in foris, laudem hominum venata. Quare nec sic invenire potui: nihil enim confert ad bonorum possessionem labor cum ostentatione factus. Sed quando *invenerunt eam custodes qui circumierunt in civitate*; hi autem sunt administratorii spiritus, qui saluti hominum subveniunt, sive gubernationi vitæ præsunt; et interrogati de dilecto ipsam velut responso indignam silentio pertransierunt, ex hac aversione conjiciens istiusmodi nequaquam illis placere; opportune cogitavit ne inutilia laboraret, neque virtutis asperi-

Digitized by Google

tatem sustinens propter quæsitam ab intuentibus laudem, profectu frustraretur, et sic quæsitum invenit, nullius alterius quam boni ipsius causa bonum operata ac juste quod justum est persequens : unde etiam non multo post, sed statim, se invenisse dicit. Modicum enim ut transivi, requirens inveni quem diligit anima mea. Prædictos enim status transeunti et ad perfectionem grassanti absque mora reperitur Deus, dum quasi lucem cooperantem suscipit veritatem ad ejus quod quæritur comprehensionem. Quod enim est lux oculis, hoc illi veritas. Magnum porro encomium Sponsæ quod in sequentibus dicitur: *Tenui eum*, etc., siquidem postulasse cum labore bonum fortasse multorum, sed constantiam conservare paucorum : multi namque cum pervenerint ad id quod studiose quærebant, vel satietatem ejus successu temporis capientes, vel alio studium deflectentes desistunt et paulatim negligentes excidunt ab optimo habitu, plurimum inutilis assumentes laboris. Hæc vero ut laborum experta est bonitatem, non retrocessit, sed æqualem servavit promptitudinem, donec vere familiarem sibi redderet desideratum, usque ad intima penetralia introducens virtutem. Introduxit enim illam non in vestibula, vel atria, sed domus penuarium seu cubile.

αὐτὸν οὐκ ἐν προθύροις ἢ προαυλίοις, ἀλλ' ἐν τῷ ταμιείῳ τοῦ οἴκου.

Origenis. — Cum de mysteriis nuptiarum præviis egisset, etc.

Cyrilli. — Mulieres significat quæ venerunt una Sabbatorum mane diluculo ad monumentum Jesu et non invenerunt eum : quod igitur in lecto vel a lecto ait vel lectum suum Domini monumentum vocat, secundum quod illi consepelimur, sed non reperit ipsum audiens : « Non est hic, surrexit enim [50]; » et invenerunt eam custodes angeli quos etiam interrogat : « Ubi posuistis Dominum? » sed interrogatos transeunti occurrit dicens : Salvete. Propter ea dicit : Quam modicum fuit cum transivi ab ipsis quoadusque inveni. Id est, et inveni et non dimittam eum. Tenuit enim pedes ejus et audivit : « Noli me tangere [51]. » Domum autem matris congregationem apostolorum vocat ad quam abiens, nuntiavit Christi resurrectionem.

VERS. 5. *Adjuravi vos, filiæ Jerusalem, in virtutibus et in viribus agri, si suscitaveritis et exsuscitaveritis charitatem quoadusque velit.*

Gregorii. — Rursus propter mutuum amorem discipulas quoque animas alloquitur, quas antea comparatione pulchritudinis Sponsæ, quam lilio assimilaverat, spinas omnino appellaverat, et per adjurationem mundi potestatum facit assurgere ad parem modum charitatis ut voluntas Sponsi sit etiam in eis fortis. Reliqua vero in præcedenti sermone declarata sunt.

Nili. — Hoc secundum adjurat filias Jerusalem

οὐκ ἔστιν αὐτῆς εὐάρεστος ὁ τοιοῦτος βίος, ἐλογίσατο δεόντως μὴ ἀνόνητα μοχθεῖν, μηδὲ τὸ τραχὺ τῆς ἀρετῆς ὑπομένουσα, ὑστερίζειν τῆς προκοπῆς διὰ τῶν ὁρώντων ἔπαινον· καὶ οὕτως εὗρε τὸ ζητούμενον· οὐδενὸς ἑτέρου χάριν, ἢ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ τὸ ἀγαθὸν ἐργαζομένη· καὶ δικαίως τὸ δίκαιον διώκουσα· ὅθεν καὶ οὐ μετὰ πολὺ, ἀλλ' εὐθέως εὑρηκέναι λέγει. Μικρὸν γὰρ ὡς παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν, εὗρον ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· τῷ γὰρ παρελθόντι τὰς προειρημένας καταστάσεις, καὶ φθάσαντι ἐπὶ τὴν τελειότητα, ἀνυπερθέτως εὑρίσκεται ὁ Θεός· συνεργὸν ὡς φῶς τὴν κατάληψιν τοῦ ζητουμένου. Ὅπερ γάρ ἐστι φῶς ὀφθαλμοῖς, τοῦτο νῷ ἀλήθεια· μέγα δὲ ἐγκώμιον ἐν τοῖς ἑξῆς εἴρηται τῆς Νύμφης, τὸ, *Ἐκράτησα αὐτόν*, καὶ ἑξῆς· κτήσασθαι μὲν γὰρ πόνῳ τὸ καλὸν, ἴσως πολλῶν· φυλάξαι δὲ τὴν ἐπιμονὴν, ὀλίγων· οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ ὅταν φθάσωσιν ἐπὶ τὸ σπουδαζόμενον, ἢ πόρον λαβόντες αὐτοῦ τῷ χρόνῳ, ἢ περὶ ἕτερα τὴν προθυμίαν ἀποκλίναντες, ἀφίστανται· καὶ μικρὸν ἀμελήσουσιν, ἐκπίπτουσι τῆς ἀρίστης ἕξεως, πολὺν ἀχρειοῦντες πόνον· αὕτη δὲ καμάτῳ εὑροῦσα τὸ ἀγαθὸν, οὐκ ἐνόστησεν εἰς τὰ ὀπίσω, ἀλλ' ἴσην ἐτήρησε τὴν προθυμίαν, ἕως γνησίως ᾠκειώσατο τὸ ποθούμενον· μέχρι τῶν ἐνδοτάτων ταμιείων εἰσοικίσασα τὴν ἀρετὴν, εἰσήγαγεν

Ὠριγένους. — Περὶ τῶν πρὸ τοῦ γάμου μυστηρίων εἰπὼν, κ. τ. λ. (45).

Κυρίλλου. — Τὰς γυναῖκας δηλοῖ, τὰς ἐλθούσας μιᾷ Σαββάτων ὄρθρου βαθέως ἐπὶ τὸ μνῆμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ μὴ εὑρούσας αὐτόν· τὸ οὖν ἐπὶ τὴν κοίτην, ἢ ἀπὸ κοίτης φησὶν, ἢ κοίτην ἑαυτῆς τὸ τοῦ Κυρίου μνῆμα καλεῖ, καθὸ συνθαπτόμεθα αὐτῷ· ἀλλ' οὐχ εὗρεν αὐτὸν ἀκούσασα, οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γάρ· καὶ εὗρον αὐτὴν οἱ τηροῦντες ἄγγελοι, οὓς καὶ ἐρωτᾷ, « Ποῦ τεθήκατε τὸν Κύριον; » ἀλλὰ παρελθούσῃ τοὺς ἐρωτηθέντας, ὑπήντησε λέγων, Χαίρετε· διό φησιν, Ὡς μικρὸν παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν ἕως εὗρον· καὶ οὐκ ἀφήσω αὐτόν· ἐκράτησε γὰρ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤκουσε, « Μή μοῦ ἅπτου. » Οἶκον δὲ μητρὸς τὴν συναγωγὴν ἀποστόλων φησὶ, εἰς ἣν ἀπελθοῦσα εὐηγγελίζετο τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάστασιν.

ε'. *Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν θελήσῃ.*

Γρηγορίου. — Πάλιν ὑπὸ φιλαλληλίας, καὶ ταῖς μαθητευομέναις ψυχαῖς διαλέγεται· ἃς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν συγκρίσει τοῦ τῆς Νύμφης κάλλους τοῦ παρεικασθέντος τῷ κρίνῳ, ἀκάνθας ὁ λόγος ὠνόμασεν· καὶ διὰ τοῦ ὅρκου τῶν ἐν τῷ κόσμῳ δυνάμεων πρὸς τὸ ἴσον τῆς ἀγάπης διανίστησι μέτρον· ὥστε τὸ θέλημα τοῦ Νυμφίου καὶ ἐπ' αὐτὸν ἐνεργὸν γενέσθαι· τὰ δὲ λοιπὰ ἐν τῷ φθάσαντι λόγῳ δεδήλωται.

Νείλου. — Τοῦτο δεύτερον ὁρκίζει τὰς θυγατέρας

[50] Matth. xxviii, 6. [51] Joan. xx, 17.

NOTÆ.

(45) *Patrol.* t. XVII, col. 268, 269.

Digitized by Google

Ἱερουσαλὴμ ἡ Νύμφη ἐξεγεῖραι τὴν ἀγάπην πάντως καθεύδουσαν· ἡ δὲ ἔννοια δεδήλωται.

ς'. *Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἐκ τῆς ἐρήμου ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη; σμύρνα καὶ λίβανος ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ;*

Γρηγορίου. — Ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν προκοπαῖς οὐ πάντοτε τῷ αὐτῷ παραμένουσι χαρακτῆρι, οἱ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν διὰ τῆς τῶν ὑψηλοτέρων ἐπιθυμίαν μεταμορφούμενοι· ἀλλὰ πρὸς τὸν λόγον τῆς ἀεὶ κατορθωθείσης ἑκάστῳ διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν τελειότητος, ἴδιός τις χαρακτὴρ τῷ βίῳ ἐπιλάμπει, ἄλλος ἐξ ἄλλου γενόμενός τε καὶ φαινόμενος, διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐπαυξήσεως. Διό μοι δοκοῦσι ξενίζεσθαι πρὸς τὸ φαινόμενον οἱ φίλοι τοῦ Νυμφίου· οἱ πρότερον μὲν αὐτὴν ἐγνωκότες καλὴν, ἀλλ' ὡς ἐν γυναιξὶ καλὴν, μετὰ δὲ ταῦτα δι' ὁμοιότητος χρυσίου μετὰ στιγμάτων ἀργυρίου, τὸ κάλλος αὐτῆς ὡραΐζοντες· νυνὶ δὲ μηδὲν τῶν προλαβόντων σημείων περὶ αὐτὴν καθορῶντες, ἀλλὰ τὸ τῶν ὑψηλοτέρων χαρακτηρίζοντες, θαυμάζουσιν, οὐ μόνον τὴν ἄνοδον, ἀλλὰ καὶ ὅθεν ἀνέδραμε· τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ καὶ ἐπίτασιν ποιεῖ τῆς ἐκπλήξεως· ὅπερ μέγιστον τῇ Νύμφῃ ἐγκώμιον, μαρτυροῦν τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον παραλλαγὴν καὶ μετάστασιν· μέλαινα γὰρ ἡμῖν, φησὶν, ἐωρᾶτο πρότερον, αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἐκ τῆς ἐρήμου· καὶ πῶς τὴν σκοτεινὴν μορφὴν ἀπεδύσατο; πῶς αὐτῇ χιονῶδες ἀπαστράπτει τὸ κάλλος; ἡ ἔρημός ἐστιν ὡς ἔοικεν καὶ αἰτία τούτων, ἡ καθάπερ ἔρνος ἀναθάλλειν αὐτὴν εἰς ὕψος ποιήσασα καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον μεταβάλλουσα κάλλος; ἐξ οἰκείων γὰρ πόνων δι' ἐγκρατείας τε καὶ ἐπιμελείας ἐκτήσατο· τοῦτο γὰρ τὸ ἐκ τῆς ἐρήμου ἀναβαίνειν αὐτὴν· οὕτω ποτὲ καὶ ἡ τοῦ προφήτου ψυχὴ διψώδης ἐγένετο τῆς θείας πηγῆς, ἐπειδὴ αὐτῷ ἡ σὰρξ ἄβατός τε καὶ ἔρημος καὶ ἄνυδρος γενομένη, τὸ θεῖον δίψος ἑαυτῷ παρεδέξατο· διὰ πολλῶν τοίνυν ὑποδειγμάτων τὸ κάλλος αὐτῆς ἑρμηνεύουσι· ἐπειδὴ δι' ἑνὸς ἅπαν περιληφθῆναι οὐχ οἷόν τε ἦν· πρῶτον μὲν γὰρ στέλεξι τὴν ὥραν αὐτῆς εἰκάζουσι, καὶ οὐδὲ τοῦτο ἑνί· ἀλλὰ διὰ τοῦ πλήθους τὸ πολυειδὲς καὶ ποικίλον, τῶν ἀρετῶν ὑπογράφουσιν· εἶτα καπνὸς ἐκ θυμιαμάτων, εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ κάλλους παραλαμβάνεται· καὶ οὐδὲ οὗτος ἁπλοῦς, ἀλλὰ σμύρνῃ καὶ λιβάνῳ συγκεκραμένος, ὡς μίαν γενέσθαι τῶν ἀτμῶν τὴν χάριν· ὁ τοίνυν μέλλων ἑαυτὸν ἀνατιθέναι τῇ τοῦ Θεοῦ θεραπείᾳ, οὐκ ἄλλος ἔσται λίβανος τοῦ Θεοῦ θυμιώμενος, τοῦτο γὰρ τῇ τοῦ Θεοῦ τιμῇ ἀφιέρωται, εἰ μὴ πρότερον νεκρώσειε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς μέλη· ἡ γὰρ σμύρνα πρὸς τὸν ἐνταφιασμὸν τῶν σωμάτων οἰκείως ἔχει· ὧν γενομένων, πᾶν εἶδος τῶν κατ' ἀρετὴν ἀρωμάτων ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ βίου, καθάπερ θυείᾳ τινὶ λεπτυνθέντων τὸν ἡδὺν ἐκεῖνον κονιορτὸν, ὃν ἀναλαβὼν ἐν τῷ ἄσθματι εὔπνους γίνεται τοῦ μεμυρισμένου πνεύματος πλήρης γενόμενος.

Ὠριγένους. — Καλὴ λίαν ἡ ἀναβαίνουσα, κ. τ. λ. (46).

ut exsuscitent dilectionem omnino dormientem, sensus autem declaratus fuit.

Vers. 6. *Quæ est ista quæ ascendit e deserto, tanquam truncus fumi incensa, myrrha, thus ab omnibus pulveribus unguentarii?*

Gregorii. — In virtutis progressibus non semper eamdem retinent formam qui a claritate in claritatem per sublimiorum desideria transformantur, sed pro ratione perfectionis bonorum in quibus se quisque semper exercuit, proprius quidam vitæ illucescit character, alius factus ex alio, et apparens per augmentum bonorum. Quare mihi videntur amici Sponsi tanquam rem novam admirari id quod apparet; qui prius quidem eam cognoverunt pulchram, postea vero auri quoque similitudine cum notis argenti ejus pulchritudinem decorarunt. Nunc autem præcedentium notarum nullam in ipsa intuentes, sed a sublimioribus illam insignientes, mirantur non solum ascensum, sed etiam unde ascenderit. Hoc est enim quod majorem affert stuporem, quod maximum est Sponsæ encomium, testificans ejus in virtute progressum, et id quod melius est mutationem ac transformationem. Quæ enim, inquit, prius videbatur nobis nigra, hæc ascendens de deserto, tenebricosam quodam modo formam exuit et nivea refulget pulchritudine. Num desertum, ut videtur, est causa quod ipsa sicut virgultum assurgat in altum, ipsam in eam mutans pulchritudinem? Ex propriis nempe laboribus per continentiam et diligentiam acquisivit pulchritudinem. Hæc est enim ipsius de deserto ascensio. Ita etiam aliquando Prophetæ anima fuit sitiens divinum fontem [52], postquam caro quæ ei evaserat deserta, et invia, et inaquosa, divinam in se suscepit sitim. Multis igitur exemplis ejus explicant pulchritudinem, quandoquidem uno non poterat universa comprehendi. Nam primum quidem caudicibus seu virgultis ejus assimilant pulchritudinem nec uni solum ex illis, sed per multitudinem ac specierum diversitatem, virtutum varietatem describunt. Deinde fumus ex suffitibus assumitur ad imaginem pulchritudinis, neque hic simplex, sed suffitibus myrrhæ et thuris simul commistis, ut una sit vaporis gratia. Qui ergo se vult Dei dedicare cultui, non aliter erit thus Deo, nisi prius mortificaverit membra quæ sunt super terram. Myrrha enim apta est ad corporum sepulturam: quæ cum facta fuerint, omne genus aromatum ex virtute in vitæ circulo tanquam in aliquo mortario, in subtiles partes comminutorum, suavem illum efficit pulverem quem qui accepit in anhelitu odorus efficitur, plenus spiritu unguenta redolente.

Origenis. — Valde pulchra est anima quæ vita rationeque ascendit, etc.

[52] Psal. XLI, 3.

NOTÆ.

(46) *Patrol.* t. XVII, col. 269.

Digitized by Google

Nili. — Sponsa stuporem movit intuentibus, quod et a deserto ascenderet et sicut truncus fumi incensa foret, nec aliunde incensa quam a myrrha et thure, ac pulvere unguentario. Hæc autem omnia significant recessum a terrenis negotiis. Anima enim a malo abstinens et a pravis cessans actionibus, atque zizaniorum sementem rejiciens in deserto est. In bonis vero operibus proficiens incipit ascendere de deserto sicut truncus fumi incensa. Quemadmodum enim fumus a terra incipiens caudicatur quidem, sed in aere hæret quasi radice cum flamma lignorum implexam habens : at cum inferne materia defuerit, a terra sejunctus omnino secedit, parti commistus et in semetipsum resolutus; sic anima recedens a terrenis, et si proficiat ad cœlestia, non primo in ista perfecte transit quam omnino integre terrena reliquerit. Porro myrrham et thus esse commistam trunco fumi odorem bonum, corporis mortificationem et ex continentia subactionem declarat, cum quibus proficiens velut unguento accedentes imbuit. Sed et aromatum pulvis prædicationis sensui consentit, nam et hic contactu terræ tritus, extenuatus faciei ipsius supernatat; motus vero pedibus transeuntium sublimis tollitur in altum abiens. Item hæretica quidem anima, cum forte bonum propter aliquid et propter se facit, pulvis est aliquantulum a terra elevatus, et rursum facile in proprium descendit locum, per suum ad inferiora affectum : sin ecclesiastica rectaque fide Deo placendi fine sursum germinans pulvis fit unguentarii, quæ sublimi ratione vivendi bonum dogmatum odorem admistum habeat, potest etiam dogmatice dici de Ecclesia. Siquidem hæc de deserto non habente virum ascendit myrrham et thus spirans, eo quod conjuncta sit Christo, quodque pulvere rerum mundanarum prout par est utatur, ut ex his pulverem conficiat unguentarii et per usum rationabilem id quod pulverulentum est in bonum Christi convertat odorem. Nam qui minime consistentia sed a mundanæ auræ ventis delata bona per eleemosynam reddit pretiosa, terræ pulverem facit pulverem unguentarii, laudabili egenorum usu, quod in iis pulverulentum et dissipabile est, commutans in aromaticum odorem suavem et fere amicum Deo.

Cyrilli. — Myrrha quidem quando consepulta Christo, thus vero quando simul cum ipso resurrexit et divinitatem ejus participavit : et non hisce solis ecclesiastica incensa est anima, verum etiam variis cognitionis contemplationibus; qui enim accurate distinguit, et res etiam obvias minute scrutatur dici possit unguentarius quodammodo esse, cum comminuat et in pulverem odoris suavitatis reducat omnia oracula quæ nunc sponsa dicitur adolevisse. Fortassis vero etiam qui non secundum carnem vivit, sed secundum spiritum, nequaquam corde incrassatus varietatem et omnimodam

Νείλου. — Ἔκπληξιν παρέσχε τοῖς ὁρῶσιν ἡ Νύμφη· ὅτι καὶ ἀπὸ ἐρήμου ἀνέβαινε, καὶ ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη, καὶ ὅτι οὐκ ἄλλοθεν τεθυμίασται, ἀλλ' ἀπὸ σμύρνης καὶ λιβάνου, καὶ κονιορτῶν μυρεψοῦ· ταῦτα δὲ πάντα σημαίνει τὴν ἀναχώρησιν τῶν γηΐνων· ἡ γὰρ ἀποσχομένη τῆς κακίας ψυχὴ, καὶ τῶν φαύλων πράξεων ἀργίαν ἄγουσα, καὶ τὸν τῶν ζιζανίων σπορέα ἀρνησαμένη ἐν ἐρήμῳ ἐστὶ, προκόπτουσα ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις δὲ, ἄρχεται ἀναβαίνειν ἀπὸ τῆς ἐρήμου ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη· ὡς γὰρ ὁ καπνὸς ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γῆς, στελεχοῦται δὲ ἐπὶ τὸν ἀέρα, ὅμως δέχεται ὡς ῥίζης τῆς συμπεπνιγμένης τοῖς ξύλοις φλογός· ὅταν δὲ ἐκλίπῃ κάτωθεν ἡ ὕλη, διαζευχθεὶς τῆς γῆς, ὅλως ἀναχωρεῖ τῷ ἰδίῳ μέρει συναναμιγνύμενος καὶ ἀναστοιχειούμενος εἰς ἑαυτόν· οὕτως ἡ τῶν γηΐνων ἀναχωροῦσα ψυχὴ, κἂν προκόπτῃ ἐπὶ τὰ οὐράνια, οὐ πρότερον μεθίσταται τελείως ἐπ' αὐτὰ, πρὶν ὁλοσχερῶς ἐκλίπῃ τὰ γήϊνα· τὸ δὲ σμύρναν καὶ λίβανον εἶναι τὴν συναναμεμιγμένην εὐωδίαν τῇ στελέχῃ τοῦ καπνοῦ, τὴν νέκρωσιν τοῦ σώματος, καὶ τὸν ἐξ ἐγκρατείας ὑποπιασμὸν δηλοῖ· μεθ' ὧν προκόπτουσα ἐμύριζε τοὺς παρατυγχάνοντας· καὶ ὁ κονιορτὸς δὲ τῶν ἀρωμάτων, σύμφωνός ἐστι τῷ τοῦ κηρύγματος νοήματι· καὶ γὰρ οὗτος ἀπὸ τριβῆς τῆς παχείας γῆς, λεπτὸς ἐπιπολάζει τῷ προσώπῳ ταύτης· κινούμενος δὲ τοῖς τῶν ὁδοιπορούντων ποσὶ μετέωρος αἴρεται, πρὸς ὕψος χωρῶν. Ἀλλ' ἐὰν αἱρετικὴ ψυχὴ οὖσα τύχῃ, ἢ τὸ καλὸν διά τι ποιοῦσα καὶ τὸ δι' ἑαυτὸν, κονιορτός ἐστι γῆς, ὀλίγον ὑψουμένη, καὶ πάλιν εὐχερῶς πρὸς τὸν οἰκεῖον καταφερομένη τόπον, διὰ τὴν πρὸς τὰ κάτω προσπάθειαν· ἐὰν δὲ ἐκκλησιαστικῇ πίστει σκοπῷ τῆς πρὸς τὸ Θεῖον εὐαρεστήσεως τὸ ἄνω φυτὸν ἔχουσα, κονιορτός ἐστι μυρεψοῦ, τῇ ὑψηλῇ πολιτείᾳ τὴν τῶν δογμάτων εὐωδίαν ἀνακεκραμμένην ἔχουσα· δύναται δὲ καὶ δογματικῶς περὶ τῆς Ἐκκλησίας λέγεσθαι· ἀπὸ ἐρήμου γὰρ τῆς μὴ ἐχούσης ἄνδρα, αὕτη ἀνέβη· σμύρναν καὶ λίβανον πνέουσα διὰ τὸ συντετάφθαι Χριστῷ· καὶ διὰ τὸ τὸν κονιορτὸν τῶν κοσμικῶν πραγμάτων τὸ εἰς δέον χρήσασθαι τούτοις, κονιορτὸν ποιῆσαι μυρεψοῦ· καὶ διὰ τὴν εὔλογον χρῆσιν, τὸ κονιορτῶδες μεταβαλεῖν εἰς εὐωδίαν Χριστοῦ· ὁ γὰρ τὰ μὴ ἐστῶτα, ἀλλὰ φερόμενα ὑπὸ τῶν ἀνέμων τῆς κοσμικῆς αὔρας, διὰ ἐλεημοσύνην ποιῶν τίμια, τὸν κονιορτὸν τῆς γῆς ἐποίησε κονιορτὸν μυρεψοῦ· τῇ εὐλόγῳ χρήσει τῶν δεομένων, τὸ κονιορτῶδες αὐτῶν καὶ ἐσκεδασμένον, μεταβαλὼν εἰς ἀρωματικὴν εὐωδίαν καὶ φίλιον ὄντως Θεοῦ.

Κυρίλλου. — Σμύρνα μὲν, ὅτε συντέθαπται Χριστῷ διὰ τοῦ λιβάνου· λίβανος δὲ, ὅτε συναναστὰς αὐτῷ κεκοινώνηκε τῆς θεότητος αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνοις τούτοις ἡ ἐκκλησιαστικὴ τεθυμίασται ψυχὴ, ἀλλὰ καὶ ποικίλοις γνώσεως θεωρήμασιν· ὁ γὰρ ἄκρως διαιρῶν καὶ μέχρι τοῦ τυχόντος λεπτῶς ἐρευνῶν τὰ πράγματα, λέγοιτ' ἂν μυρεψός πως εἶναι, λεπτύνων καὶ εἰς κόνιν ἄγων πάντα τὰ τῆς εὐωδίας λόγια· ἃ νῦν ἡ Νύμφη λέγεται τεθυμίασται. Τάχα δὲ καὶ ὁ μὴ κατὰ σάρκα βιοῦς, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, μηδαμῶς παχυνθεὶς τὴν καρδίαν τὸ ποικίλον καὶ παντοδαπὸν σῶζον τῆς εὐωδίας, εὐωδίαν ἀπὸ πάντων

Digitized by Google

ποιεῖ τῶν νῦν οὕτως ὀνομαζομένων κονιορτὸν μυρεψοῦ. Λέγει δ' ἄν τις καὶ ὡς ἡ ἁγία καὶ ἐκκλησιαστικὴ ψυχὴ, τὸ τέκνον ποτὲ ἐρήμου Θεοῦ, ἀπὸ συναγωγῆς ἐθνῶν ἀναβαίνει ἀπὸ τῆς ἐρήμου· καταλιποῦσα μὲν δόγματα καὶ λόγους καὶ πράξεις, τὰ ἔρημα Θεοῦ· ἀναβαίνουσα ἐπὶ τὰ τοῦ Θεοῦ.

A odoris servans suavitatem, ex omnibus quæ nunc sunt pulvis nominata facit pulverem unguentarii. Dixerit porro aliquis quomodo sancta et ecclesiastica anima filia quondam desertæ a Deo congregationis gentium, ascendat de deserto, relinquens quidem dogmata et rationes atque opera Deo vacua, ad ea vero quæ Dei sunt ascendens.

ζ', η'. Ἰδοὺ ἡ κλίνη Σαλομών· ἑξήκοντα δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραήλ· πάντες κατέχοντες ῥομφαίαν, δεδιδαγμένοι πόλεμον· ἀνὴρ ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ἀπὸ θάμβους ἐν νυξίν.

VERS. 7, 8. *Ecce lectus Salomonis : sexaginta potentes in circuitu ejus ex potentibus Israel, omnes tenentes gladium, docti bellum; vir gladius ejus super femur ejus a pavore in noctibus.*

Φίλωνος. — (47) Κλίνην τὸ μνῆμα Χριστοῦ λέγει. Ἑξήκοντα δυνατοὶ, τὸ πλήρωμα τῆς τελειώσεως οἱ τηροῦντες τὸν τάφον· οἱ καὶ τοῦ σεισμοῦ γενομένου, ἐξεθαμβήθησαν καθ' ἣν ἀνέστη ὁ Χριστὸς νύκτα. Δύο δὲ ῥομφαίας ἔχουσιν οἱ τοῦ Χριστοῦ· τὴν μὲν εἴργουσαν τὰ σπερματικὰ, ἥ τίς ἐστιν ἐπὶ μηρῶν, διὰ τὴν τῆς σωφροσύνης ἐγκράτειαν· τὴν δὲ τὰ ψευδῆ διακόπτουσαν δόγματα· ἡ δὲ ῥομφαία, πρὸς τὸ μὴ θαμβεῖσθαι τὸ σκότος.

Philonis. Lectum vocat Christi monumentum. Sexaginta fortes sunt plenitudo perfectionis, qui custodiunt sepulcrum, qui et terræ motu facto exterriti fuerunt ea nocte qua Christus resurrexit. Duo autem gladios habent hi qui sunt Christi : unum quidem seminalia arcentem, qui est super femur propter temperantiæ continentiam, alterum vero falsa dogmata resecantem. Gladius autem adest ne tenebras metuant.

Γρηγορίου. — Μετὰ τὴν ἐπὶ τῷ κάλλει μαρτυρίαν, οἱ φίλοι τοῦ Νυμφίου, καὶ παρασκευασταὶ τοῦ ἁγίου θαλάμου, καὶ τῆς καθαρᾶς Νύμφης προμνήστορες, ὑποδεικνύουσιν αὐτῇ τῆς βασιλικῆς κλίνης τὸ κάλλος ὡς μᾶλλον εἰς ἐπιθυμίαν τὴν Νύμφην ἀγάγοιεν, τῆς θείας τε καὶ ἀχράντου μετ' αὐτοῦ συμβιώσεως. Ὅτι μὲν οὖν ἐκ τῆς ἱστορίας ὁ περὶ τῆς κλίνης λόγος οὐκ ἔστιν, εὔδηλον ἐκ τῶν σωματικῶς περὶ τοῦ Σαλομῶντος ἱστορηθέντων, οὗ καὶ τὰ βασίλεια καὶ τὴν τράπεζαν, καὶ τὰ λοιπὰ, ὁ λόγος ὑπέγραψεν ἀκριβῶς· καινὸν γάρ τι καὶ παρηλλαγμένον περὶ τῆς κλίνης οὐδὲν εἶπεν. Ὥστε ἀνάγκη μὴ παραμεῖναι τῷ γράμματι, ἀλλὰ δι' ἀκριβοῦς κατανοήσεως μεταβαλεῖν τὸν λόγον εἰς πνευματικὴν θεωρίαν, τῆς ὑλικῆς ἐμφάσεως τὸν νοῦν ἀποστήσαντες· ἔοικε τὸ θεῖον κάλλος, ἐν τῷ φοβερῷ τὸ ἐράσμιον ἔχειν, ἀπὸ τῶν ἐναντίων τῷ σωματικῷ κάλλει δεικνύμενον. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἐμπαθὴς τῶν σωμάτων ἐπιθυμία τοῖς τῆς σαρκὸς μέλεσιν ἐγκαθημένη, καθάπερ τι σύνταγμα λῃστρικὸν ἐνεδρεύει τὸν νοῦν καὶ αἰχμάλωτον ἄγει, πρὸς τὸ ἑαυτῆς βούλημα συναρπάσασα, διὰ τοῦτο ἀκόλουθόν ἐστιν ἐκ τῶν ἐναντίων τῆς σωματικῆς διαθέσεως τὸν θεῖον ἔρωτα γίνεσθαι· ὥστε εἰ ἐκ ταύτης γίνεται λύσις καὶ ἄνεσις καὶ βλακώδης διάθεσις, ἐκεῖ τὴν ἐπὶ φόβον τε καὶ ἀκατάπληκτον ἀνδρείαν, ὕλην τοῦ θείου ἔρωτος γίνεσθαι· τοῦ γὰρ ἀνδρώδους θυμοῦ τὸν τῆς ἡδονῆς λόγον καταπτοήσαντός τε καὶ φυγαδεύσαντος, οὕτω τὸ καθαρὸν τῆς ψυχῆς ἀναφαίνεται κάλλος, μηδενὶ πάθει σωματικῆς ἐπιθυμίας καταῤῥυπούμενον. Οὐκοῦν ἀναγκαίως ἡ νυμφικὴ τοῦ βασιλέως κλίνη, τοῖς ὁπλίταις ἐν κύκλῳ διαλαμβάνεται· ὧν ἡ τοῦ πολεμεῖν ἐμπειρία, καὶ τὸ πρόχειρον ἔχειν ἐπὶ τοῦ μηροῦ τὴν ῥομφαίαν, θάμβος καὶ ἔκπληξιν ἐμποιεῖ τοῖς σκοτεινοῖς λογισμοῖς, τοῖς ἐν νυξί τε καὶ σκοτομήνῃ τοῖς εὐθέσι τῇ

Gregorii. — Post datum de pulchritudine testimonium, amici Sponsi et qui parant thalamum impollutum ac puræ Sponsæ pronubi ostendunt ei regalis lecti pulchritudinem, ut Sponsam majori accendant desiderio divinæ et immaculatæ cum eo vitæ consuetudinis. Atque hunc quidem de lecto sermonem non esse ex historia depromptum, patet ex iis quæ corporaliter de Salomone historiæ mandata sunt, cujus et regalia, et mensam ac reliqua liber Regum accurate descripsit : novi autem et diversi de lecto nihil dixit. Itaque necesse est, non inhærere litteræ, sed per accuratam intelligentiam sermonem hunc ad spiritalem transferre contemplationem, a materiali significatione mentem abducendo; consentaneum est ostendi divinam pulchritudinem in terrore habere quid amabilitatis, ex iis quæ sunt contraria corporeæ pulchritudini. Nam quoniam passionibus obnoxia corporum cupiditas membris carnis insidens, velut quædam prædonum turma menti insidiatur, eam sæpenumero captivam ad suam arripiens voluntatem; propterea est consequens ut divinus amor fiat ex iis quæ sunt contraria corporali cupiditati. Quo fit ut si hujus dux fuerit dissolutio, mollisque et enervata diffusio, illic vehemens et quæ perturbari non potest animi magnitudo sit materia divini amoris; cum enim ira fortis ac virilis insidiantis voluptatis turmas perterruerit, et in fugam verterit, tum apparet pura animæ pulchritudo, nullo motu maculata corporalis cupiditatis. Necessario igitur, nuptialis legis lectus ab armatis circumdatur, quorum belli peritia, eo quod super femur paratum habeant ensem, terrorem affert et stuporem tenebrosis cogitationibus, et iis qui in obscuro insidiantur, et sagittis appetunt rectos corde. Quod enim obscenas voluptates

NOTÆ.

(47) Κλίνην-λέγει, in C. B. Cyrillo tribuuntur; quæ autem sequuntur ab ἑξήκοντα ad τὸ σκότος, sancto Gregorio.

Digitized by Google

delect et perimat, eorum qui lectum ambiunt armatura perspicuum fuerit, et ejus quod est in contextu descriptione, *omnes* enim *periti pugnæ : vir gladius ejus super femur ejus*. Revera enim peritorum est ubi reluctari oportet carni et sanguini, tanquam femori ensem habere accommodatum. Qui ergo temperantiæ gladio accinctus est, hic incorrupto lecto amabilis exsistit, unus ex fortibus Israel, et dignus qui referatur in catalogum sex ginta. Cum autem Israel fiat omnis qui servatur, tanquam mens Deum intelligens; qui enim Deum vident proprie hanc habent denominationem. Proprium est autem istiusmodi nullo sensu aspicere ad peccatum. Ea de causa fit unus lectus regis quidquid servatur. Cum enim sint duodecim tribus Israel, uno quidem de qualibet parte plenitudinis optimatum sumpto, in quinque autem armatos pro numero sensuum hoc uno diviso, duodecim tribus Israel faciunt sexaginta, qui sint una acies, et unus exercitus et unus lectus, id est una Ecclesia et populus unus, et una Sponsa, fient omnes sub uno tribuno militum, et concionatore et Sponso compacti et concinnati in unam corporis conjunctionem, in femoribus ense accincti, sive unicuique sensui accommodatum sibi gladium ad percellendas contrarias cogitationes protendentes. Tot itaque divinam in sensibus induti panopliam cingunt lectum regis, proprium nempe cor in quo Sponsus requiescit : per lectum enim requiem designat, quam tamquam armati custodiunt sine passione et cum puritate, sic ut dæmonas in tenebris ac noctibus insidiantes exterreant. Lectus porro aliter est notitia Dei, in qua quiescit is qui ad ipsum accedit.

A καρδίᾳ λαχῶσι καὶ τοξεύουσιν· ὅτι γὰρ ἀναιρετικὴ τῶν ῥυπαρῶν ἡδονῶν λογισμῶν ἐστιν, ἡ τῶν περιεστοχισμένων τῇ κλίνῃ ἐξόπλισις, δῆλον ἂν γένοιτο διὰ τῆς ὑπογραφῆς τοῦ λόγου· *Πάντες γὰρ δεδιδαγμένοι πόλεμον, ἀνὴρ καὶ ἡ ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ*. Ἀληθῶς γὰρ εἰδότων ἐστὶν, ὅπως ἀντιστρατεύεσθαι χρὴ τῇ σαρκί τε καὶ τῷ αἵματι· ἐν τῷ τὴν ῥομφαίαν τῷ μηρῷ ἔχειν ἐφηρμοσμένην. Ὁ τοίνυν τῇ τῆς σωφροσύνης ῥομφαίᾳ διεζωσμένος, οὗτός ἐστιν ὁ τῇ ἀφθάρτῳ κλίνῃ ἐράσμιος, εἷς τῶν δυνατῶν Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ λόγου τῶν ἑξήκοντα ἄξιος. Ἐπειδὴ δὲ Ἰσραὴλ γίνεται ἅπας ὁ σωζόμενος, ἤτοι νοῦς ὁρῶν τὸν Θεόν· ὅσοι γὰρ βλέπουσι τὸν Θεὸν ἐκ τῆς ἐνεργείας, κυρίως τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ κατονομάζονται. Ἴδιον δὲ τοῦ τοιούτου, τὸ μηδενὶ τῶν αἰσθητηρίων πρὸς ἁμαρτίαν βλέπειν· τούτου χάριν μία κλίνη λέγεται γίνεσθαι τοῦ βασιλέως πᾶν τὸ σωζόμενον· δώδεκα γὰρ τῶν τοῦ Ἰσραὴλ φυλῶν ὄντων, ἑνὸς μὲν ἀφ' ἑκάστου μέρους λαμβανομένου τοῦ τῶν ἀριστερῶν πληρώματος· εἰς πέντε δὲ ὁπλίτας κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν αἰσθήσεων, τοῦ ἑνὸς τούτου μεριζομένου, αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ ποιοῦσιν ἑξήκοντα· οἵ τινες μία παράταξις, καὶ στρατὸς εἷς· καὶ μία κλίνη, τουτέστιν Ἐκκλησία μία, καὶ λαὸς, καὶ Νύμφη μία οἱ πάντες γενήσονται, ὑφ' ἑνὶ ταξιάρχῃ καὶ ἐκκλησιαστῇ καὶ Νυμφίῳ πρὸς ἑνὸς σώματος κοινωνίαν προσαρμοζόμενοι, διὰ τῶν μηρῶν τὴν ῥομφαίαν προβαλλόμενοι· εἶτ' οὖν ἑκάστη αἰσθήσει τὴν πρόσφορον ἑαυτῇ ῥομφαίαν εἰς κατάπληξιν τῶν ἐναντίων λογισμῶν προβαλλόμενοι. Τοσοῦτοι τοίνυν οἱ τὴν θείαν ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν ἐνδυσάμενοι πανοπλίαν, κυκλοῦντες τοῦ βασιλέως τὴν ἰδίαν δηλονότι καρδίαν, ἐν ᾗ ἀναπαύεται ὁ Νυμφίος· διὰ γὰρ τῆς κλίνης τὴν ἀνάπαυσιν δηλοῖ, ἣν ὁπλῖται φυλάττουσιν ἐν ἀπαθείᾳ καὶ καθαρότητι· ὡς ἐκθαμβεῖν τοὺς ἐν σκότῳ καὶ νυξὶν ἐπηρεάζοντας δαίμονας· κλίνη δὲ ἄλλως ἐπίγνωσις Θεοῦ, δι' ἧς ἐπαναπαύεται τοῖς πρὸς αὐτὸν ἐγγίζουσι.

B

C

Nili. — Lectum dixit corpus Dominicum, sexaginta vero fortes, sive quis angelicas dicat virtutes in circuitu hominis Dominici, juxta illud : « Accesserunt et ministrabant illi [83]. » Et : « Angelis mandatum est de te [84]; » sive animas sanctorum, eo quod doctæ sint ad prælium adversus inimicum, sic nominatas, non aberraverit a congruo ; qui et gladium super femur habent, nam et qui agendi facultatem oratione ornant, et passiones ratione mortificant, jure merito regem cingunt. Sexaginta porro numero appellantur perfecti per omnia effecti qui et constanter ac fortiter vixerunt. Cubus enim et quadratus numerus sexaginta, æqualis omnibus suis undique partibus et inconcussus, ex quatuor quindenis, et sex decadibus, et duodecim quinariis et viginti triadibus constans; atque ex his suam habens firmitatem ac densitatem. Ideo enim qui tales sunt etiam ex fortibus Israel electi sunt tamquam fortibus fortiores. Fortassis vero etiam qui nunc Ecclesiam defendunt et verbo et operibus, pro corpore Christi decertantes in circuitu

Νείλου. — Κλίνην εἴρηκε τὸ Κυριακὸν σῶμα· ἑξήκοντα δὲ δυνατοὺς, εἴτε τις τὰς ἁγίας ἐρεῖ δυνάμεις κύκλῳ τοῦ Κυριακοῦ ἀνθρώπου, κατὰ τὸ, « Προσῆλθον καὶ διηκόνουν αὐτῷ· » καὶ, « Τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ· » εἴτε τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς τὰς διὰ τὸ δεδιδάχθαι τὸν πόλεμον τὸν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ οὕτως ὠνομασμένας, οὐχ ἁμάρτῃ τοῦ προσήκοντος· οἵ τινες ῥομφαίαν ἐπὶ τοῦ μηροῦ κατέχουσιν· οἱ γὰρ καὶ τὸ πρακτικὸν λόγῳ κοσμήσαντες, καὶ τὸ παθητικὸν λόγῳ νεκρώσαντες, εὐλόγως κυκλοῦσι τὸν βασιλέα. Τῷ ἑξήκοντα δὲ προσαγορεύονται ἀριθμῷ, τέλειοι κατὰ πάντα γεγενημένοι, καὶ βεβηκότες ἑδραίως καὶ παγίως· κύβος γὰρ καὶ τετράγωνος ἀριθμὸς, ὁ ἑξήκοντα, ἴσος πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ πάντοθεν μέρεσι· καὶ ἀσάλευτος, ἐκ τεσσάρων πέντε καὶ δεκάδων, καὶ ἓξ καὶ δεκάδων, καὶ πεντάδων δὲ καὶ δύο, καὶ τριάδων εἴκοσι συνεστὼς, καὶ τούτων ἔχων τὸ εἰρημένον πάγιον. Διὰ τοῦτο γὰρ ὄντες τοιοῦτοι καὶ ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραὴλ ἐξελέγησαν ὡς δυνατῶν δυνατώτεροι· τάχα δὲ καὶ οἱ νῦν προασπίζοντες τῆς Ἐκκλησίας, καὶ λόγῳ καὶ πράξεσιν

D

[83] Matth. IV, 21. [84] Psal. XC, 21.

Digitized by Google

ὑπερμαχοῦντες τοῦ σώματος Χριστοῦ, κύκλῳ εἰσὶ τῆς κλίνης τοῦ Σαλομών· διὰ μὲν τοῦ ἀνθίστασθαι τῷ λόγῳ τοῖς αἱρετικοῖς, ἐν τῇ χειρὶ κατέχοντες ῥομφαίαν· διὰ δὲ τοῦ σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς βιοῦν, ἐπὶ μηροῦ τὴν ῥομφαίαν φοροῦντες διὰ τοὺς νυκτερινοὺς φόβους· Ἀνὴρ γὰρ, φησὶ, *ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ἀπὸ θάμβους ἐν νυξίν*· οὐ μόνον γὰρ τοὺς φανεροὺς ἐχθροὺς ἔβαλλον τοῖς τῆς ἀληθείας ἐλέγχοις, ἀλλὰ καὶ τὰς λαθραίους δεδοικότες ἐπηρείας, διὰ τοὺς ἐν σκοτομήνῃ τοξεύοντας, καὶ ἐν νυκτὶ ἔμενον ὁπλοφοροῦντες, τὰς ἐφεδρείας τῶν ἐπιβούλων ὑφορώμενοι.

A sunt lecti Salomonis. Quia verbo quidem hæreticis resistunt in manu gladios habentes : at quia temperanter ac continenter vivunt super femur gladium ferentes contra timores nocturnos. *Vir* enim, inquit, *gladius ejus super femur ejus a parore in noctibus.* Non solum enim manifestos inimicos ejecerunt argumentis veritatis, verum etiam clandestinos insultus cum metuerent, propter eos qui sagittas ejaculantur nocte illuni, etiam in nocte manserunt armis induti, insidiantium insultus suspicantes.

θ', ι'. *Φορεῖον ἐποίησεν ἑαυτῷ ὁ βασιλεὺς Σαλομὼν, ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου· στύλους αὐτοῦ ἐποίησεν ἀργύριον, καὶ ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρυσοῦν· ἐπίβασις αὐτοῦ πορφύρα, ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον· ἀγάπην ἀπὸ θυγατέρων Ἰερουσαλήμ.*

Vers. 9, 10. *Ferculum fecit sibi rex Salomon ex lignis Libani. Columnas ejus fecit argentum et reclinatorium ejus aureum ; ascensus ejus purpura, intimum ejus lapidibus stratum, charitatem a filiabus Jerusalem.*

B

Θεοφίλου. — Ξύλον τοῦ Λιβάνου, Ῥοὺθ ἡ Μωαβῖτις, ἐξ οὗ Ἰεσσαί· φορεῖον τοίνυν ἐστὶ τὸ σῶμα τὸ Κυριακόν.

Theophili. — Lignum Libani est Ruth Moabitis quæ peperit Jobed et Jesse. Ferculum igitur est corpus Dominicum.

Γρηγορίου. — Ὅτι μὲν οὖν ἐν πολλοῖς Σαλομὼν, εἰς τύπον τοῦ ἀληθινοῦ βασιλέως παραλαμβάνεται, δῆλον καὶ τὸ περὶ τοῦ Κυρίου μυστήριον ἐν ἐκείνῳ τῷ προσώπῳ διαγράφεται· διὰ τῆς τοῦ φορείου τοίνυν κατασκευῆς, ἡ περὶ ἡμῶν οἰκονομία τοῦ Κυρίου διασημαίνεται· πολυτρόπως γὰρ ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἀξίοις ἑαυτοῦ γίνεται· καθὼς ἂν ἕκαστος ἔχῃ δυνάμεώς τε καὶ ἀξίας, οὕτως ἐν ἑκάστῳ γινόμενος· ἡ ἵππος εὐήνιος δεχόμενος ἐφ' ἑαυτοῦ τὸν ἀγαθὸν ἀναβάτην· οὕτως οὖν καὶ ὁ τὸν Θεὸν ἑαυτῷ φέρων, φορεῖον ἂν εἰκότως τοῦ εἰρηνικοῦ βασιλέως ὀνομάζοιτο· Πολλαχοῦ δὲ πάλιν ὁ Λίβανος ἐν τῇ Γραφῇ τὴν ἀντικειμένην ἐνδείκνυται δύναμιν· ὡς ἐν τῷ, *Συντρίψει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου, καὶ λεπτυνεῖ αὐτὰς*, καὶ τὰ ἑξῆς. Δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὅτι οὐ μόνον τὰ ἐκφυέντα παρὰ τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως κακὰ, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ ὄρος, ἡ πρώτη τοῦ κακοῦ ῥίζα, τὸ ὑποτρέφον τῶν τοιούτων κέδρων τὴν ὕλην εἰς τὸ μὴ ὂν περιστήσεται. Οὐκοῦν ἡμεῖς ἡμέν ποτε τοῦ Λιβάνου ξύλα, ἕως ἂν ἐκείνῳ ἦμεν ἐριζωμένοι, διά τε τοῦ πονηροῦ βίου καὶ τῆς τῶν εἰδώλων ἀπάτης· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖθεν ὑπὸ τῆς λογικῆς ἀξίνης ἐτμήθημεν, καὶ ἐν ταῖς τοῦ τεχνίτου χερσὶν ἐγενόμεθα, φορεῖον ἡμᾶς ἑαυτοῦ ἐποίησε, μεταστοιχειώσας τοῦ ξύλου τὴν φύσιν, διὰ τῆς παλιγγενεσίας εἰς ἀργύριον καὶ χρυσίον, καὶ εἰς εὐανθῆ πορφύραν, καὶ εἰς τὰς τῶν χαρισμάτων διανομάς· Ὧ *μὲν γὰρ δίδοται*, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, *λόγος σοφίας, ἄλλῳ χαρίσματα προφητείας*, ἄλλῳ δὲ ἄλλο τι τῶν ἐνεργημάτων, πρὸς ὃ πέφυκέ τε καὶ δύναται ἕκαστος τὴν χάριν δέξασθαι· ἡ ὀφθαλμὸς τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας γενόμενος, ἢ εἰς χεῖρας τασσόμενος, ἢ ἀντὶ ποδὸς ὑποστηρίζων· οὕτω καὶ ἐν τῇ τοῦ φορείου κατασκευῇ, ὁ μέν τις στύλος, ὁ δὲ ἐπίβασις γίνεται, ἕτερος τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ μέρος, ὃ ἀνάκλιτον φησίν. Εἰσὶ τοίνυν ἀργύριον μὲν, οἱ στύλοι τοῦ φορείου· αἱ δὲ τούτων βάσεις, πορφύρα· ἐκ χρυσίου δὲ τὸ ἀνάκλιτον,

Gregorii. — In multis quidem regem Salomonem in typum veri regis assumi manifestum est, ac Domini mysterium in ipsius persona describi. Per ferculi igitur constructionem de nobis Domini dispensatio significatur ; multis enim modis est Deus in eis qui sunt se digni, prout fiet uniuscujusque facultas et dignitas, sic in unoquoque exsistens. Fit enim aliquis quidem locus Dei, alius vero domus, alius autem sedes, et alius scabellum. Est etiam aliquis qui effectus sit currus, vel equus qui habenis facile regitur, suscipiens bonum suum sessorem. Sic igitur etiam qui Deum in seipso fert, jure merito ferculum pacifici regis nominetur. Multis rursum locis Libanus in Scriptura indicat adversariam potestatem ut in isto : « Conteret Dominus cedros Libani et comminuet eas [55], etc. » Per Libanum significante sermone, quod non solum mala quæ orta sunt ex adversaria potestate, sed etiam ipse mons prima mali radix qui clam fovet ejusmodi cedrorum sylvam ad nihilum redigetur. Nos igitur fuimus aliquando ligna Libani, dum in illo radices ageremus per malam vitam et per fraudem dæmonum : sed postquam illinc per rationalem securim excisi sumus et fuimus in manibus artificis, is nos suum fecit ferculum, transmutata ligni natura per regenerationem in argentum et aurum, et florentem purpuram, et in splendores gemmarum, nimirum in distributiones gratiarum. Nam *alii quidem*, secundum Apostolum, *datur sermo sapientiæ, alii donum prophetiæ* [56] ; alii vero aliqua alia operationum, prout est unusquisque aptus natura et potest suscipere gratiam ; vel oculus corporis Ecclesiæ factus, vel manuum tenens locum, vel loco pedis fulciens ac stabiliens. Ita etiam in ferculi constructione alius quidem est columna, alius vero ascensus, alius vero est ea pars quæ est ad caput, quod vocavit reclinatorium,

[55] Psal. xxviii, 5, 6. [56] II Cor. xii, 8.

Digitized by Google

in quo caput suum Sponsus, reclinat : gemmis autem et lapidibus pretiosis variatur quidquid est intus. Itaque columnæ quidem intelligendæ pro Ecclesiæ columnis, quibus plane purum et igne examinatum argentum est eloquium regni ad sublimem evehens vitæ rationem. Præcipuum enim regni indicium censetur esse purpura : principatum autem obtinens facultas in qua caput suum reclinet is qui construxit ferculum, est purorum dogmatum aurum. Quæcunque autem latent et non apparent decorantur pura gemmarum conscientia, quibus omnibus constat charitas filiarum Jerusalem. Si quis autem velit ferculum quidem dicere universam Ecclesiam, dividat autem ex differentiis operationum in personas aliquas partes ferculi, sic quoque est facillimum unicuique ordini eorum qui sunt in Ecclesia adaptare partes ferculi : « Posuit enim Deus in Ecclesia primum apostolos, secundum prophetas [57], etc. » Ita ut per hæc nomina quæ ad opificium ferculi pertinent, sacerdotes ac doctores intelligantur, et venerandam esse virginitatem quæ in ferculo virtutum, puritate tanquam radiis quibusdam pretiosorum lapidum coruscet : ac per vitæ puritatem supernæ Jerusalem filias ostendi, in quibus Dei charitas operatur.

A ἐν ᾧ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κλίνει ὁ Νυμφίος· τοῖς δὲ τιμίοις λίθοις τὸ ἔνδον ἅπαν καταπεποίκιλται. Οὐκοῦν στύλους μὲν νοητέον, τῆς Ἐκκλησίας τοὺς στύλους· οἷς ἀκριβῶς ἀργύριον καθαρὸν καὶ πεπυρωμένον ὁ λόγος ἐστὶν ὁ τῆς βασιλείας, ἐν τῷ ὑψηλῷ τῆς πολιτείας ἐπιβεβηκώς. Ἐξαίρετον γὰρ γνώρισμα τῆς βασιλείας ἡ πορφύρα νομίζεται· τὸ δὲ ἡγεμονικὸν αὐτῶν ἐν ᾧ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κλίνει ὁ τὸ φορεῖον κατασκευάσας, τὸ τῶν καθαρῶν δογμάτων χρυσίον ἐστίν· ὅσα δὲ ἀφανῆ τε καὶ κρύφια τῇ καθαρᾷ συνειδήσει τῶν τιμίων λίθων ἐνωραΐζεται· δι' ὧν ἁπάντων, ἀγάπη ἀπὸ τῶν θυγατέρων Ἰερουσαλὴμ συνίσταται. Εἰ δὲ βούλοιτό τις, φορεῖον μὲν πᾶσαν λέγει τὴν Ἐκκλησίαν, καταμερίζει δὲ καὶ τὰς τῶν ἐνεργειῶν διαφορὰς εἰς πρόσωπά τινα τοῦ φορείου τὰ B μέλη, πολλὴν καὶ οὕτως εὐκολίαν ὁ λόγος ἔχει, ἑκάστῳ τάγματι τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν τεταγμένων, ἐφαρμόσαι τοῦ φορείου τὰ μέρη· « Ἔθετο γὰρ ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, » καὶ τὰ ἑξῆς· ὡς διὰ τῶν ὀνομάτων τούτων, τῶν πρὸς τὴν τοῦ φορείου κατασκευὴν συντελούντων, ἱερέας νοεῖσθαι, καὶ διδασκάλους, καὶ τὴν σεμνὴν παρθενίαν, τὴν ἐντὸς τοῦ φορείου τῇ καθαρότητι τῶν αὐγῶν, οἷόν τισι λίθων αὐγαῖς ἐναστράπτουσαν· καὶ διὰ τῆς τοῦ βίου καθαρότητος τῆς ἄνω Ἰερουσαλὴμ θυγατέρας δείκνυσθαι, ἐν αἷς ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγάπη ἐνεργὸς γίνεται.

Nili. — Ferculum est gestamen sedi simile quod excipit sedentem : hoc autem fortasse Paulus est « vas electionis [58]. » Etenim thronum ipsum vocat sapientia alibi dicens : « Aderam cum secerneret suam sedem super ventos [59]. » Super ventos autem secretus fuit per multitudinem tentationum ac periculorum, et quia ferebat semper ac referebat, vel etiam quia levibus pedibus percurrebat universum orbem studio prædicationis. Ferculum igitur hic est; mentem quidem habens aureum reclinatorium in quo Sponsus requiescit, sermonem vero columnas argenti. Verbo enim apostolico firmatur ecclesiastica prædicatio. Columnæ igitur sunt sermones propter firmitatem et immutabilitatem; argentum vero propter probationem et indeficientiam Apostoli. Quin et ascensus huic est purpura : nam qui per ejus sermones incedunt ad regnum cœlorum perveniunt, præ dignitate quasi purpurati incedentes, D ac cum Paulo dicentes : « Nostra autem conversatio in cœlis est [60]. » Et intimum ejus lapidibus constratum, est pretiosa virtutum et æqualis in arcano cordis affectio, quas, quandoquidem fundamentum est Christus, tamquam lapides pretiosos huic superædificat : quando vero est gressus, hunc ferculi pavimento varium et floridissimum regiis pedibus præparat ascensum et secundum apostolicam traditionem viventibus facilem et planum profectum operatur. Vel etiam ineffabilem et obscurum designat. Nam ejus qui sibi placeat vitæ institutum absconditum esse cupit. Unde etiam per hoc quod

C

Νείλου. — Τὸ φορεῖον, σκεῦος θρόνῳ παραπλήσιον δεχόμενον τὸν καθεζόμενον· τοῦτο δὲ τάχα ὁ Παῦλός ἐστι τὸ, « Σκεῦος τῆς ἐκλογῆς. » Καὶ γὰρ θρόνον αὐτὸν καλεῖ ἡ σοφία λέγουσα ἀλλαχοῦ· « Συμπαρήμην ἡνίκα ἀφώριζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων· » ἐπ' ἀνέμων δὲ ἀφωρίσθη, διὰ τὸ πλῆθος τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν περιστάσεων· ἢ καὶ διὰ τὸ κούφοις ποσὶ περιδραμεῖν τὴν οἰκουμένην τῇ σπουδῇ τοῦ κηρύγματος. Φορεῖον οὖν ἐστιν οὗτος, τὸν μὲν νοῦν ἔχων ἀνάκλιτον χρύσεον, ἐφ' οὗ ἀναπαύεται ὁ Νυμφίος· τὸν δὲ λόγον στύλους ἀργυρίου· τῷ γὰρ ἀποστολικῷ λόγῳ στηρίζεται τὸ κήρυγμα τὸ ἐκκλησιαστικόν. Στύλοι οὖν οἱ λόγοι, διὰ τὸ ἑδραῖον καὶ ἀμετάθετον· ἀργύριον δὲ διὰ τὸ δόκιμον καὶ ἀνεπίληπτον τοῦ Ἀποστόλου· καὶ ἡ ἐπίβασις δὲ τούτων ἐστὶ πορφύρα· οἱ γὰρ διὰ τῶν τούτου λόγων ὁδεύοντες εἰς βασιλείαν φθάνουσιν οὐρανῶν, τῷ ἀξιώματι ἐπιβαίνοντες ὡς πορφύρα, καὶ λέγοντες μετὰ τοῦ Παύλου, « Ἡμῶν δὲ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανῷ ὑπάρχει· » καὶ τὸ ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον, ἡ τιμία τῶν ἀρετῶν καὶ καλὴ ἐν ἀπορρήτῳ διάθεσις· ἃς ὅταν μὲν θεμέλιός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὡς λίθους τιμίους τούτῳ ἐποικοδομεῖ· ὅταν δὲ βάσις τῷ τοῦ φορείου ἐδάφει ψηφολογῇ, ποικίλην καὶ εὐανθεστάτην τοῖς βασιλικοῖς ποσὶ κατασκευάζει τὴν ἐπίβασιν· καὶ τοῖς πολιτευομένοις κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν, εὐμαρῆ καὶ λείαν τὴν προκοπὴν ἐργαζόμενος· ἢ τάχα καὶ τὸ ἀνεπίφαντον καὶ ἀτράγῳδον δηλοῖ· τὴν γὰρ τοῦ ἐναρέτου πολιτείαν κρυφαίαν εἶναι βούλεται· ὅθεν καὶ διὰ τοῦ ἐντὸς εἰπεῖν, τὸ ἀδημοσίευ-

[57] II Cor. xxi, 20. [58] Act. ix, 15. [59] Prov. viii, 27. [60] Philipp. iii, 20.

Digitized by Google

τον ἐδήλωσε τῆς ἀρετῆς· καὶ ἀγάπην δὲ συγκατασκευάσθαι φησὶ τῇ τοῦ φορείου κατασκευῇ· χωρὶς γὰρ ταύτης οὐδὲν τῶν λοιπῶν ἀρετῶν ὄφελος. Ἀπὸ ξύλων δὲ τοῦ Λιβάνου ἐστὶ τὸ φορεῖον ἐκ τῶν κατὰ σάρκα συγγενῶν αὐτοῦ Ἰσραηλιτῶν· τούτους γὰρ ὁ Λίβανος σημαίνει.

Φορεῖον (48) Σαλομών, οἱ ἅγιοι ἐν οἷς Χριστὸς ἀναπαύεται· ξύλα δὲ Λιβάνου οἱ ἀπὸ Ἰσραὴλ τροπικῶς. Ἀλλ' ὅταν μὲν, « Συντρίβει Κύριος τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου καὶ λεπτύνει αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον, » περὶ τῶν μὴ τηρησάντων λέγει τὴν θεοσέβειαν ἐν ᾗ κατεφυτεύθησαν· περὶ ὧν καὶ Ἡσαΐας· « Ὁ δὲ Λίβανος σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται· » ὅταν δὲ διὰ τὴν τοῦ ναοῦ κατασκευὴν λέγει τῷ Χειρὰμ ὁ Σαλομών, « Καὶ νῦν ἔντειλαι, καὶ κοψάτωσάν μοι ξύλα τοῦ Λιβάνου, » περὶ τῶν ἀναφερομένων ὁ λόγος ἐπὶ τὴν πνευματικὴν ἐκ λίθων ζώντων οἰκοδομήν, τοῖς ζῶσι λίθοις ἀναλογούντων ξύλων· ὡς δὲ λόγῳ κεκοσμημένοι ἀργύριον λέγονται. Εἰσὶ δὲ καὶ ἀνάκλιτον τοῦ ἀναπαυομένου λόγου, καὶ ἔχοντος ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι· τὸ δὲ χρυσίον ὁ νοῦς. Ὀπηνίκα δὲ τυχὸν ὁ Παῦλος ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς περιστάσεσι καμάτων μὴ νικηθῇ, οἱονεί τινι βαφῇ ἑαυτῷ πορίζεται νηχόμενος· πρέπουσαν πορφύραν τῷ ἐν αὐτῷ βασιλεῖ λόγῳ ἐντρυφῶντι τῇ τῶν ἀποστόλων περὶ τὰς περιστάσεις ὑπομονῇ· τὸ δὲ ἐν τοῖς τοῦ φορείου λιθόστρωτον ἔστρωται, ἐξ ὧν ἕκαστος ἑαυτῷ συνάγει λίθων τιμίων ἐποικοδομῶν χρυσὸν ἄργυρον καὶ λίθους τιμίους.

Philonis. — Ferculum Salomonis sunt sancti, in quibus Christus requieverit, ligna vero Libani Israelitæ, per figuram. Sed quandoquidem : « Confringet Dominus cedros Libani et comminuet eas tanquam vitulum Libani [61], de iis qui non servant religionem in qua plantati fuerant. De quibus etiam Isaias ait : « Libanus autem cum excelsis Cedar [62]. » Quando autem propter templi fabricam dicit ad Chiram Salomon : « Et nunc manda, et cædant mihi ligna de Libano [62], » sermo est de iis quæ ad ædificium spirituale ex vivis lapidibus referentur ligna vivis lapidibus proportionata. Sicut autem ratione ornati argentum dicuntur : quin etiam sunt reclinatorium requiescentis Verbi et habentis ubi caput reclinet : aurum autem mens est. Quando autem forte Paulus ne ab æstu in periculis vinceretur, quasi tinctura quadam imbutus comparat sibi purpuram congruentem ad ascensum eorum quæ in se sunt Regi Verbo delicianti in patientia apostolorum in periculis. Internum autem ferculi lapidibus stratum, e quibus unusquisque congregat sibi ad ædificium aurum, argentum et lapides pretiosos.

Κυρίλλου. — Ἡ πνευματικὴ δὲ συνάφεια νοείσθω χρυσίον, ἡ τιμία καὶ θεῖα· καὶ τὴν κατὰ τὴν ἔρημον γὰρ κιβωτὸν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, χρυσίον ὑπέλῃφεν εἰς ἐμφάνειαν τῆς θείας ἑνώσεως· ἐπιβαίνει δὲ πορφύρα τῷ πλήθει τῶν εἰς βασιλείαν κληθέντων. Ἐπ' ἂν δέ τις πιστεύσῃ, δέχεται τῇ καρδίᾳ Χριστὸν, ὅς ἐστι τίμιος μαργαρίτης· ἀλλὰ καὶ τὸ φορεῖόν φησιν ἐκ τῶν θυγατέρων πεποίηται τῆς Ἱερουσαλὴμ διὰ μόνην ἀγάπην· οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν μονογενῆ αὐτοῦ ἀπέστειλεν Υἱὸν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

Cyrilli. — Spiritalis porro conjunctio aurum intelligatur, utpote pretiosa et divina. Etenim in deserto arcam intus et foris aurum excipiebat, ad manifestationem divinæ unionis. Supervenit vero purpura multitudini eorum qui ad regnum vocati sunt. Quando autem quis credit, corde Christum accipit, qui est margarita pretiosa : sed et ferculum, inquit, ex filiabus factum Jerusalem, per solam charitatem : « Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret ; ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam [64]. »

ιά'. Ἐξέλθετε καὶ ἴδετε, θυγατέρες Σιὼν, ἐν τῷ βασιλεῖ Σαλομὼν, ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ νυμφεύσεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ.

Vers. 11. *Filiæ Sion, egredimini et intuemini in regem Salomonem, in corona qua coronavit eum mater ejus, in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus.*

Κυρίλλου. — Ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, φησὶ τὸ, Ἐξέλθετε καὶ ἴδετε· ἡμέραν δὲ νυμφεύσεως, τὴν ἡμέραν τοῦ πάθους καλεῖ· καθ' ἣν ἐνυμφεύσατο τὴν Ἐκκλησίαν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ.

Cyrilli. — Quæ ex gentibus est Ecclesia ait illud : Egredimini et intuemini, diem autem desponsationis vocat diem passionis, in qua suo sanguine Ecclesiam sibi desponsavit.

Φίλωνος. — Ἐξέλθετε, φησὶ, τῆς κακίας τοῦ νόμου· ἴδετε Χριστὸν καὶ τὸν ἐξ ἀκανθῶν στέφανον ὃν ἐπέθηκεν αὐτῷ ἡ Συναγωγὴ, ἐξ ἧς τὸ κατὰ σάρκα

Philonis. — Egredimini, inquit, a malitia legis, intuemini Christum ac spineam coronam, quam imposuit ei Synagoga, ex qua secundum carnem

[61] Psal., xxviii, 6. [62] Isa. x, 34. [62] III, Reg. v, 6. [64] Joan. vii, 16.

NOTÆ.

(48) Φορεῖον Σαλομών — λίθους τιμίους sunt Philonis in C. B.

Digitized by Google

Christus. Dies autem lætitiæ, pascha est quando dixit : « Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum[65] ».

Gregorii. — Hic sermo continet exhortationem a Sponsa ad filias Sion, ut a carnalibus exeant ; quæ intelligi possint animæ salvandorum. Quousque tandem, inquit, intra vitæ speluncam concludimini? Progredimini extra naturæ velamenta, et admirandum hoc spectaculum aspicite, factæ filiæ Sion, ita ut ab excelsa specula (sic enim Sion interpretatur) possitis videre Sponsum gestantem coronam. Est autem corona ipsius Ecclesia vivis et animatis lapidibus caput ejus undique circumdans. Coronam autem hæc charitas connexuit, quam sive quis dilectionem, sive matrem appellet, non aberrabit. « Deus enim est charitas, » ut Joannes ait[66]. Nullum autem in Deo discrimen dicitur ; neque enim masculus, neque femina numen est ; quomodo enim? cum nec in nobis hominibus hoc perpetuo permansurum sit? Sed quando in Christo omnes unum efficimur, signa discriminis hujus una cum toto veteri homine exuemus. Atque in Evangelio quidam pater filio nuptias facere dicitur[66] : et propheta dicit, « Quia posuisti super caput ejus coronam[67] ; » hic de matre ait quod imposuit Sponso coronam. Quia igitur unæ tantum nuptiæ sunt et una Sponsa, et ab uno corona Sponso imponitur, omnino nihil discriminis est, sive quis Dei Filium unigenam Deum vocet, sive Filium dilectionis ejus, cum eadem potestas utroque nomine significata exornet ipsum ut Sponsum ad cohabitationem nostram. Atqui hac ex corona voluptatem eum capere ait Sponsa mirifice gaudentem ornatu illo sponsalitio. Gratia enim revera conjugem suam faciens Ecclesiam, sibique adaptans et virtutibus quæ in ea eximiæ sunt redimitus lætitia afficitur.

C *ε'. Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη, ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς ;* Δηλαδὴ, ὁποία ὑπάρχει αὕτη, διδασκαλικῶς ἀπὸ μυστηρίων εἰς μυστηριωδέστερα ἀναβαίνουσα, κεκαθαρμένη ἀπὸ παντὸς ῥύπου ἁμαρτημάτων καὶ ἐπερειδομένη ἐπὶ τὸν αὐτῆς διὰ τῆς βεβαίας εἰς αὐτὸν [Νυμφίον] πίστεως ; ὁ γοῦν Νυμφίος τὴν ἐπὶ ταῖς μαθητευομέναις τῆς Νύμφης ὁρῶν ἐπιμέλειαν, καὶ ἀποδεχόμενος τὴν ταύτης εἰς τὸ ἀγαθὸν διέγερσιν, ἀναμιμνήσκει αὐτὴν τοῦ προτέρου βίου, ὥστε μετριοφρονεῖν, καὶ μὴ δ·ὰ τῶν ἐπαίνων, τῷ τῆς οἰήσεως πάθει περιπεσεῖν· καί φησι πρὸς αὐτήν·

D *Ὑπὸ μῆλον ἐξήγειρά σε.* Ἤγουν ὑπὸ τὴν δίκην μήλου τέρποντος τὰς πλείους τῶν αἰσθήσεων, ἁπάσας ταύτας εὐφραίνουσαν αἰσθητικὴν κτῆσιν, καθευδούσης σου τῇ πρὸς τὰ καλὰ ῥαθυμίᾳ καὶ τὴν πρὸς τὰ ὑλικὰ σχέσιν, διήγειρά σου τὸ φρόνημα πρὸς πόθον ἐμὸν λόγοις προνοίας καὶ κρίσεως.

Καὶ γὰρ ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ μήτηρ σου· ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ τεκοῦσά σε. Δηλονότι ἐν τῇ σχέσει τῶν ὑλικῶν συνελάβετό σε ἡ προμήτωρ σου Εὔα τῇ καθ' ἡδονὴν γενέσει, καὶ ἀπέτεκέ σε τῇ κατ' ὀδύνην γεννήσει· ὑφ' ὧν συνείχου τῇ προσπαθείᾳ τῶν αἰσθητῶν, τὴν μὲν ἡδονὴν διώκουσα, τὴν δ' ὀδύνην φεύγουσα· κἀντεῦθεν φιλονεικοῦσα, τῆς ἡδονῆς τὸ τέλος, τὴν ὀδύνην φημὶ, ταύτης ἀποχωρίσαι, ὅπερ ἀμήχανον. Εἰ οὖν βούλει διαμένειν τῆς τοιαύτης σχέσεως ἐλευθέρα,

ζ'. Θές με ὡς σφραγῖδα ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, ὡς σφραγῖδα ἐπὶ τὸν βραχιονά σου. Εἴτουν ἐν ἐμοὶ τῷ ἀρχετύπῳ μεῖνον, τηροῦσα τῷ μὲν ἡγεμόνι σου νῷ, τὸ κατ' εἰκόνα, κατ' ἀπλανῆ θεωρίαν, καὶ

Digitized by Google

διάθεσιν ἀγαπητικὴν ἐμοῦ· τῇ δ' ἐνεργητικῇ σου δυνάμει, τὸ καθ' ὁμοίωσιν, κατὰ πρᾶξιν ἀνυπόκριτον, καὶ διάπειρον [f] ἀποτροπὴν τοῦ κακοῦ· κἀντεῦθεν μενῶ καὶ αὐτὸς ἐν σοί, φυλάττων ὡς τις σφραγὶς τοῦ διανοητικοῦ σου τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, ἀσύλους τῇ σχέσει τῶν ὑλικῶν.

A imaginem, immotam mei considerationem et amoris erga me affectum; inque agendi facultate, veluti similitudinem, actionum sinceritatem et probatam a malo aversionem. Tunc ego ipse in te commorabor, ut signaculum quoddam, intellectus tui affectum et vim terrestribus studiis servans inaccessa.

Ὅτι κραταιὰ ὡς θάνατος, ἀγάπη· σκληρὸς ὡς ᾅδης, ζῆλος. Ἤτοι ἐὰν τῇ ἀγάπῃ καὶ τῷ δι' αὐτὴν ζήλῳ μένῃς, μενῶ καὶ αὐτὸς ἐν σοί· καὶ φυλαχθήσῃ, ὡς εἴρηται· ἐπειδήπερ ἡ μὲν ὁλικὴ εἰς ἐμὲ ἀγάπη, ἰσχυρά ἐστιν ὡς πάσας ἐπὶ κακὸν ὁρμήν τε καὶ κίνησιν καταπαύουσα, δίκην θανάτου· ὁ δὲ δι' ἐμὲ ζῆλος, ἀνένδοτος τῷ κακῷ, ὡς τὰς ἀλόγους ὁρμὰς δεσμεύων, καὶ ἀπροΐτους κατέχων, οἷάπερ ᾅδης.

Quia fortis ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Plane si in amore et zelo ex amore orto perseveraveris, ipse quoque in te permanebo, et, ut dictum est, custodieris. Omnis enim in me amor fortis est, quippe qui omnes in malum impetus et motus, sicut et mors, quiescere facit; et in me zelus malo inexorabilis est, quippe qui irrationabiles devincit impetus, et, veluti infernus, conclusos compescit ne prodeant.

B

Καὶ γὰρ περίπτερα αὐτῆς, περίπτερα πυρὸς φλόγες αὐτῆς. Δηλαδὴ ὅτι ὁ ἐκ πίστεως τῶν ἠπειλημένων κολάσεων φόβος, καὶ ὁ ἐπ' ἐλπίδι τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν πόθος, εἰσὶ περὶ τὴν ἀγάπην ὥς τινα πτερὰ κατὰ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν ἀνυφοῦντα αὐτὴν ἀπὸ πάντων τῶν γηΐνων πρός με τὸν ὑπερουράνιον· καὶ οἷα μέν τινος πυρὸς, τῆς ἀγάπης εἰσὶ περίπτερα· ὡς τοῦ μὲν φόβου καταβαίνοντος [g] πᾶσαν κακίαν, καὶ ἐγκαθαίροντος τὴν ψυχὴν ἀπὸ παντὸς παθῶν μολυσμοῦ· τοῦ δὲ πόθου ἐξάπτοντος αὐτὴν πρὸς Θεόν· οἷα δὲ αὐτῆς αὖθις τῆς ἀγάπης εἰσὶ φλόγες, ὡς ταύτης αὐγαζούσης τῇ ψυχῇ, ἔν τε τῷ φλέγεσθαι ταύτην θείῳ πόθῳ, καὶ συντηρεῖσθαι τὸν καταφλέγοντα αὐτὴν πόθον ἀγνῷ φόβῳ, διαμένοντι εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ταύτην δὲ

Etenim periptera ejus, periptera ignis flammæ ejus. Enimvero, denuntiatarum pœnarum timor a fide procedens, et e spe ortum desiderium promissorum bonorum, amorem circumstant veluti columnæ quædam, per praxim et theoriam, illum ab omnibus terrestribus ad me cœlo sublimiorem erigentia, similia igni quodam modo sunt amoris periptera, timore omnem auferente malitiam, animamque purificante ab omni cupidinum inquinatione; desiderio vero animam Deo adnectente. Similis quoque flammis amor est, quippe qui illustrat animam, tum illam desiderio Dei inflammans, tum desiderium istud, quo ista ardet, sancto servans timore in æternum mansuro. Illam autem

C

ζ'. Ὕδωρ πολὺ οὐ δυνήσεται σβέσαι τὴν ἀγάπην, καὶ ποταμοὶ οὐ συγκλύσουσιν αὐτήν. Ἤγουν αἱ ῥέουσαι ὡς πλῆθος ὑδάτων ἐκ τοῦ χειμῶνος τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν πολλαὶ θλίψεις, καὶ αἱ τούτων ἀλλεπάλληλοι, ὡς ποτάμια ῥεύματα ἐπαγωγαὶ, ἐν αἷς τὰ τῆς πονηρίας πνεύματα τὴν εἰς ἐμὲ ἀγάπην σπεύδουσιν, ἢ τέλεον ἐκριζῶσαι διὰ μισοθεΐας, ἢ κατακαλύψαι διὰ μισανθρωπίας οὐ δυνήσονται, οὔτε πάντη σβέσαι αὐτὴν διὰ βλασφημίας, οὔτε κατακλύσαι καὶ ἀφανίσαι δι' ἀπροσεξίας τῶν ἐντολῶν μου· αἵπερ ἀποδεικνύουσι μὲν τὴν εἰς ἐμὲ ἀγάπην· συμπεραίνονται δὲ εἰς τὴν τοῦ πλησίον· πλὴν

VERS. 7. *Aqua multa non poterit exstinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Multæ sane tribulationes, sicut vis aquarum, de torrente invitarum tentationum fluentes, simul et illarum irruptiones veluti fluminum lapsus, continuæ, quibus nequitiæ spiritus erga me dilectionem eruere conantur, illam nec penitus per odium Dei eradicare, nec per odium erga homines obtegere poterunt, neque per blasphemiam omnino exstinguere, neque submergere et abolere per præceptorum meorum negligentiam; istæ autem tribulationes erga me dilectionem manifestam faciunt, atque etiam erga proximum adjuvant charitatem.

Ἐὰν δῷ ἀνὴρ τὸν πάντα βίον αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐξουδενώσει ἐξουδενώσουσιν αὐτόν. Δηλονότι ἐὰν ὁ μὴ τῇ τῶν προσκαίρων ἀπάτῃ ἐκθηλυνόμενος, παράσχῃ τοῖς δεομένοις πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ, διὰ τὴν πρός με ἀγάπην, εὐτελισμῷ ἐξευτελίζουσιν αὐτὸν αἱ ἀντικείμεναι δυνάμεις πάντως· ὡς τὸν Ἰὼβ μετὰ τὴν ἀφαίρεσιν παντὸς τοῦ αἰσθητοῦ πλούτου αὐτοῦ ἐξηυτέλισαν, ἐξαιτούμεναι τοῦτον ἀπ' ἐμοῦ εἰς δοκίμιον τῶν διὰ σαρκὸς ὀδυνῶν, καὶ τοὺς φίλους αὐτοῦ εἰς τούτου ὀνειδισμὸν ἐπεγείρουσι· ταῦτα τοίνυν αὐτὴ εἰδυῖα, ὅταν πάσας μου τὰς ἐντολὰς τηρῇς, καὶ ὀδύνη σοι ἐπέλθῃ σαρκὸς, κατὰ συγχώρησιν ἐμὴν γίνωσκε τὸ τοιοῦτον ἐπισυμβαίνειν

Si dederit vir omnem substantiam suam pro dilectione, contemptu contemnent illum. Videlicet si quis, non temporalium fallacia debilitatus, omnia bona sua, propter dilectionem in me suam, egentibus dederit, prorsus contemnentes nihili facient illum adversæ potestates, sicut et Job, post illius exteriorum divitiarum ablationem, contempserunt, illum a me vindicantes ad corporis dolorum tentationem, et amicos ejus ad injuriam excitantes. Hæc autem tu noscens, cum omnia præcepta mea servaveris, et supervenerit in te carnis dolor, juxta consensionem meam hæc tibi accidere scito, ut tua ipsius tentationibus non cedentis dilectio in

D

VARIÆ LECTIONES.

[f] διάπερον? [g] κατακαίοντος?

Digitized by Google

me manifesta fiat, non vero quod absit ad omnia pertinens providentia. Sponsa igitur Christi Ecclesia, ab illo jam de se ipsa securitate accepta, optansque perfectam, in doctrina et virtute, per baptisma regenerationem eruditæ a se Judæorum et gentilium multitudinis, de ista sponso suo dicit :

σοι· ἵνα σου ἡ πρὸς ἐμὲ ἀγάπη πᾶσι κατάδηλος γένηται, μὴ ἐνδιδούσης τοῖς πειρασμοῖς, καὶ οὐχὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι πρόνοιαν ἐπὶ πάντα διήκουσαν· ἡ δὲ Νύμφη τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία, ἤδη μὲν τὴν ἑαυτῆς παρ' αὐτοῦ λαβοῦσα ἀσφάλειαν, ποθοῦσα δὲ καὶ τὴν διὰ βαπτίσματος, κατὰ γνῶσιν καὶ ἀρετὴν τελείωσιν τῆς τῶν κατηχουμένων αὐτῆς Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων ὁμηγύρεως· περὶ ταύτης φησὶ πρὸς αὐτήν [h]·

Vers. 8. *Soror nostra parva, et ubera non habet.* Nimirum hæc, ob naturæ identitatem, nostra vocata soror multitudo imperfecta adhuc est ob incredulitatem suam; idcirco rationes et normas virtutum ad te sponsum conducentes sicut ubera, per quas salute fruaris illius, non possidet.

η'. *Ἀδελφὴ ἡμῶν μικρὰ, καὶ μαστοὺς οὐκ ἔχει.* Εἴτουν ἡ διὰ τὴν ὁμοφυΐαν ἀδελφὴ ἡμῶν χρηματίζουσα πλῆθος, ἀτελὴς ἔτι δι' ἀπιστίαν ἐστί· καὶ διὰ τοῦτο λόγους καὶ τρόπους ἀρετῶν προσφερομένους σοι τῷ Νυμφίῳ οἷα μαζοὺς, ἵν' ἐν τούτοις ἀπολαύσῃς τῆς σωτηρίας αὐτῆς, οὐ κέκτηται.

Et quid faciemus sorori nostræ in die qua factus fuerit sermo ad illam? Id est quid faciemus isti sorori nostræ vocatæ, in tempore illo quo fidei tuæ prædicationem accipiet?

Καὶ τί ποιήσομεν τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἂν λαληθῇ [i] *ἐν αὐτῇ;* Δηλαδὴ τί διαπραξόμεθα ἐπὶ τῇ εἰρημένῃ ἀδελφῇ ἡμῶν, ἐν ᾧ καιρῷ τὸ σὸν κατὰ πίστιν παραδέξεται κήρυγμα;

Vers. 9. *Si murus est, ædificemus super eam propugnacula argentea; et si ostium est, describamus super illam tabulam cedrinam.* Nempe si legalium præceptorum exsecutione, ut murus ædificatur, superponamus in eam, velut propugnacula argentea, eminus splendentes intellectuales rationes symbolorum quæ in legalibus Scripturis continentur. Si vero, per sensus, naturæ contemplationi dedita, ut ostium est, deformemus in ea, ut tabulam cedrinam, fidem qui mentem dividunt sensus constringentem, et ex operibus firmitatem habentem, vanamque omnem gloriam, virtutisque sive defectum sive excessum rejicientem. Hinc isti jam dictæ multitudini tuam propriam perfectionem dabis, et ego adjuvabo. Postquam audivit prior ad fidem inter Judæos vocata multitudo, magistræ et sponsæ verba de illa dicentis quod et ubera non habet et quod murus est, ad utraque responsum faciens, ut demonstrative dicit :

θ'. *Εἰ τεῖχός ἐστιν, οἰκοδομήσωμεν ἐπ' αὐτὴν ἐπάλξεις ἀργυρᾶς· καὶ εἰ θύρα ἐστὶ, διαγράψωμεν ἐπ' αὐτὴν σανίδα κεδρίνην.* Ἤτοι ἐὰν μὲν τῇ πράξει τῶν νομικῶν ἐντολῶν ᾠκοδόμηται δίκην τείχους, ἐπιθήσωμεν ἐπ' αὐτὴν ὥσπερ ἐπάλξεις ἀργυρᾶς τοὺς τηλαυγεῖς κατὰ γνῶσιν λόγους, τῶν ἐν τῷ νομικῷ Γράμματι συμβόλων. Ἐὰν δὲ τῇ κατ' αἴσθησιν φυσικῇ θεωρίᾳ [i*], διαμορφώσωμεν αὐτὴν, οἱονεὶ σανίδα κεδρίνην, τὴν τὰς μερίζουσας τὸν νοῦν συσφίγγουσαν αἰσθήσεις, καὶ ἐξ ἔργων τὴν βεβαίωσιν ἔχουσαν, πίστιν ἀποβαλλομένην τῇ μαχαίρᾳ τοῦ Πνεύματος πᾶσάν τε δόξαν ψευδῆ, καὶ ἀρετῆς ἔλλειψιν καὶ ὑπερβολήν· κἀντεῦθεν τὴν ἐν σοὶ τελειότητα αὐτὸς μὲν τῇ εἰρημένῃ πληθύϊ δωρήσῃ, ἐγὼ δ' ὑπουργήσω· ἐπειδὴ ἤκουσε τῶν τῆς διδασκάλου καὶ νύμφης ῥημάτων ἡ ἐξ Ἰουδαίων πρὸς πίστιν προκαλουμένη ὁμήγυρις· ὅτι τε μαστοὺς οὐκ ἔχει, καὶ τὸ, *Εἰ τεῖχός ἐστι*, περὶ αὐτῆς εἰρημένον, πρὸς ἀμφότερα ταῦτα τὴν ἀπόκρισιν ποιουμένη, φησὶν ὡσανεὶ δεικτικῶς.

Vers. 10. *Ego murus, et ubera tua sicut turris.* Plane, ego ex Israel murus sum, ut ædificata in doctrinam legalium præceptorum : Non adulterabis, et cæterorum ex ordine. Turribus autem similia sunt legalis Scripturæ symbola, mihi, uberum instar, tenerum et introductorium cibum præbentia, et sic intactam me servantia ab ethnicis moribus; etenim

ι'. *Ἐγὼ τεῖχος, καὶ μαστοί σου ὡς πύργοι.* Πάντως ἡ ἐξ Ἰσραὴλ, τεῖχος μέν εἰμι, ὡς ᾠκοδομημένη τῇ διδασκαλίᾳ τῶν νομικῶν ἐντολῶν, τοῦ, « Οὐ μοιχεύσεις, » καὶ τῶν ἑξῆς· πύργοις δ' ἐοίκασι τὰ δίκην μαζῶν, νηπιώδη τροφὴν καὶ εἰσαγωγικὴν μοι κομίζοντα σύμβολα τοῦ νομικοῦ γράμματος· ὡς ἀπόρθητόν με φυλάσσοντα τοῖς ἐθνικοῖς ἔθνεσι· καὶ γὰρ

Ego eram in oculis ejus ut inveniens pacem. Certe olim divinæ visitationis digna visa sum, et quamvis tunc non agnovissem, quæ nos Patri suo reconciliavit, veram pacem, hanc saltem in typis prophetricis jam noveram. Illi, more magistræ, sponsa dicit : Quid mihi vetera proponis?

Ἐγὼ ἤμην ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, ὡς εὑρίσκουσα εἰρήνην. Ἤγουν αὐτή ποτε ὑπῆρχον ἐπισκοπῆς θείας ἀξιουμένη· καὶ κἂν μὴ τότε ἐγνώκειν τὸν καταλλάξαντα ἡμᾶς τῷ ἰδίῳ Πατρὶ, τὴν ἀληθινὴν εἰρήνην, ἀλλ' ὡς ταύτην κατὰ τοὺς τύπους ἐν τοῖς προφήταις ἐγνωκυῖα ἐτύγχανον· πρὸς ταύτην διδασκαλικῶς ἡ Νύμφη φησί· Τί μοι προβάλλῃ τὰ παλαιά;

Vers. 11. *Vitis fuit Salomoni in Bebælamon.* Videlicet spiritualis Ecclesiæ fidelium plantatio regi pacifico fuit in multitudine gentium, quod Bebælamon significat.

ια'. *Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ Σαλομὼν ἐν Βεβαελαμών.* Δηλαδὴ πνευματικὴ φυτεία τῆς τῶν πιστῶν Ἐκκλησίας, γέγονε τῷ εἰρηνικῷ βασιλεῖ, ἐν πλήθει ἐθνῶν, ὅπερ τὸ Βεβαελαμὼν παριστᾷ.

VARIÆ LECTIONES.

[h] αὐτόν? [i] Cod. ληθῇ. [i*] Forte addend. θύρα ᾖ.

Digitized by Google

Ἔδωκε τὸν ἀμπελῶνα τοῖς τηροῦσιν. Εἴτουν παρέσχε τὴν Ἐκκλησίαν ἀποστόλοις καὶ διδασκάλοις, τοῖς ἐγρηγορότως φυλάσσουσιν αὐτήν· ἵνα μὴ αἱ κατ' αὐτῆς ἐπεγειρόμεναι πολυειδεῖς αἱρέσεις, ταύτην καταλυμήνωνται, τῷ τὴν ἑνότητα αὐτῆς εἰς ἀλλοκότους δόξας καταμερίσασθαι.

Ἀνὴρ οἴσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίους. Δηλονότι ὃς τῶν τελουμένων κατήργησε τὰ τοῦ νηπίου ἐν τῷ προσφερομένῳ τούτοις παρὰ τῶν τελεστῶν πνευματικῷ τῆς Ἐκκλησίας καρπῷ, τῇ καθάρσει, φημὶ, καὶ τῇ φωτίσει καὶ τῇ τελειώσει, κομίσεται οἱάπερ χιλίους ἀργύρους, τὴν διὰ καθαρότητος καὶ φωτισμοῦ τελειότητα· ἀκούσας δὲ ὁ Νυμφίος τῆς Νύμφης περὶ αὐτοῦ πρὸς τὰς μαθητευομένας αὐτῇ λεγούσης, ὅτι Ἔδωκα τὸν ἀμπελῶνα τοῖς τηροῦσιν, ἵνα μὴ δόξωσιν οἱ ἀκούοντες ἀφεστηκέναι τοῦτον τῆς τοῦ ἀμπελῶνος ἐπιμελείας, φησὶ πρὸς αὐτήν·

ιβ'. Ἀμπελών μου ἐμὸς ἐνώπιόν μου. Ἤγουν κἂν τινας φύλακας τῆς Ἐκκλησίας κατέστησα, ἀλλὰ Δεσπότης ταύτης ἐγὼ καὶ Νυμφίος· καὶ ἡ τούτων σπουδὴ, ἐν τῇ ἐμῇ ἐπισκοπῇ ἰσχύει. Εἰ μὴ γὰρ ἐγὼ φυλάξω, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων· ἡ δὲ Νύμφη ἀνταποκρινομένη πρὸς τὸν Νυμφίον φησίν·

Οἱ χίλιοι σοὶ Σαλομὼν, καὶ οἱ διακόσιοι τοῖς τηροῦσι τὸν καρπὸν αὐτοῦ. Ἤτοι ἡ μὲν τελειότης, σοῦ τοῦ τελειωτοῦ δῶρόν ἐστιν εἰρηνικέ τε καὶ εἰρηνοποιέ· ἡ δ' εἰς ἑαυτὴν τῆς φύσεως ἡμῶν ἀποκατάστασις, διὰ τῆς τῶν σῶν ἐντολῶν ἐργασίας, ἥπερ ἐ στὶν ἡμῶν τῆς Ἐκκλησίας καρπὸς, τῆς προαιρέσεως ὑπάρχει τῶν κατ' ἐνέργειαν φυλασσόντων αὐτάς. Καὶ γὰρ ὁ μὲν χίλια ἀριθμὸς, τὴν ἐν Χριστῷ ἐμφαίνει τελειότητα, ἀπροσδεῆ τελειότητος ὑπάρξων μονάς· ὡς μὴ μόνον τὸν δυνάμει, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐνεργείᾳ ταύτης λόγον ἐν ἑαυτῷ φέρων· ὅτι ἐκ μονάδος ἄρχεται, καὶ διὰ μονάδος δηλοῦται, καὶ μονάδος ἐστὶ ποιητικός· ἡ γὰρ χιλιὰς καὶ μυριὰς, τῷ τῆς μονάδος στοιχείῳ γνωρίζονται. Ὁ δὲ διακόσια πάλιν ἀριθμὸς, τὴν τῆς φύσεως ἡμῶν εἰς ἑαυτὴν διὰ τῆς τῶν ἐντολῶν ἐργασίας δηλοῖ ἀποκατάστασιν· ὡς δεκαπλασιάζων κατὰ τὴν δεκάδα τῶν ἐντολῶν, τὸν ἐκ τοῦ τετράκις πέντε συντιθέμενον, κἀντεῦθεν δηλοῦντα τὴν ἐξ ὕλης καὶ εἴδους φύσιν ἡμῶν, εἰκοστὸν ἀριθμόν. Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις ἡ Νύμφη, καὶ τάδε πρὸς τὸν Νυμφίον, δι' ἄκραν τὴν μετριοφροσύνην καὶ ἐπιτεταμένον πόθον τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διέξεισιν.

ιγ'. Ὁ καθήμενος ἐν κήποις, ἕτεροι προσέχοντες· τὴν φωνήν σου ἀκούτισόν με. Εἴτουν, ὦ Νυμφίε μου, σὺ ὁ ἐπαναπαυόμενος τῇ τε νοητῇ κτίσει καὶ τῇ αἰσθητῇ, ὡς τοῖς σοῖς θελήμασι δίκην κήπων πεφυτευμέναις, ἄλλοι παρ' ἡμᾶς εἰσὶν οἱ ἀμεταστρεπτὶ πρὸς σὲ ἀτενίζοντες, διὰ τὸ μὴ μερίζεσθαι δεσμῷ σώματος αἱ ἄϋλοι πάντως καὶ ἀγγελικαὶ τάξεις. Ἐγὼ δὲ ὡς ὑποκειμένη τῷ τοιούτῳ δεσμῷ, δέδοικα τὴν τροπήν· καὶ διὰ τοῦτο τὴν δευτέραν σου κάθοδον ἐπισπεύδουσα] ἱκετεύω σε, ἀκουστὴν ποίησον τὴν

Dedit vineam custodibus. Scilicet Ecclesiam apostolis et doctoribus commisit vigilanter custodientibus illam, ne multiformes vastent adversus illam excitatæ hæreses, unitatem illius ad monstruosas opiniones distrahentes.

Vir accipiet in fructu ejus mille argenteos. Scilicet, quicunque initiatus evacuaverit quæ sunt parvuli, in accipiendo spirituali Ecclesiæ fructu ab initiatoribus initiatis dato, id est, purificatione et illuminatione et perfectione, veluti mille argenteos, perfectionem ex purificatione et illuminatione reportat. Audiens autem Sponsus Sponsam suam de illo coram discipulabus dicentem quod vineam suam custodibus dederit, ne credant audientes abesse illo vitis curam, dicit illi :

Vers. 12. Vinea mea, quæ mihi est coram me. Licet custodes aliquos Ecclesiæ posuerim, at ego Dominus et Sponsus ejus; horum studium in mea vigilantia vires sumit. Si enim ego non custodiero, frustra vigilavit qui custodit eam. Sponsa autem respondens Sponso suo dicit :

Mille tibi Salomoni et ducenti custodientibus fructum ejus. Scilicet perfectio tui perfecti donum est, o pacifice et pacificans, restitutio vero naturæ nostræ in pristinum statum suum, per præceptorum tuorum exsecutionem (quæ restitutio Ecclesiæ nostræ fructus est), a voluntate pendet ex officio custodientium nos. Numerus enim mille ostendit perfectionem in Christo, eo quod sit unitas in se perfecta, non solum potentia, sed reipsa perfectionis in se rationem habens. Ab unitate enim incipit, per unitatem declaratur et unitatem (monada) ipse efficit. Numerus enim mille et numerus decem millia continens unitatis elemento noscuntur. Numerus vero ducentos continens naturæ nostræ in pristinum statum suum restitutionem ostendit. Decuplat enim, juxta decada præceptorum ex quinque quater sumpto conflatum, et sic ostendentem naturam nostram ex forma et materia compositam, vicesimum numerum. — Insuper his dictis, sponso hæc etiam, valde modesta et ardens futurorum bonorum desiderio, narrat.

Vers. 13. *Sedens in hortis, alii attendentes; vocem tuam audire me fac.* Sponse mi, qui in creatione et intellectuali et sensibili requiescis, velut in hortis tua voluntate plantatis, juxta nos alii quoque sunt ad te irretortis oculis attendentes, quippe carnis vinculo non impediti, omnino scilicet immateriales angelicæ turbæ. Sed ego, isti tali subjecta vinculo, a te metu averti; ideirco posteriorem descensum tuum votis festinans, te obtestor ut me hanc delectabilem audientem vocem facias : « Venite, bene-

VARIÆ LECTIONES.

] Cod. ἐπιπτεύδουσα. Num ἐποπτεύουσα? vel ἐπιπνέουσα?

Digitized by Google

dicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum » et sic.

Vers. 14. *Fuge, fratercule mi, et assimilare capreæ, vel hinnulo cervorum super montes aromatum.* Vocatis enim justis ad paratum ab initio mundi illis regnum tuum, omnem de nobis in sensibilibus curam abjicis, dignos attrahens ad excelsa spiritualium gratiarum, quarum replentur odoribus; in quibus fragrantibus gratiis, veluti caprea, vel cervi hinnulus, venenatis nocivus bestiis, furentes in nos nequitiæ spiritus interimis, istorum adversus nos compescens prælium.

εὐκταίαν ἐκείνην φωνήν σου· τὸ, Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν· » καὶ οὕτω,

ιδ'. *Φύγε, ἀδελφιδέ μου, καὶ ὁμοιώθητι τῷ δόρκωνι, ἢ νεβρῷ ἐλάφων, ἐπὶ ὄρη ἀρωμάτων.* Προσκαλούμενος γὰρ τοὺς δικαίους εἰς τὴν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου ἡτοιμασμένην αὐτοῖς βασιλείαν σου, ἀφίστασαι πάντως τῆς διὰ τῶν αἰσθητῶν προνοίας ἡμῶν· ἐφελκόμενος τοὺς ἀξίους ἐπὶ τὰ ὕψη τῶν πνευματικῶν εὐωδιαζουσῶν αὐτοὺς κατὰ θέωσιν χαρίτων· ἐν αἷς ὡς τις δόρκων, ἢ ἐλάφου νεβρὸς, ἀναιρετικὸς τῶν ἰοβόλων θηρίων, τὰ μαινόμενα καθ' ἡμῶν τῆς πονηρίας πνεύματα νεκροῖς, καταπαύων τὸν πρὸς ἡμᾶς αὐτῶν πόλεμον.

SUPPLEMENTUM

AD COMMENTARIOS PROCOPII IN PROVERBIA

MONITUM.

Post Procopii Gazæi *Commentarios in Proverbia* et *in Cantica canticorum* qui ex editione Em. cardinalis Ang. Mai (*Class. Auct.*, t. IX, 1-256; 257-430; VI, 348-378) cum interpretatione Latina in nostram hanc novam editionem transiere, quædam hic apponenda curavimus excerpta ex Bibliothecæ Regiæ Bruxellensis codd. 3895 et 3896, ex opere inedito cui titulus : *Procopius Gazæus in Proverbia, et in Cantica canticorum compendiaria explicatio, interprete Corderio.* Ne tamen in immensum cresceret voluminis moles, illa tantum dedimus quæ nobis notatu digna videbantur.

CAPUT XII.

Vers. 1. *Qui diligit disciplinam, diligit sensum; qui autem odit increpationes, insipiens est.*

Qui moralem diligit eruditionem, amator est scientiæ per quam sensus habemus exercitatos ad discernendum bonum et malum. Dei autem hoc donum est. Qui autem odit increpationes, insipiens est, cum velit semper in ignorantia versari et nunquam venire ad cognitionem veritatis. Disciplina porro recentior est increpatione debetque hanc præcedere.

Vers. 5. *Cogitationes justorum judicia; gubernant autem impii dolos.*

Cogitationes enim justorum discretæ sunt ac simplices. Principium autem consilii cogitatio est, quorum unum quidem laudavit in justo, alterum vero vituperavit in impio. Aut certe quia semper Dei judicia meditantur; vel quia semper judicia Dei exercent in mente. Mens enim nostra judex est, et sedet judicans quamlibet virtutem cum opposito ipsi vitio, et hoc quidem condemnat, illud vero justificat.

CAPUT XIII.

Vers. 13. *Contemnens rem contemnetur ex ea : timens autem mandatum, hic sanus est.*

Origenis. Sicut is qui timet Deum, voluntatem ejus facit, ita qui timet mandatum, is servat mandatum; qui autem contemnit Deum contemnit mandata ejus, sana porro est anima quæ divinum mandatum servat.

Vers. 22. *Bonus vir thesaurizare faciet filios filiorum : thesaurizantur autem justis divitiæ impiorum.*

Hujusmodi erat Paulus multum in Christo per Evangelium generans. Hi porro cum ab illo didicissent, alios docuerunt. Aut pater est mens quæ bonas gignit cogitationes. Hæ porro res consimiles generant.

Evagrii. — Hi qui ex impia doctrina convertuntur, sunt bonis doctoribus thesaurus, cum essent divitiæ impiorum. Eorum quoque qui de circumcisione erant divitiæ, in thesauro repositæ gentibus in Christum credentibus, ablato ab illis regno cœlorum et dato justificatis ex fide. Vel etiam divitiæ impiorum malitia est, quam justi per bonam doctrinam absument, sive modo, sive in futuro sæculo supra quinque ac decem civitates constituti.

CAPUT XIV.

Vers. 4. *Ubi non sunt boves, præsepia munda; ubi autem multa genimina manifesta bovis virtus.*

Ubi non sunt doctores, ibi subsellia auditorum sunt vacua. Virtus autem docentis ostenditur, ubi multa sunt genimina, id est discipuli. Fortassis vero nunc singulariter dictus bos Jesus est, cujus virtutis plurimi inter homines fructus exhiberi possunt. Itaque ubi non sunt boves spirituales prophetæ et apostoli vacua geniminibus sunt præsepia, in quibus Servator veniens omnem geniminі-

Digitized by Google

bus terrarum orbem replevit, ita et dictum sic : « Messis quidem multa, operarii vero pauci [1]. »

Vers. 18. *Dividentes imprudentes malum : Astuti autem tenebunt sensum.*

Eusebii. — Nempe hanc partem ac sortem habebunt : malitiam autem sensui opposuit. Si autem malitia virtuti opponatur, utique sensus jam virtutem significat.

Vers. 26. *In timore Domini spes fortitudinis ; filiis autem suis relinquit firmamentum.*

Rursus habitum dixit pro eo qui habet illum. Spes autem fortitudinis, quoniam is qui certat adhuc in hac vita, ex parte cognoscens et ex parte prophetans, spem in futurum habet repositam, accepturus, filiis autem suis relinquit firmamentum. Cujusmodi erat propheta ille cum moreretur, cujus uxor ad Elisæum veniens, egestatem suam et fœneratores deplorabat : hic autem id quod habebat mulier oleum multiplicans, et a fœneratoribus eam absolvit et filiis victum dedit. Quin et timor Domini, pios habens filios, qui timoris filii sunt, sicut filii lucis quoque lux vocantur ; hoc firmamentum illis reliquit.

CAPUT XV.

Vers. 4. *Sanitas linguæ arbor vitæ, qui autem conservat eam implebitur spiritu.*

Sanitatem linguæ vocat vel qua sanata est, vel qua sanavit. Porro sanata est lingua quæ verbo non peccat. Morbus enim linguæ est peccatum per illam admissum. Doctrina enim de rebus bonis germinat vitam : qui autem conservat eam, implebitur Spiritu, nimirum sancto. Idem hortatur per ea quæ sequuntur, dicens : *Favus mellis sermones boni, dulcedo autem ejus sanitas animæ.*

Vers. 5. *In abundanti justitia fortitudo multa.*

Eusebii. — « Nisi enim, inquit, abundaverit justitia vestra, non intrabitis in regnum cœlorum [2]. » Impiorum autem radix malitia est, quæ post præsentem vitam una cum illis interitura est. Huic simile est et illud : Evellet te et radicem tuam de terra viventium.

Vers. 25. *Domus contumeliosorum diruit Dominus : firmavit autem terminum viduæ.*

Eusebii. — Domos superborum Judæorum diruit Dominus, viduæ autem Ecclesiæ per evulsionem ab ea diaboli viduatæ firmavit terminum. Supervacaneos enim eorum qui veritati resistunt, sermonum plexus et structuras evertit Dominus, perdens sapientiam sapientium, animæ autem hisce viduatæ domum stabilit.

CAPUT XVI.

Vers. 7. *Initium viæ bonæ facere justa : accepta autem sunt apud Deum magis quam immolare hostias.*

Si enim, inquit, desideras sapientiam, serva mandata, et Dominus tibi illam impertietur. Quod si autem cognitionis via est Christus, hujusque notitiæ principium et lex, quæ pædagogus nobis exsistit ad illam ; ac bonæ revera viæ initium sit facere justa, hocce quid majus fuerit misericordia. Nunquid igitur hæc contemplatio est ? Quia « misericordiam, inquit, volo, et non sacrificium [3] », et cognitionem Dei magis quam holocausta.

Vers. 14. *Furor regis nuntius mortis : vir autem sapiens placabit eum.*

Origenis. — Hoc dixit sanctus a passione alienus : vel furor allegorice accipiendus, vel modo non in bono regem appellat. Vir autem sapiens, quamvis ut homo peccavit, per pœnitentiam ipsum placat. Nuntius qui de supplicio sermones novit, vocatur angelus seu nuntius furoris.

Vers. 15. *In lumine vitæ filius regis : qui autem valde accepti sunt ei, tanquam nubilum serotinum.*

Evagrii. — Plurimis Scripturæ locis lux vitæ conjungitur, juxta illud : « Vita erat lux hominum [4], » in qua luce est filius Regis discipulus Jesu. Filius quoque Regis Christus et qui in veritatis scientia secundum Christum perfecti sunt.

Didymi. — Qui in adventu Christi prope ad fidem accesserunt, quia in fine sæculorum crediderunt, quasi nubes serotinæ sunt : nempe virtus sero tandem nata, istiusmodi sui compotem reddit acceptum Christo regi, vel etiam cuivis sapienti.

Vers. 17. *Qui suscipit disciplinam in bonis erit, qui autem custodit correptiones sapiens fiet. Qui custodit vias suas, servat suam animam, et diligit vitam suam, parcet ori suo.*

Moralis enim eruditio cum introductoria quædam sit institutio, virtutum perfectionem proficienti conciliat, correptiones autem vocat increpationes, vel sermonum demonstrationes, vel mandata Dei, hæc enim nos peccantes reprehendunt.

Vers. 22. *Fons vitæ cogitatio possidentibus : disciplina autem imprudentium mala.*

Eusebii. — Cogitatio virorum intelligentium et cordatorum quæ capit res prout se habeant, dirigit vitam ipsorum : disciplina autem imprudentum mala, utpote mortem afferens ; vel etiam malitiam irrefragabilem et inexcusabilem sic appellavit.

Vers. 32. *Melior est vir longanimis forti.*

Didymi. — Nam bellum intestinum quovis extero periculosius omnino ac difficilius est, quod qui debellavit jam curis omnibus solutus est, at illi obnoxius cum indefesso hoste decertat

CAPUT XVII.

Vers. 1. *Melior est buccella cum voluptate in pace, quam domus bonorum et injustarum victimarum cum jurgio.*

Eusebii. — Supernl panis particulans notitia, pacem præbens cum voluptate (Pax autem Christus est) melior est quam ditari cognitione domatum falsi nominis.

[1] Matth. IX, 37. [2] Matth. V, 20. [3] Matth. IX, 13. [4] Joan. I, 4 sq.

Digitized by Google

Vers. 2. *Servus intelligens reget dominos stultos ; in fratribus autem dividet partes.*

Ejusdem. — Populus e gentibus, cum servus esset (Christus enim ipsum pretio redemit), credendo factus intelligens, Judæos nobiles ac dominos superavit. Et alio sensu : Si omnis qui peccatum facit, servus sit peccati, omnis qui a malitia recessit, per virtutem dæmones insipientes dominos devicit ; qui et dispensator mysteriorum Dei fiet, pro conditione status unicuique fratrum spiritalem impertiens cognitionem, Corinthium quidem lacte potans, Ephesium vero solidiore cibo nutriens, de longitudine et altitudine, ac profunditate latitudineque disserens, et per hæc interstitia naturæ rationalis significans distinctionem, quæ divini judicii ac providentiæ rationis ob immensam profunditatem humanum captum fugientes, continet. Horum symbolum est Jesus Nave duodecim tribubus terram distribuens : qui utique de Christi incarnatione sermones cognitione reconditi sunt in Juda, in cujus sorte seu tribu Christus nascitur.

Vers. 14. *Potestatem dat sermonibus principium justitiæ, præcedit autem egestatem contentio et jurgium.*

Origenis. — Juxta illud : nulla injusta potestas, vel quod sit supereminens potestas, vel etiam, ut sic dicamus in potestate principium seu caput sit justitia. Incorrupti enim sermonis fiducia est seu libertas. Itaque de Servatore dicitur : Erit enim docens tanquam potestatem habens et non sicut scribæ.

Eusebii. — Præcedit autem egestatem contentio seu seditio, siquidem exercitus seditio inopiam parit, sic et cogitationum dissensio inopiam sermonum gignit. Si igitur justitiam sequitur notitia, præcedit ignorantiam malitia.

CAPUT XVIII.

Vers. 2. *Non opus habet sapientia is qui indiget corde ; magis enim ducitur insipientia.*

Didymi. — Magis autem ducitur imprudentia, quia magis dilexit tenebras quam lucem. Ad hæc stultitia gaudens arbitratur sapientiam sibi non esse necessariam.

Vers. 8. *Pigros dejicit timor : animæ autem effeminatorum esurient.*

Eusebii. — Scilicet inimicus timor, vel timor Domini, per bona opera ipsos a pigritia separat. Effeminatus autem est qui neque docere potest neque discere cupit. Itaque illos qui in virtute practica pigri sunt malorum seu molestiarum timor excitat ac præparat, cum non habeat quo confidant in futurum. Vir porro qui voluntate ac studio mulier est, non habebit virtutem qua sustentetur.

Vers. 10. *Ex magnificentia fortitudinis nomen Domini : ei autem accurrentes justi exaltantur.*

Ex creaturis enim earumque magnitudine manifestum fit Deum esse omnipotentem. Nomen autem Domini Dei cognitionem significat. Ac per rectam quidem vitam accurrunt ad ipsum justi, per contemplationem vero exaltantur. Item alio sensu : Qui magnifice fortis est in confortante ipsum Domino nomen Domini est, quem ad se accurrentem altissimi Dei appellatio sublimem reddit.

Vers. 14. *Furorem viri mitigat servus prudens ; pusillanimem autem virum quis sustinebit?*

Eusebii. — Quemadmodum Dominus noster pardus furiens respectu peccatorum dicitur 5-6. et petra scandali, respectu infidelium, ita etiam pusillanimis propter peccatores nuncupatur.

Aliter. — Moyses, cum famulus esset viri : « Ecce enim vir oriens nomen ejus[7], » Dei adversus populum suum furorem mitigavit, dicens : « Siquidem remittis eis, remitte[8], » etc. Pusillanimis autem est qui cito mutat sententiam.

Vers. 15. *Cor prudentis possidet sensum : aures autem sapientium quærunt cogitationem.*

Didymi. — Sensum hoc loco non accipere oportet naturalem, sed acquisitum circa dogmata qui sit hominis industrii seu practici. Speculativus autem cum versetur circa rerum contemplationem, intellectum quærit. Sæpenumero autem, et præcipue in præsenti Libro, practica et speculativa vita per sensum et intellectum designatur ac declaratur.

Vers. 16. *Donum hominis dilatat eum, et apud principes sedere facit eum.*

Eusebii. — Non in angustum redigetur qui dat pauperibus, sed velut unus de principibus erit. Vel rectam vitam modo vocavit donum hominis qui semetipsum dilatans dignum præbet plenitudine Dei, quam cathedram virtutum nominat, mentis enim cathedra est habitus optimus qui motu difficilem vel immotum conservat sedentem.

CAPUT XIX.

Vers. 4. *Divitiæ addunt amicos multos : inops autem et ab amico qui erat deseritur.*

Eusebii. — Divitiæ cognitionis ac sapientiæ, angelos nobis multos adjungunt. Impurus autem ab angelo quoque quem a puero custodem acceperat, separatur. Spiritalis enim amicitia est virtus atque scientia, per quas sanctis illis virtutibus amice consociamur.

Vers. 14. *Domum et substantiam dividunt patres pueris : a Domino autem aptatur mulier viro.*

Didymi. — Patrum quidem est docere filios virtutem ac Dei cognitionem. Dei autem est ipsis largiri sapientiam, uxorem enim hic intellige sapientiam. Substantiam quidem vocat sermones de negotiis, domum vero mentem qua hæc audienda sint.

Vers. 16. *Qui custodit mandatum, servat suam animam ; qui autem negligit, suas vias perdit.*

Basilius. — Etenim homo ad Dei imaginem con-

[6-6] Eccli. xxviii, 27. [7] Zach. vi, 12. [8] Exod. xxxii, 32.

Digitized by Google

dimus rectas ab eo vias accepit. Fecit enim Deus hominem rectum. Hæ ipsæ autem viæ dicuntur quidem præcepta, quantum ad præcipientem, viæ vero in ordine ad mentem iter facientem, testimonia autem quia in cœlo et terra tradita sunt; unde mens quæ suscepit illa vocatur testis, qui si fallit impune non feret.

VERS. 17. *Fenerat Deo qui miseretur pauperis; secundum datum autem ejus retribuet ei.*

Eusebii. — Sibi enim appropriat vindicatque Deus quæ in illum collata sunt; secundum autem datum ejus retribuetur ei, hoc est secundum affectum, non ex tristitia aut necessitate retribuit ei. Non enim dona sed animi dispositionem metitur Deus.

VERS. 19. *Male cogitans vir nulla damna patietur: si autem corruperit et animam suam addet.*

Didymi. — Omnes enim sensus pariter polluit, inhærens vero etiam ipsam ex integro animam. Nunquid autem magnum quidem damnum est, ipsa privatio contemplationis rerum creatarum? Quibus accedit deletio naturalium de Deo cogitationum, ipsamet anima ad omnimodam rationis privationem redacta.

VERS. 24. *Qui abscondit in sinum suum manus injuste, neque ori quidem admovebit eas.*

Qui non recte vivit, abscondit in anima manus injuste, terram suam laborare nolens neque panibus impleri. Siquidem virtutes circa actiones occupatæ manuum rationem obtinent ut quæ panem illum ori nostro afferant qui de cœlo descendit et dat vitam mundo. Non poterit proinde talis, quod sit piger et ignavus, ullum frugi actionis initium comparare.

CAPUT XX.

VERS. 2. *Non differt comminatio regis a furore leonis: qui autem irritat eum peccat in suam ipsius animam.*

Non enim habet intellectum quo evadat mala quibus undique circumdatus est; si autem furor draconum est vinum illorum, incontinens autem vinum est, utique incontinens est et furor, utpote homines intemperantes reddens, et contumeliosa est ira ut quæ effervescente furore progignitur. Quamobrem Nazaræi quo viæ expertes viverent a vino abstinere jubebantur. Qui regem irritat, id est qui peccato ad iram Christum provocat, in suam ipsius animam peccat.

VERS. 4. *Exprobratus piger non confunditur; similiter et qui fenore accipit frumentum a messe.*

Eusebii. — Talis enim cum propter tempus deberet esse magister, etiamnum prima opus habet institutione. Si autem sit frumentum in messe illud fenore ab illis accepit qui per sex annos terram suam laborarunt et septimo viduas et pupillos nutriunt.

VERS. 20. *Maledicentis patrem aut matrem extinguetur fax: pupillæ autem oculorum ejus videbunt tenebras.*

Eusebii — Qui enim maledixerit patri aut matri, morte moriatur [9]. Sed et qui Christo et Ecclesiæ maledixerit, fide privabitur quam habebat ante criminationem, quæ erat in ipso lux. Possit etiam de externis tenebris usurpari, quamobrem quoque in futuro effertur. Quin et Christus quidem pater est habentium spiritum adoptionis, mater vero eorum qui lacte, et non solido cibo indigent, quandoquidem et Paulus pater quidem Ephesiorum fuit, sapientiæ ipsis revelans mysteria, mater vero Corinthiorum lacte illos potans.

VERS. 10. *Pondus magnum et pusillum et mensuræ duplices, immunda sunt apud Dominum et utraque et qui facit ea.*

Basilii. — Circa judicium ina qualitatem stateram appellatione insinuans, significat eum qui dolosam habeat affectionem, verbis quidem blandam sed reipsa pravam, esse immundum: ut cum quis præ se ferat temperantiam qui non sit temperans. Quin et omnem excessum et defectum mensuram magnam et parvam esse arbitror. Utrumque enim adjunctum habet vitium: mensura porro duplex est illi qui ab alio quidem beneficia vult accipere, sed paria vicissim aliis non retribuit. Non enim morem gerit dicenti: « Omnia quæcunque vultis ut faciant homines, hæc et vos similiter facite illis [10]. »

CAPUT XXI.

VERS. 4. *Magna sapiens in contumelia audax corde; fax autem impiorum peccatum.*

Magna sapiens, inquit, in contumelia non in virtute, sed de quibus confundi oportuerat in his gloriatur. Fax autem impiorum peccata, juxta illud: Ambulate in lumine ignis vestri. Bonum enim arbitrantur peccatum, cum sit temporarium. Fortassis vero etiam quasi respectu impietatis in Deum atque deteriorum fax esse peccatum videatur. Sed et a majori malo quis ad id quod minus est veniens, initium accipit illustrationis.

VERS. 19. *Melius habitare in deserto quam cum muliere rixosa et linguosa et iracunda.*

Didymi. — Cælebs esse præstat quam cum tali commorari: vel etiam melius est esse in Ecclesia ex gentibus, quam in Judæorum synagoga. Vel etiam prout David ait: « In terra deserta, invia, et inaquosa. » Terra igitur est virtus, quæ non habet pristinos habitatores, neque homines secundum desideria erroris depravatos, adeoque diabolus non invenit in ea requiem, siquidem ambulat per loca arida et inaquosa quærens requiem et non invenit. Est enim ille rex omnium qui in aquis degunt. Et de sapientia frequentes, inquit, commorationes domorum ejus. Quod si hoc verum uti revera est, mulier pugnax seu rixosa est malitia, quæ illum cum quo habitat rixosum, et linguacem et iracundum efficiet.

CAPUT XXII.

VERS. 7. *Divites pauperibus imperabunt, famuli propriis dominis fenerabunt.*

[9] Lev. xx, 9. [10] Matth. vii, 12.

Digitized by Google

Eusebii. — In sæculo futuro qui in omnibus ditati fuerint, in omni cognitione ac sapientia imperabunt iis qui divitiis istis destituuntur. Cæterum quod hic de servis ac dominis dicitur, tanquam quid arcanius jam omittatur : ad litteram autem humanæ vitæ instabilitatem declarat. Quin et ubi penes paucos est imperium, divites pauperibus dominantur. Item alio sensu scientia prædíti ignaris ac rudibus præsunt, et fideles qui ex gentibus sunt Israelitis, quibus id antea jus erat doctrinam fenerant, tametsi prius illi gentibus plurimis feneraverint, iisque imperaverint. Nunc autem ab iis regno cœlorum ablato vice versa contigit.

Vers. 16. *Qui calumniatur pauperem, multa facit sua : dat autem diviti ad minus.*

Quemadmodum diabolus calumniatur nos, accipiens a nobis virtutes quas non dederat nobis, sic et nos calumniamur ipsum accipientes ab ipso vitia quæ non dedimus ipsi. Et in quantum quidem accipimus ab ipso vitia, tanquam ab eo qui virtutibus pauper est accipimus : in quantum vero virtutes nostras ipsi damus, in detrimentum nostrum, tanquam in malitia diviti, illas donamus. Quo igitur plura quis illi donat, eo animam suam magis vulnerat.

Vers. 20. *Et tu vero describe ea tibi tripliciter, in consilio et scientia super latitudinem cordis tui.*

Eusebii. — Dicit : Proverbia erunt enim tibi hæc describenti in mente, ut loquaris in eis sedens in domo et ambulans in via, et decumbens ac surgens. Trifariam autem unumquodque eorum et in consilio et in scientia describe, v. g., quodlibet eorum quæ theoriam spectant, siquidem etiam habet littera verum, erit triplex. Verbi gratia illud : « Non alligabis os bovi trituranti [11], » ad litteram sic habet : secundum anagogen quidem significat, non oportere in nobis id quod circa terram operatur, nempe sensum, prohibere quo minus rebus sensilibus utatur recte, indeque cibum habeat. Secundum allegoriam vero, doctorem qui, inquit, seminat in nobis spiritalia debere metere carnalia, nempe cibum a nobis accipiendo. Consilium porro et scientiam vocat ea quæ ad actionem et doctrinam spectant. Vel etiam quod omnis scripturistica compositio seu commentatio in moralem et naturalem ac theologicam dividetur. Ac primæ quidem consonant Proverbia, secundæ vero Ecclesiastes, tertiæ denique Cantica canticorum, quæ intellecta per animæ puritatem in corde describuntur.

Chrysostomi — Vel etiam sic q. d. : Dilata cor tuum ad susceptionem theorematum divinorum, ut quilibet sensus multiplicetur. Audiens enim : Non mœchaberis, siquidem habes uxorem, contentus sis littera, sin secus, ne duxeris. Idipsum etiam in aliena doctrina locum habet, vel a Domino sponso minime mœchandum et recedendum mente ab ejus adhæsione ; vel illud tripliciter sumitur pro tuto, et firmiter vel frequenter, juxta illud Ezechielis : Quoniam exfornicata es tripliciter, vel indesinenter in omni vita tua. Vel trifariam Scripturæ verba describuntur, nempe secundum historiam et ad mores animæ, et secundum anagogen. Tria porro sunt potissima mutationis ætatis tempora, secundum quæ quis est puer, juvenis et vir perfectus. Atque tripliciter dicens hoc ait : ut simplicior ædificetur ab obvia litteræ locutione, perfectus vero ex arcano litteræ sensu. Ut enim homo constat e corpore et anima et mente, ita et sancta verba. Singula enim tripliciter sunt, nempe secundum litteram et intellectum et contemplationem seu anagogen.

Vers. 27. *Si enim non habueris unde solvas, tollent stratum quod sub coxis tuis.*

Ne temere des testimonium præceptoribus de quibusdam scire volentibus, diverso enim illo apparente in te redundabit debitum cui non eris solvendo : nemo enim pro alio bonus ; sibimetipsi enim vix sufficiet, occurrent autem doctores quibus fidem obstrinxisti, in moralibus quidem actiones, in scientiis vero rectæ de Deo ac mundo sententiæ, quibus non exhibitis seu solutis rapient tegumentum tuum in quo requiescis : animæ, inquam, facultates seu vires, costæ namque vires designant, ut in isto Job : « Costæ ejus, costæ æneæ [12], » id est vires vocis evanidæ, vel etiam aliter. Ne temere obstringas carnem, vel ne assumas actiones alienas, nisi enim repertus fuerit qualem testatus es, omnino in te istiusmodi debiti solutio redundabit. Qui amicas admittunt cogitationes et per hoc maliguum honorant, probis cogitationibus deteriores solvere studeant, quia tollent substratam virtutem, siquidem hæc stantis in justitia mentis vestimentum dicitur, reliquum vero quod per pravas cogitationes excidit stratum appellatur.

CAPUT XXIII.

Vers. 1-3. *Si sederis cœnare ad mensam potentis, sapienter intellige quæ apponuntur tibi : Et mitte manum tuam sciens, quod oportet te talia præparare. Si autem insatiabilis es, noli concupiscere escas ejus : hæc enim obtinent vitam falsam.*

In prandio quidem, inquit, dictis tuis custodiam adhibe, in cœna vero post prandium intellige quæ penes te sunt, non quæ te superiora et procul sita sunt ; et dictis consonam adjunge actionem : sic enim spiritualibus consentanea parabimus. In mensa igitur potentis nihil humile vel terrenum quære quo nutriaris, neque tam id quod historicum, quam quod spiritale sit atque cœleste. Hoc enim accipiendum quando littera sensum sequitur : dynastæ autem intellige Christi, sin vero dynastarum scribatur, Moysis et prophetarum. Si autem non amas liberari a litteræ consideratione, noli insaturabiliter concupiscere escas ejus. Nam si circa solam verseris litteram, ab allegoria abstinens, quid dicere poteris de iis quæ secundum litteram simul consistere non possunt, quale est illud : « Spinæ nascuntur in

[11] I Cor. IX, 9. [12] Job. XL, 15.

Digitized by Google

manu temulenti?[13]» Mensa dynastarum sunt oracula prophetarum, quæ oportet auditorem ab historia traducere ad theoriam et sic illa exercere. Spiritaliter autem intellige illa quæ apponuntur tibi, et extende manum tuam. Ne in sola, inquit, historia pedem figas, neque primo ferculo contentus sis : hoc enim sibi vult illud : « Et injice manum tuam. » Sciens istiusmodi tibi esse præparanda, id est spiritaliter intelligenda, nempe ut et tu Christum virtutibus nutrias : quod si insatiabili studio historiæ inhæreas, quo pacto spiritalis mensæ particeps eris ? adhærent enim vitæ mendaci, carneæ non spirituali : talibus enim istiusmodi cibus apponitur, qui possit nutrire animas.

A

Vers. 21. *Omnis enim ebrius et scortator mendicabit ; et induetur disruptis et laceris omnis somnolentus.*

B

Vetat vinum quod e vite sodomitica exprimitur. Congruit hoc etiam quoad litteram et secundum sensum illi qui studet sapientiæ. Nam licet adversariorum dogmata carnium more videantur solida, bonumque nutrimentum præstare, sunt tamen serpentina digestuque difficilia ut venenum aspidum et uva fellis. Ne illa itaque audiens, ad eorum coemptiones te extendas : sed ad hoc solum ea audire permissum ut refutandi illos argumentum consecteris. Habes vinum ex vera vite expressum, nempe sensum Scripturarum : ex his qui bibit sobria ebrietate inebriatur, et ab hominibus excedit conversans cum Deo. Qui autem de vinea Sodomorum bibit, ex dementia compositus est. Quapropter etiam dicitur : C inimici autem nostri amentes. Mendicat autem omnis qui divina doctrina et sapientia excidit, in cujus dextera sunt divitiæ et gloria, cum meretricibus versans veram notitiam simulantibus. Et ebrius est ex vino veternum inducente. Denique qui ut virtutem comparet non advigilat, neque sobrius est, is animæ suæ vestimenta lacera et vilia ostendit. Animæ autem vestimenta sunt sana dogmata, et rectarum cogitationes actionum : quæ quidem vestimenta vir probus lucida obtinens, omni tempore candidis induitur, odioque habet tunicam carnis sordibus contaminatam.

Vers. 22. *Audi, fili, patrem qui genuit te ; et non contemnas quoniam senuit mater tua.*

D

Patris tui præceptoris mater est doctrina : tua enim infirmitas illius videtur esse. Excita proinde magis teipsum et tunc matrem robustam vegetamque invenies. Tu enim tua negligentia illam ad senectutem et oblivionem redigis, ipsa nihil interim patiente. Dicebat quidem seniorum animam esse matrem mentis, animam vocans ipsam animæ affectionem et iram et concupiscentiam. Nam per practicas virtutes in lucem mens producitur : siquidem per fortitudinem et temperantiam adipiscimur sapientiam et scientiam Dei, quæ sunt virtutes iræ et concupiscentiæ. Dixerit autem fortasse matrem quoque vetus testamentum quod non facile contemnendum est.

[13] Prov. xxvi, 9.

Vers. 30. *Nolite inebriari in vinis, sed conversamini cum hominibus justis et conversamini in locis deambulationis.*

Avertit per hæc a vino et ebrietate, plurima exinde damna recensens atque perpetua supplicia.

Evagrii. — Ne sensiliter intelligas Scripturam, admonet ut conversemur cum justis in ipsa descriptis. Vel etiam cum superstitibus adhuc sanctis conversari jubet ambulantes et proficientes, quod neque stantis neque sedentis est. Mens enim quæ conversatur in locis deambulationis digne ambulat vocatione qua vocata est, et in Scripturis versatur quæ vitas justorum continent.

CAPUT XXIV.

Vers. 3. *Cum sapientia ædificatur domus, et cum intellectu dirigitur.*

Chrysostomi.—Sæpenumero Scriptura medias artes appellat sapientias, ut in isto : Quis dedit mulieribus texendi sapientiam ? hoc est faciendi habitum : sapientiæ quidem quæ insit artifici, rationis autem calculi dispensarum quæ satis sint ad perficiendum ; hæc enim structura, quin et compages speculationum sapientiæ sapienter ædificatur cum virtute speculativa et intelligentia practica. Verumtamen « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. » Cooperante enim opus est Deo. Domus quæ initio non erat, post lapsum autem instauratur, cum practica virtute consummatur, domus animæ est. Cum intelligentia porro horum erigitur et ad vivum depingitur, et cum sensu, cum labore et actione replentur animæ receptacula.

Vers. 10. *Immunditia autem viro pestilenti, inquinabitur in die mala et in die tribulationis quoadusque deficiat.*

Immunditiam quoque propheta peccatum declarat : immunditia ipsius ante pedes ejus. In actionibus enim ejus peccatum, quod indurabitur in habitum motu difficilem firmatum.

Didymi. — Talis autem deficit supplicio affectus, in die judicii. Nempe qui dum virtute polleret prius vir erat, desinit esse talis a virtute excidens eo die quo patrat mala. Quod si virtutem malitia minuit, interimit quoque malitiam virtus. Hoc autem erit in futuro sæculo, quoadusque deficiat iniquitas. Nam illud *inquinabitur* idem est quod corrumpetur seu destruetur. Destruitur autem immunditia vel a practica virtute vel ab acerbitate supplicii.

Vers. 12. *Si autem dixeris : nescio hunc ; scito quoniam Dominus corda omnium noscit : et qui figuravit spiritum omnibus, ipse novit omnia, qui reddit unicuique secundum opera ejus.*

Si, inquit, dixeris : Non novi hunc, arguet te mendacii et reus eris falsitatis ac cædis. Qui enim figuravit animam, ipse novit omnia, et reddit unicuique secundum qualitatem, bonum bono et perverso prava. Quod enim non secundum quantitatem patet : « Non enim sunt condignæ passiones hujus

Digitized by Google

temporis ad futuram gloriam. » Quod si vero quis etiam secundum quantitatem recipere voluerit, juxta capacitatem cujusque virtutis æstimet, quemadmodum etiam dona Spiritus secundum fidei mensuram dantur.

VERS. 13. *Comede mel, fili, bonus enim est favus, ut dulcescat guttur tuum. Sic senties sapientiam animo tuo : si enim inveneris, erit bonus obitus tuus, et spes te non deseret.*

Is mel comedit qui ex divinis Litteris utilitatem accipit : qui autem ex rebus ipsis e quibus sancti prophetæ et apostoli hauserunt, sermones haurit, ille comedit favum qui solius est mundi pectoris. Alio vero sensu dicendum mel esse allegoriam, favum vero litteralem considerationem, utpote quæ abditum et profundiorem sensum habeat : inest enim favo mel : guttur vero altricem animæ facultatem, qua cibi trajiciuntur in ventrem. Itaque si hæc recte digesseris tam quæ ad intelligentiam, quam quæ ad historiam pertinent, erunt tibi gustus sapientiæ ipsamet ejus dogmata et decreta. Et erit bonus obitus tuus, ita ut dicatur : « Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus [14] : » nec futurorum bonorum spe excides.

VERS. 15. *Noli applicare impium ad pascua justorum : neque seducaris saturitate ventris.*

Justorum pascuum est locus virens et floridus, nec non juxta refectionis aquam educatio. Ne igitur, inquit, impium in ovium illius veri pastoris pascua introducas. Cum enim nullam pascendi artem aut modum teneat, veluti sus quædam impurissima, manibus pedibusque conculcabit vineam illam quæ a patrefamilias plantata fuit. Ne igitur decipiat te, tametsi ex illa nutriri aliqualiter et saturare ventrem posse videaris, infirmatur enim circa rerum cognitionem. Potius autem ipsi congruit victus tenuior, id est prima christianæ fidei institutio quæ ad divina dogmata introducit, ut et solido exinde cibo vesci possit. Alio item sensu : Ne voluptatis causa Deum prodas : Hic enim est justi pabulum et nequaquam te derelinquet.

VERS. 19. *Ne gaudeas in malefactoribus neque æmuleris peccatores.*

Eusebii. — Quandoquidem inimici tui malis gaudent, noli similis esse illis : nam si de punitione illorum non est gaudendum, multo minus ipsis mala patrantibus complacendum.

VERS. 20. *Non enim fient posteri maligno, fax autem impiorum exstinguetur.*

Didymi. — Homines perversi non generant virtutes neque recta dogmata, hæc enim rectæ animæ sunt pignora. Hæc autem jam dictis consentanea sunt. Nam inimici, inquit, perversi cum sint, alienis congavisi sunt lapsibus. Quod autem reprehendis, inne zelatus fueris? Quodquod enim quasi splendidum est ipsorum et deceptorium est dum hæc vita durat, et morte exstinguitur, quin et frequenter viventibus adhuc redargutis exstinctum est.

Gladius lingua regis et non carnea : quicunque autem traditus fuerit, conteretur.

Gladius est autem verbum Dei, et non carnea, id est sensibilis, si enim irritatus fuerit furor ejus cum nervis homines absumit et ossa hominum devorat, et comburit tanquam flamma, ita ut sint inepta esui pullis aquilarum.

Veteres enim homines qui secundum concupiscentias erroris corrupti sunt, gladius Dei consumit : ut deponentes veterem hominem, novum induant. Qui secundum Deum creatus est, qui et a dæmonibus deglutiri non poterit a Domino emundatus et ab omni vitio abstinens. Subdit enim ita ut sint inepta esui pullis aquilarum, vel etiam quia combusta et digesta; cæterum esui inepta sunt aquilis, est enim usus circumlocutione.

Qui congregavit ventos in sinu!

Eusebii. — Ac sensilium quidem ventorum vires moderatur; spirituum vero alæ sunt sublimes de Deo cogitationes in quibus inambulat in idem reperiendus. Si igitur qui egressus est de radice Jesse congregavit ventos in sinu, de quo dicitur : et requievit super eum spiritus sapientiæ et scientiæ, spiritus cognitionis et pietatis, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus timoris Dei [15]. Alius ait : Quis per veram cognitionem abscondit cognitionem falsam?

Ne saturatus mendax fiam, et dicam : quis me videt? aut egens furer et perjurem nomen Domini.

Saturitas enim superbiam gignit, qua quis reprehensione superior esse videatur, ut qui verbo et opere peccati sit expers. Vel ne, inquit, repletus scientia videar aliorum captum superare, vel ea quæ supra ipsos sunt proferens, mendax esse videar. Sed et furatur quis aliena theoremata ut mentem repleat esurientem. Sed hoc ante Servatoris adventum : nunc autem Paulus ait : « Qui furabatur jam non furetur [16], » magis autem operetur justitiam, ut adeptus scientiam communicet etiam necessitatem patienti. Quid enim non nostrum ut furemur? omnia enim nostra sunt, nos autem Christi, Christus vero Dei. Furatur porro scientiam non qui eam ab illo qui prius acceperat, sed a falsi nominis scientia capit. Fideles itaque qui illam ab apostolis et prophetis hauriunt, nequaquam theoremata furari dicuntur, sed potius hæredes esse paternarum possessionum.

Filius malus sublimes oculos habet, palpebris autem suis extollitur. Filius malus gladios dentes habet, et cultros molas, ut consumat et comedat humiles de terra, et pauperes eorum ex hominibus.

Filium malum ait patrem maledicere, nempe illum qui educavit ipsum in disciplina et correctione ac Domini timore, et matrem similiter vel etiam sic : Malus discipulus odit præceptorem, illius sermones nequitiæ suæ reprehensionem existimans. Virtutem autem cum doctrina contineat, sugillare quidem non audet, sed illam inculpatam agnoscens, præsidem ipsum conviciatur. Alio sensu, filius ma

[14] Psal. cxv, 15. [15] Isa. xi, 2. [16] Ephes. iv, 28.

Digitized by Google

lus gladios dentes habet; dicens: Ne accedas ad me quia mundus sum, ut absumat infirmos de terra. Tales enim infirmorum hominum carnes configentes mordent ac devorant eos. Illud autem: « exitum suum non abluit, » vel corporalem ab alvo directionis intelligit, quod cum in exortu suo non sit ablutus, justum semetipse judicet, et molas secantes, aut os ab obsceno sermone, aut cor ab immundis cogitationibus illotum habeat, vel vitæ exitum non sit meditatus: vel adhuc impurus sit, quia inquinamenta quæ ex ortu nativitatis contraxerat baptismatis aqua non abluit ut regeneraretur, sed mansit in prima generatione.

VERS. 27. *Præpara in egressu opera tua et præocarare in agro, et vade post me, et ædificabis domum tuam.*

Id est, hic age quæ tibi prosint in futurum. Agrum autem in Evangeliis vocavit hunc mundum: nunc vero agrum appellat mundi contemplationem, in quem munda corda ingrediuntur. Et vade, inquit, post me: qui enim sapientiam sequitur, mediam tenens viam, non declinat ad dexteram vel ad sinistram; incedit enim per eam quæ dicit: « Ego sum via; » unde subdit: « Et ædificabis domum tuam; » id est tuum vitæ institutum, ubi mea verba in opera redegeris. Cum sapientia enim domus ædificatur, in malevolam vero animam non introibit sapientia.

CAPUT XXV.

Hæ sunt disciplinæ Salomonis indistinctæ quas descripserunt amici Ezechiæ regis Judææ.

Didymi. — In regum tabulis repertæ sunt quædam sententiæ quas appellarunt disciplinas ad Ezechiam regem, quas ejus amici descripserunt, cum distinctionis ordinem non haberent, ita ut una quidem prima et alia secunda esset ac sic deinceps. Istius modi intelligentiam hic sermo mihi insinuare videtur: ut parœmiæ quidem quæ usque ad hanc inscriptionem hoc libro in unum corpus redactæ digestæque continentur, discrete, id est per versus et ordinate, compositæ, concinnante Salomone, sic repertæ sint. At multæ adhuc aliæ sententiæ in apophtegmatum specie ab ipso depromptæ sparsim ferebantur. Historiæ porro prodidit Regum liber, quomodo locutus sit Salomon tria millia parabolarum. Ex iis igitur quæ sparsim, confuse ac sine ordine ferebantur, has amici Ezechiæ quasi in fasciculum et concentum colligentes, et in unum ordinem ac seriem redigentes, huic libro adjunxerunt. Non ignoratis autem quam Deo amicus fuerit rex Ezechias, ac legalium præceptorum custos, et sinceri cultus divini studiosus, necnon falsi nominis deorum hostis atque inimicus. Consequenter igitur illius amici, utpote eloquentes Hebræi sapientes hasce indistinctas et confusas parœmias ordine quodam diligenter discernentes, et in unum corpus redigentes, regi quasi honorarium aliquod A obtulerunt. Itaque inscriptio hæc instar columnæ alicujus res gestæ historiam lectoribus exhibet, atque hoc ipsum quoque præsens lectio ostendit. Non enim habetur quas scripserunt amici Ezechiæ, sed quas descripserunt, id est, exposuerunt et dispersas explanarunt in unum concentum contexentes.

Gloria autem regis honorat res.

Eusebii. — Diximus ut a virtutibus ac vitiis eorumdem possessores nominentur, juxta illud: « Justus Dominus et justitias dilexit [17], » id est justos. Et timor Domini odit iniquitatem et contumeliam atque superbiam, id est, iniquum et contumeliosum atque superbum. Et nunc habentem Dei gloriam vel regis gloriam utrumque vocat. Hi B namque abscondunt Dei verbum in semetipsis, ut non peccent, et honorant præcepta ejus dum illa faciunt. Nisi forsitan honorantem Deum vel regem dicat abscondere verbum et præcepta honorare. Qui enim ipsum inhonorat, per legis prævaricationem inhonorat ipsum.

VERS. 11. *Gratia et amicitia liberat: quas serva tibi ne exprobrabilis fias: sed custodi vias tuas composite.*

Eusebii. — Etenim Servator ait: « Veritas liberabit vos [18]. » Et Paulus: « Christus nos redemit [19]. » Si igitur amicitia, et veritas, et Christus liberet, Christus est veritas et amicitia. Unde etiam hi qui notitiam Christi habent inter se amici sunt. Alio sensu: Homo gratiis ornatus est amiC cissimus quæ ipsius sensum liberare possunt: nam qui cum virtute cogitationum possidet constantiam, is omnino liber est.

VERS. 12. *In auream inaurem etiam sardium pretiosum ligatum est, sermo sapiens in aurem obedientem.*

Didymi. — Sicut malum aureum congruit sardio, ita scientia Dei, animæ puræ. Insere pretiosum sardium in auream inaurem, et Domini sapientiam in mentem expertem perturbationis: qui verbum opportunum suo tempore profert, is habet ornatum. Fortassis vero sardium significat actionem, quia lapis est, aurum vero considerationem. Et quoniam sapiens utrisque exornatur, sermo sic se habentibus immissus quasi propriis accommodatur.

D VERS. 13. *Sicut exitus nivis in messe per æstum prodest sic nuntius fidelis iis qui miserunt eum: animas enim eorum qui ipso utuntur juvat.*

Ejusdem. — Vehemens enim æstus tempore messis, ante maturitatem cadere facit triticum; succedens vero nix resarcit damnum: sic nuntius fidelis prodest animabus. Fortassis quidem æstus sint tentationes et triticum in messe æstu adustum sit homo tentationibus exercitatus, nix vero pauxillula refocillatio. Vel symbolice nix est Spiritus sanctus propter splendorem ac puritatem cujus exitus sunt sermones consolatorii.

VERS. 18. *Clava et gladius et sagitta acuta: sic et*

[17] Psal. x. 8. [18] Joan. VIII, 32. [19] Galat. III, 13.

Digitized by Google

virqui contra amicum suum dicit falsum testimonium.

Eusebii. — Ne supra id quod usus et necessitas postulat rebus corporeis utaris, ne te Deo exosum reddant, mentem tuam carnalem efficiendo : vel etiam raro attingenda sunt problemata theologiæ, ne forte dicamus aliquid quod de Deo minime dicendum sit, et tanquam impii a spiritali cognitione excidamus. Sicut autem clavus et gladius et tela lædunt, sic etiam calumnia vulnus infligit cum judices non habent discernendi facultatem.

VERS. 23. *Ventus aquilo suscitat nubes : facies autem impudens linguam irritat.*

Didymi. — Durus ventus aquilo cujus a facie suscitantur mala supra omnes inhabitantes terram, in tentationibus excitat nubes. Diabolum vocat faciem impudentem quæ irritet animam.

CAPUT XXVI.

VERS. 19. *Sic omnes qui insidiantur suis amicis, cum autem visi fuerint dicunt quia ludens feci.*

Qui enim, inquit, pravæ ipsorum consuetudinis inexpertus, si prior iis occurrerit supplantatur : nihil enim a tentatoribus aut piratis differunt amici dolosi. Alio sensu : Quemadmodum illi manifestam absurditatem declinantes excusationis verba proferunt, accusantes nimirum eos qui tentant, deinde illum qui contradicit verbo primum e medio tollunt : sic etiam simulantes quidam amicitiam, sed visis amicis insidias struentes, cum deprehensi fuerint dicunt se ludentes facere.

VERS. 22. *Sermones assentatorum molles : hi vero percutiunt in penetralia viscerum.*

Didymi. — Contumeliosi sermones concitant rixæ perturbationem; qui vero proferunt sermones deceptorios, ut heterodoxi qui persuasibilibus et dulcibus sermonibus influunt in animas simpliciorum. Observa igitur, inquit, viros dolosos, quantumvis mollibus utantur verbis, sunt enim manifeste exasperantium, et ad fundum animæ pertingunt : vox autem κερκώπων a vulpibus desumpta est quæ non aliter simpliciores aves venari et capere solent, quam caudis oculis obtensis dormitando, eaque ratione simpliciora animalia ad se alliciendo et intercipiendo.

VERS. 23. *Labia lævigata cor occultant triste.*

Eusebii. — Cor purum non occupabit tristitia, siquidem concupiscentias corruptas a se expulit : cor autem triste curant sermones consolatorii.

VERS. 24 *Labiis omnia annuit deplorans inimicus : in corde autem fabricatur dolos.*

Didymi. — Astutus nimirum assentator condolet amicis usquedum persuaserit se ipsis condolere ac pro iis laborare, in corde autem fabricatur mala, de quibus dictum : « Ore suo benedicebant et corde suo maledicebant [29]. »

VERS. 25. *Si te rogaverit inimicus magna voce, ne credideris : Septem enim sunt nequitiæ in anima ejus.*

Eusebii. — Cum enim perfectus sit in malitia, hoc agit conformatus cuilibet eorum septem spirituum, quos assumens spiritus immundus postquam exierat, reversus est unde fuerat ejectus. Satanas autem nos rogat aliquando quidem impuris cogitationibus, voluptatis mollitie alliciendo, aliquando autem tanquam victus vocem articulatam emittendo, cui resistendum, utpote bellum adversus nos gerenti.

CAPUT XXVII.

VERS. 7. *Anima quæ in saturitate est, favis illudit : animæ autem egenti etiam amara dulcia videntur.*

Sapiens omni bono animam refectam habens, indifferentium deliciarum usum nullo loco ducit, quod omnes hujus vitæ voluptates contemnat. Vel etiam sic : Qui refecti sunt iis quibus væ adjunctum est, illi apostolorum ac prophetarum, qui apes fuerunt, favis illudunt. Esurientes vero qui beati prædicantur, adjuti quoque amaris illis quibus exercitati sunt pseudo-doctorum commentis aliquam probabilitatis speciem præ se ferentibus, habent amara illa tanquam dulcia. Nempe qui divina repletus est cognitione, is humanæ sapientiæ sermones minime expetendos ducit : est anima divinis necdum initiata, ea quæ amara sunt, nempe scientias externas quasi cum vera Dei sapientia comparatas, dulces putat.

VERS. 10. *Amicum tuum vel amicum paternum ne dereliqueris : in domum autem fratris tui ne ingrediaris improspere agens.*

Cum enim etiam pater justus probe educet, similes quoque sibi habebit amicos justos, quos ne dereliqueris. Moris autem est felicem appellare illum qui fruitur iis quæ in hac vita expetuntur, infelicem vero contrarium. Qualis est invidus qui ægre fert se non habere quod vicinus. Dissuadet igitur talem se exhibere fratri : et quoniam omnis ejusdem fidei frater est, domus autem probi est virtus; ne huic, inquit, invideas, in sublimiori vitæ instituto versanti; sed ipsum imitare.

VERS. 18. *Qui plantat ficum, comedet fructus ejus; qui autem custodit suum Dominum, honorificabitur.*

Eusebii. — Cum littera non omnino sibi constet, dicendum est ficum una cum vera vite plantatam, cujus ficus vidit propheta bonos. Vel Dominus noster est ficus; nam fructus ejus lepram curat : qui autem sermonem custodit honorificabitur.

Didymi. — Fortassis vero etiam de sancto Spiritu sermo est.

VERS. 22. *Si flagellaverit imprudenter in medio consessus inhonorans, non auferes imprudentiam ejus.*

Eusebii. — Nempe non ignominiose tractando stultum, abduces ipsum a stultitia sua, sed docendo illum quantam ignominiam stultitia conciliet. Aliter : Ne in omnibus adversus stultum flagellum extendas quia impudentior fit et contentiosior.

VERS. 26. *Ut habeas oves in vestimentum, cole campum, ut sint tibi agni.*

[29] Psal. LXI, 5.

Digitized by Google

Eusebii. — Campus floridus ac variis spiritualibus scatens floscults est Scriptura sacra, herba doctrina divina, montanum fenum morum compositio.

Alterius. — Vitalium tibi inexsistentium et minime deficientium bonorum curam gere. Montanum vero fenum est anima quæ in transmigratione fructum fert. Omni autem custodia cordis quoque campum honora. Campum porro appellat mentem : virentes autem herbas virtutes quæ in illa secundum captum exsistunt. Harum porro qui curam habet, is demetit herbam viridem, nempe Dei cognitionem. Fenum autem montanum est quædam sanctarum virtutum cognitio quæ rudiori adhuc animarum constitutioni congruit. Mos est autem sanctos montium nomine exprimere : ut cum David ait : « Levavi oculos meos in montes [21], » et iterum : « Montes exsultaverunt ut arietes [22], » utique propter Israelis salutem. Etenim si propter unum peccatorem pœnitentiam agentem gaudent angeli [23], quanto magis propter tam multos, qui relicta malitia ad virtutem transierunt. Quare vel sola sanctorum angelorum cognitio nutrit illas quæ in nobis sunt virtutes ; ex quibus anima induit viscera misericordiæ, benignitatem, longanimitatem, cæterasque virtutes. Quia et David prædilas ratione animas vocat campos, dicens : « Campi tui implebuntur [24], » etc.

Vers. 27. *Fili, a me habes verba fortia ad vitam tuam et ad vitam ministrorum tuorum.*

Didymi. — Habet a Deo verba fortia qui spiritum adoptionis filiorum accepit sibi ad vitam cooperantem. Alterum conducit ad vitam iis qui spiritu servitutis in timore instituuntur. Et fortassis inter verba Dei alia quidem ad filiorum, alia vero ad famulorum vitam scripta sunt.

CAPUT XXVIII.

Vers. 28. *In locis impiorum gemunt justi : in illorum autem perditione abundabunt justi.*

Eusebii. — Locus impiorum est terrestris hic mundus, in quo commorantes velut in tabernaculo justi ab iis gravati gemunt. Si autem impii impietatem deposuerint, mox fient justi. Quæ illorum perditio impietatis modo designat interitum. Sic Dominus perdidit Matthæum ut publicanum, quando illi gratiam et justitiam impertivit.

CAPUT XXIX.

Vers. 1. *Melior est vir correptionum viro duræ cervicis : repente enim ardente et non est medela.*

Non dixit cessante flamma non esse medelam sed ardente, utpote quæ ligna, ferrum, stipulam habeat, quoniam etiam post combustionem medela est. Qui autem corripit, nempe ad pœnitentiam, abstinet ab opprobriis iis qui corripiuntur inferendis, cum melior sit conviciatore, hic enim est duræ cervicis. Non autem illud *melior* comparative sed per antiphrasin dicitur. Quæcunque igitur is qui duræ cervicis est, inconsiderate profert, minime sanant. Dicit enim contumeliam faciens sed non emendare volens. Aliter vero, si correptione non curemur, repente accendemur et non repente sanabimur.

Vers. 18. *Non erit enarrator genti iniquæ ; custodiens autem legem beatissimus.*

Eusebii. — Non enarrator, inquit, sed castigator, si quidem non sermo sed virga datur genti iniquæ. Si enim gens iniqua sit, inutilis est legum enarrator, a quo etiam procul abest beatitudo.

CAPUT XXX.

Vers. 15. *Sanguisugæ tres filiæ erant dilectione dilectæ, et tres ipsæ non saturaverunt eam et quartæ non sufficit dicere satis est.*

Insatiabilis spiritalium sanguinum diabolus est, qui tropice sanguisuga dictus est. Animæ autem sanguis est vitalis ejus facultas. Habet autem filias, sed non filios, nihil enim virile, sed omnem voluptatem effeminatam, et non habuit. Quin et justi cum veritatem dicant dicentes : « Rapiemur in nubibus obviam Domino in aera, » non possunt nosse vestigium aquilæ, animalis immundi ac rapacis, et in lege prohibiti, ne forte polluti, cum Domino semper esse non possint.

Origenis. — Navis fortasse hic illa intelligenda sit quæ Jesum et discipulos ejus vehens per mare non transibat ; si quidem hæc navis confestim erat in terra ad quam virtute divina agebatur. Navis vero quæ Jesum non vehit, illa per mare transit, idque adversis semper ventorum flatibus turbulentum. Et quoniam vitæ hujus negotia vanitas sunt, quæ semper mare transeunt et nullum hominum ad vitam æternam adducunt, viæ illorum deprehendi non possunt. Nempe gloriosorum terræ regum vel etiam principum a vero Dei cultu alienorum vestigium nullum post mortem residuum relinquitur. Deleta est enim gloria illorum. Cæterum, inquit, non cognoscuntur quoque viæ viri in juventute concupiscentiis accensi, propter morum inconstantiam, et similiter meretricis propter impudentiam. Vel etiam significatur Ecclesia ex gentibus, quæ, postquam baptismo abluta fuit, nihil, inquit, absurdi gessit. Justus autem non est in juventute, quandoquidem « Consummatus in brevi explevit tempora multa. » Talis etiam omnis mulier adultera quæ se a sponso alienam reddidit, et anima quæ virum dereliquit et post amatores abiit.

Vers. 21-23. *Per tria concutitur terra, quartum autem ferre non potest. Si famulus regnet, et imprudens saturatus fuerit cibis. Et famula si ejecerit suam ipsius dominam : Et odibilis mulier si sortita fuerit virum bonum.*

Concussio terræ designat rerum quæ in ea geruntur mutationem, semel quidem in diluvio propter tunc regnans peccatum, quod natura sua servum est. Omnis enim qui facit peccatum, servus est peccati : si quidem peccatum regnavit in mortali hominum cor-

[21] Psal. CXX, 1. [22] Psal. CXIII, 4. [23] Luc. XV, 7. [24] Psal. LXIV, 12.

Digitized by Google

pore. Altera vero vice in Sodomitis terræ suæ fertilitatem minime ferentibus, sed hospitibus etiam vim inferentibus. Tertia denique vice in abominanda Ægypto quæ sortita fuerat virum Joseph, tritici mensuram omnibus ne fame interirent admetientem : sed non tulit felicitatem suam in filios Israel injuriosa. Famula porro quæ dominam suam ejecit, est Ecclesia ex gentibus, quæ natura sua serva cum esset et a pactis extranea atque promissis aliena, ac longe a Deo, magis ei placuit præ nobili synagoga quæ domina erat propter patres ac legislationem. Ejecit autem dominam et facta est sponsa Christi. Dixerit autem quispiam hæc juxta diversas intelligentias convenire quoque iis qui ex gentibus crediderunt, qui et insipientes erant. In gente enim, inquit, insipiente irritabo eos. Hic igitur populus quondam insipiens divinis oraculis educatus, ac sapientiæ panibus quos in lege ac prophetis paraverat, pastus ac pane vitæ refectus, cum propter peccatum, esset famulus, per cœlestis Sponsi susceptionem regnavit. Quin et anima nostra, cum sit mulier odibilis, virum nacta est bonum : vel etiam Ecclesia ex gentibus cum sit famula domus Dei, dominam suam ejecit ad quam Deus dixerat : « Audi, filia, et vide [28], » et quæ sequuntur. Judæi vero minime intelligentes ea quæ dicunt neque de quibus certiores facti sunt, tradunt quomodo nimirum Christus adveniens amator gentilis mulieris, hanc secum sumpturus sit ut regat Israel.

VERS. 24-28. *Quatuor sunt minima super terram, hæc autem sunt sapientiora sapientibus. Formicæ quibus non est fortitudo et parant æstate cibum, et chœrogrylli gens non fortis qui fecerunt in petris domos suas. Sine rege est locusta et pergit in acie ab una jussione ordinate ; et calabotes manibus innitens et captu facilis habitat in munitionibus regum.*

Visus est ea quæ dicta sunt ordine recensuisse : Primum enim egit de vituperio dignis sanguisugæ filiabus et oculo patrem irridente; deinde de peccatoribus qui intelligi non possunt : tertium de perversorum mutatione; quartum de iis quæ paulo ante laudata sunt, qualia sunt sapientiora sapientibus. Deinde de iis consequenter quæ prospero itinere gradiuntur. Minima autem super terram esse arbitror illos qui ad Christum accedunt. Nam stulta mundi eligit Deus ut confundat sapientes, et quæ sequuntur : ea sunt sapientiora sapientibus. Si vero etiam supra terram hæc sunt minima, maxima igitur sunt in cœlo. Quamobrem Servator ait : « Qui vult magnus esse inter vos erit minor omnium. » Primum autem hortatus est segnem ut minimos in terra operarios, nempe formicas imitetur : qui igitur Servatori dicenti : « Operamini dum dies est, venit nox quando nemo potest operari ; » morem gerunt : sunt sapientibus sapientiores formicæ quæ parant æstate cibum ut pareant Domino dicenti : « Levate oculos vestros et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem, » præparant enim cibum ante futuram iræ hiemem. Chœrogrylli porro symbolum sunt eorum qui habitant in adjutorio Altissimi, et non tantum bibunt de petra quæ est Christus, verum etiam in ipso commorantur. Propter diversas autem circa hoc animal intelligentias, in Levitico quidem immundus censetur chœrogryllus, nunc autem laudatur. Eodem modo leo et laudatur et pro diabolo accipitur.

[28] Psal. XLIV, 11.

Digitized by Google

PROCOPII GAZÆI

CHRISTIANI SOPHISTÆ

IN ISAIAM PROPHETAM

COMMENTATIONUM VARIARUM EPITOME,

JOANNE CURTERIO INTERPRETE.

AD ILLUSTRISSIMUM VIRUM, D. J. RUPIFUCALDIUM

MAJORIS MONASTERII ABBATEM.

PARISIIS

APUD MICHAELEM SONNIUM, VIA JACOBÆA, SUB SCUTO BASILIENSI

M. D. LXXX.

ILLUSTRISSIMO VIRO D. JOANNI RUPIFUCALDIO, MAJORIS MONASTERII ABBATI.

Anno abhinc decimo tertio, quo tempore, mei juris adhuc, tibi nondum notus eram (vir illustrissime), cum in manus meas isthæc incidisset in Isaiam, prophetarum principem, commentatio, quam Latine vertere, et edere, de magnorum virorum consilio, statuissem : eam a me nulli potius, quam termaximo illi Carolo Lotharingo, principi et cardinali amplissimo, quem unum Ecclesiæ, musarumque patronum Gallia tota agnoscebat, consecrari debere credideram. Et fecissem sane biennio ante illius mortem, si mei mancipii esse, privataque studia colere, quemadmodum cœperam, perrexissem. Verum, quod senex inquit Terentianus,

> Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
> Quin res, ætas, usus semper aliquid apportet novi;
> Aliquid moneat.

Contigit enim anno vix integro post adeptum Procopium, ut ad fratris tui filios erudiendos accersitus, tuusque factus, nova mihi de me necessario ineunda esse consilia viderem, qui me totum tibi tuisque tradere statuissem. Cœpi igitur ab eo tempore, qui meus esse desiissem, converso ad te, fratrisque filios animo, ita tibi, et illis, totis viribus inservire, ut, quod ipsi temporis mihi superesse patiebantur, id totum in obsequii animique mei erga te significationem conferrem. Hinc ille Eusebianæ historiæ, et aliorum, quæ ipsi annecluntur, partus a me apud eos superioribus annis editus, non alium, quam te, dominum agnovit, cum primum in lucem prodiit, tuumque se vernam exsistere bona fide professus est. Ecce vero Eusebium sequitur et verna alter etiam Procopius, eodem quidem loco a me nuper genitus, sed media ex Italia ad te dimissus, cum me parentem quidem suum, sed dominum minime agnosceret. Dicam vero, si pateris, ingenue de ipso quiddam etiam aliud, subolfecisse me (si quid parentes valent ad liberorum suorum animum explorandum) eo ad te discedere libentius, quod nullum esse in Gallia superstitem audiverit, quem ex animo diligeret magis ingens ille Carolus, felicissimæ memoriæ princeps et cardinalis Lotharingus, et a quo ipse vicissim magis, quam a te, diligeretur. Quod si eam mihi pietatem permittis, quæ patriæ suæ Heroas colere unicuique concedit, agnoscis etiam et in parente ipso idem, quod filii, ingenium : quo nomine utrumque tibi chariorem fore confido, cum eos tanti viri memoriam tecum venerari animadvertes. Accipe igitur, obsecro, Joannes illustrissime, accipe, inquam, et vernam istum alterum Procopium tuum, longo et difficili itinere ad te anhelantem, ipsumque adversus eos, quibus est obtrectare, quam meliora præstare proclivius, tandiu saltem tuere, donec, absoluta nostra peregrinatione, non solum ejus patrocinium suscipiant isti fratris tui filii omni litterarum genere instructissimi, sed multa etiam alia ex præclara illa librorum, præcipue Græcorum, supellectili, quam hic undique cumularunt, in Ecclesiæ, et litterarum, gentisque vestræ, ac nominis ornamentum depromant. Vale. Bononiæ, Id. Octobris. M. D. LXXIX.

JOAN. CURTERIUS.

Digitized by Google

PRÆFATIO

AD CLARISSIMUM JUVENEM FRANCISCUM RUPIFUCALDIUM,

RANDANUM, TRENORCHII ABBATEM.

Monet Græcus antiquitatum Romanarum scriptor egregius, Francisce clarissime, eos, qui ingenii sui monimenta, quæ cum corporibus interitura non sint, posteris velint relinquere; primum id curare debere, ut honestum et magnificum scribendi argumentum deligant, quodque lectoribus utilitatem afferat: deinde ut nullam non diligentiam et curam in comparandis rebus adhibeant, quæ ad suscepti operis confectionem conferant. Non enim sibi cæterisque bene consulere, qui in turpi aut humili versantur argumento; et qui magna scribere aggressi, non satis ad ea instructi accedunt: cum illi quidem perpetuam famæ, nominisque jacturam faciant: isti autem laborum gloriam nullam consequantur. Quamvis autem divinarum rerum præstantia, et dignitas, eum in argumenti delectu de priorum jactura securum esse jubeat, qui illis operam navare studeat; nec quemquam deceat, qui serio Christianus esse velit, eam, quam ille intelligit gloriam venari: non possum tamen non ingenue confiteri, adeo mihi istam profani hominis placuisse sententiam; ut eam semper, tanquam scribendi principium, et fontem, in animo volverem; quantumque Christiani hominis est, mihi proponerem; non de laude quidem paranda, sed de culpa solum vitanda, fugiendoque otio, in hoc vitæ professionisque meæ genere, sollicitus. Cum igitur annis abhinc fere tredecim, uno tantum scilicet, antequam ad tua fratrumque regenda studia accederem, vergente jam mihi ad theologiam animo, commentarios istos nactus essem; lectisque pagellis aliquot, non contemnendos esse arbitratus, cœpissem egomet de illis Latine vertendis cogitare: non prius ea de re quidquam statuendum esse duxi, quam illos, et meipsum ad superiorem Halicarnassei normam revocassem. Etsi enim me de illorum bonitate vix paterentur ambigere, quæ ejusdem auctoris in octo priores Bibliorum libros antea prodierant, ipsaque adeo veneranda scriptorum veterum, præsertim ecclesiasticorum, antiquitas, quos renovare potius et illustrare, quam nova cudere semper visum est satius; ipsum denique explicati libri argumentum: summorum tamen ætatis nostræ Theologorum, et aliorum etiam, judicium esse adhibendum putavi. In his primi fuerunt magna illa duo Ecclesiæ gallicæ lumina, Claudius Sanctæus, et felicissimæ memoriæ Simon Vigor; ambo postea ad episcopatum evecti; quorum ego indicio cum tuis innotuissem, sum et ipse paulo post ad tui fratrumque educationem per virtutum omnium laude sine controversia cumulatissimam matrem tuam accersitus. Accesserunt et Gilb. Genebrardus idem regius Hebræarum litterarum professor, Græcæque linguæ callentissimus; et Natalis Rondæus, earumdem peritissimus, et probissimus, cujus ego præsertim industria familiarius usus sum; et F. Franciscus Feu-ardentius; nonnullique alii, non illi quidem Theologicæ professionis titulo celebres, sed ejus Græcarumque et Latinarum litterarum cognitione, et professione, sane illustres: quibuscum non Græcum modo exemplar, sed versionis etiam meæ inchoatam, et adumbratam quamdam particulam inspiciendam, examinandamque dedissem: non solum illi Procopium, propter antiquitatem, et eruditionem, maximam esse Ecclesiæ utilitatem allaturum responderunt, sed ad ejus maturandam editionem me quoque hortati sunt. Ab eo tempore cœpi egomet omnia meditari, et facere, quæ ad eam videbantur conducere. Et prodiisset sane celerius, nisi in jaciendis in te fratribusque tuis linguarum fundamentis occupatus, eo usque ab illo abstinuissem, donec, fratribus duobus in Italiam profectis, tu philosophiam ingressus cœpisses natare (quod aiunt) sine cortice, mihique ad privata ista studia aliquid otii majoris relinquere. Hujus vero auctoris cum unicum ego exemplar tantum multisque in locis mutilum, et depravatum, haberem; primus labor in eo restituendo, corrigendoque, ponendus videbatur. Qua in re tamen quamvis plurimum a me, partim litteris ad amicos, nonnullosque alios, a quibus juvari me posse sperabam; partim etiam precibus apud eos, quibuscum versabar, sudatum sit; tantum tamen efficere non potui, ut ejus vulneribus aliter, quam de ingenioli mei viribus, et conjecturis, mederer. Commodissime tamen accidit, ut, posteaquam institutum meum Renato Marchalo, alias Boismoræo, viro ut nobili, ita omni disciplinarum, linguarumque genere instructissimo, tuique, et fratrum amantissimo; vestræ præterea in studiis litterarum industriæ, et opellæ meæ testi oculatissimo, aperuissem: e bibliotheca sua locupletissima, miræ mihi antiquitatis exemplar prophetarum omnium deprompserit; ex quo non solum Isaiæ verba Græca, quæ in Procopii explanationibus desiderabantur, cum prophetarum omnium vitis, eidem adjungerem: sed nonnulla etiam ex annotationibus, quas ad marginem ab iisdem fontibus habebat, e quibus noster hauserat Procopius, corrigerem. Quibus rebus quoniam effectum est, ut duplex esset quodam pacto hujus operis editio; Procopii scilicet, et Isaiæ: est omnino sane necessarium de utroque tecum in primis (cujus ego utilitate nihil habeo antiquius); postea vero cum cæteris lectoribus mihi nonnulla præfari.

Digitized by Google

Dicam igitur primum de Procopio; unde ad me pervenerit ejus exemplar: a quibus quæ scripsit, hauserit: quid de ejus explicandi scribendique ratione sentiendum: idemne sit, qui in octo priores Bibliorum libros scripserit: quibus deinde temporibus, et quid scripserit: postremo quæ mea sit ejus interpretandi; quæ notarum ad ejus Græcæ litteræ marginem; quæ correctionum ratio. Dicam deinde et de sacrorum Bibliorum interpretationibus antiquis omnibus: de Hexaplis Origenis: de notis ejusdem: de illis quæ sunt in nostra Isaiæ Græca editione: deque veteris exemplaris, unde sumptus est, fide: de vitis denique prophetarum ab Eusebio Pamphili descriptis (1). Atque ut a primo jam ordiar; fateor ingenue, et candide Procopii exemplar ante annos quatuordecim tantum Venetiis, mandato Joannis Pici, classium inquisitoriarum in senatu Parisiensi præsidis; opera vero, et impensis Bernardi Turrissani Veneti, librariam tum Lutetiæ facientis; ab eo, quod in sancti Marci bibliotheca asservatur, ea spe exscriptum fuisse, ut a pio et docto præside Latine redditum, in lucem postea (sicut et Theodoreti quæstiones, multaque alia) ederetur. Sed cum eo morte intercepto, priusquam Lutetiam Procopius appulisset, ad hæredes ejus se frustra sæpe, ut factas eo nomine impensas ab illis recuperaret, Turrissanus contulisset: eaque de re me audiente, conquestus esset: mihi statim (qui magnas eorum opes esse non ignorabam) præclara illa Theocriti, tibi non ignota, in mentem redierunt;

Δαιμόνιοτ. Τί δὲ χέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθι χρυσός;
Οὐχ ὧδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις.

et male me rursum de litteris meriturum arbitratus sum, si ἐρμαῖον istud mihi non sine numine oblatum ipse negligerem. Sanctas igitur musas istas apertis portis, ut est apud eumdem poetam, domo mea excepi libentissime; et comparato Procopio, quantum mihi otii tua fratrumque studia superesse permittebant, tantum certe in illius editione maturanda contuli. Neque enim dubitabam, cum fontes ipsos, e quibus ista hausisset, agnoscerem, Ecclesiæ ipsum fore utilem. Quis enim vel Origenis Tomos, vel Eusebii Cæsariensis, vel Chrysostomi, vel Basilii etiam integras in principem prophetam lucubrationes, de quibus vel pauca tantum, vel nulla omnino jam supersunt, avidissime ac utilissime si haberet, non legeret? At habes istorum omnium (quamvis nullum omnino toto libro nominet) in uno Procopio epitomen fide et industria collectam, et elaboratam; ut in quibus omnes conveniant, ea semel tantum dicat: in quibus autem dissentiant, singillatim et breviter; cupiens nimirum explicationes omnes in perfecti corporis formam contrahere; ex quo, ceu fonte unico, liceat omnibus, quid omnes sentiant, haurire: nonnullis etiam de suo, perspicuitatis gratia, (ut præfatione in Genesim declarat) adhibitis. Habes vero et veterum interpretationum, cum ea, qua utitur, collationes multas nequaquam aspernandas; quæ non solum auctoris antiquitatem indicent, cum jamdiu puræ desiderentur, ut postea probabimus; sed utilitatem etiam et fidem commendent; cum singulas eo ipso legisse videatur, quod ex illis sensus idoneos elicere conetur. Sed venatur etiam, dicet aliquis, allegorias, et sensus eos, qui videntur a prophetæ verbis vel remoti, vel ita sæpe frigidi, ut cum in aliam linguam transtuleris, nihil certe, vel parum omnino, dixeris. Verum, si est hoc nomine rejiciendus Procopius (neque enim id ei aliquando contingere negare possumus), rejiciendi et ipsi certe sunt Græci patres, non solum a quibus ista deprompsit, sed et reliqui fere omnes, cum hanc eos explicationis viam, in Vetus Testamentum præcipue, secutos esse manifestum sit. Nunquid porro unius tantum Scripturæ sensus est? Nonne potest etiam ad varios, et mysticos intellectus, magno legentium fructu, revocari? Imo non parum a Judæis abesse mihi videntur, qui litteram mordicus tuentur. Quod si usquam est ab ea, ad sensus reconditos, divertendum; neminem tam iniquum fore arbitror, qui id, in prophetis præcipue, non permittat. Adde etiam, quod non Græci patris culpa accidit, si quid Græce dixit eleganter, quod tam commode verti Latine non possit; sed sermonis nostri penuria. Æquumque præterea fuisset, Græcos patres alienis potius, quam suis inservire? Nunquid denique justum cœnam opiparam a paucioribus convivis ideo condemnari, quod inter multas et optimas undique conquisitas dapes, nonnullas etiam vel minus bonas habeat; vel a quibus istorum stomachus abhorreat? Itaque vel hoc saltem nomine non culpa tantum vacabit noster Procopius, sed laudem etiam merebitur, magnoque in pretio fuerit, quod priorum patrum scripta (quæ fortasse fuerant in hoc genere proliziora) in epitomen contrahens, ut minore cum fastidio legerentur, effecerit: non aliter quam qui monstrato ad urbem aliquam viæ compendio, longioris molestiam nobis abstulerit. Exsistunt deinde et alia tam multa adversus omnium temporum hæreses, hæreticorumque mores, de veteris Ecclesiæ ritibus; de magnis, et abstrusis in theologia quæstionibus, ita breviter et acute dicta: ut parum ille sapiat, qui eum non appetat; vel arrogans sit contemptor antiquitatis, qui fastidiat. Est vero stylus ipse, meo quidem judicio, ita purus, ut Sophistam agnoscas; itaque elegans, ut commentatorem decuit: non tamen ubique sui similis; sed eos, si diligenter advertas, referens, a quibus ea deprompsit, quæ collegit. Nec dubium est præterea, quin attentum lectorem desideret; cum argumenti difficultate, et ipso etiam brevitatis studio, multis in locis obscurior evaserit. Accedunt præterea et crebræ transitiones, non solum a personis ad personas, sed a numeris etiam ad numeros; ad prophetarum, credo, imitationem, quibus est hoc familiare, de industria factas: quas omnino evitare certe nec potuimus, nec fortasse debuimus. Jam vero, ut quo tempore vixerit inveniamus; statuendum primum

(1) Hæc *De vitis prophetarum fragmenta* præter- nov. t. IV, hujus *Patrologiæ* t. XXII, col. 1261 misimus, quia exstant inter Opera Eusebii ed. EDIT

Digitized by Google

est, aliusne hic ab illo exsistat, qui ea in octo priores Bibliorum libros, quæ publice leguntur, edidit. Hoc enim semel excusso, non difficile fuerit, quo sæculo vixerit, demonstrare. At eumdem esse profecto judicant ipsa partim utriusque Græci libri (habes enim et Græcum in Genesim exemplar manu scriptum, ex cujus inspectione ita se habere cognoscitur, in præclara illa librorum supellectili, quam hic comparasti) inscriptio; in qua idem reperitur auctoris et Sophistæ nomen, eademque Christianæ religionis professio; in Latino autem edito urbs ipsa, unde est: partim ipsa etiam in utroque eadem plane commentandi ratio; quam cum sibi præfatione in Genesim proposuisset; in Isaiam etiam sequendam arbitratus est. Sed omnium maxime fidem facit, et eumdem esse procul dubio confirmat; quod hic, eorum, quæ in Mosis carmen dixerat meminit: quæ ibidem etiam reperiuntur. Quod si ejusdem auctoris utraque constat exsistere, non est jam difficile de ejus sæculo certam et indubitatam conjecturam afferre. Nam cum scribat in Genesim suo sæculo universa idola excisa fuisse, non est dubium quin, si quo id contigit, demonstrarim, quo vixerit etiam docuerim. Quod si dicat aliquis Constantini edicto dejecta fuisse et disturbata non solum idola, sed idolorum etiam templa: non tamen efficiet ut ea ætate vixerit Procopius, cum ne ipsi quidem (Chrysostomum dico, Basilium, et Cyrillum) unde multa ille deprompsit, scripsissent adhuc. Invenienda igitur alia etiam eorum dejectio nobis est. Nec potest sane alia reperiri, quam quæ per Theodosium facta est; qui quod opus alicubi a Constantino incœptum magis et inchoatum, quam perfectum fuerat, per orbem universum absolvi curavit. Constat enim ex Nicephoro(1*), Gazam ipsam, unde Gazæus noster Procopius appellatur, vicinarumque regionum civitates ad Theodosii usque tempora (cum ad illa usque loca Constantini edictum vires suas nondum exseruisset) idolorum cultum pertinaciter retinuisse; qui postea, jubente Theodosio, cum idolis et templis omnino ubique sublatus est. Cujus ego sententiæ, præter ecclesiasticas omnes historias, cum auctorem Eunapium, Christianorum hostem acerrimum, habeam, qui in Ædesio utriusque idolorum dejectionis meminit; non video jam, cui dubium esse possit, quin Theodosii primi sæculum attigerit Procopius; imo et prius etiam aliquanto cœperit; cum hic se multos alacriter martyria subeuntes vidisse testetur; quæ in Juliano cessasse reperiuntur: a cujus imperio, ad idolorum alteram usque dejectionem, hujus auctoris sæculum produci queat. Sed dicet aliquis forsan, Hesychium, quem Procopio juniorem esse non dubito, in Catalogo τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, illius mentionem nullam fecisse. Quasi vero ab hoste Christiani nominis id esset exspectandum. Hoc enim argumento, dicit Suidas, idolorum superstitionem secutum esse probatur; quod virorum ecclesiasticorum non meminit. Quod si quibusdam minus ista mea placet conjectura; dabunt illi forsan eo mihi veniam facilius, quod nihil omnino Procopium de se suaque ætate, præter ea, quæ dixi, locutum fuisse constet; nec me hic scriptoris ullius, imo nec doctorum hujus etiam temporis virorum sententiis potuisse adjuvari: sed mirum me apud omnes silentium reperisse. Præter id autem, quod in octo priores Bibliorum libros latine dudum editum est; istaque etiam, quæ Græce et Latine nunc primum prodeunt; scripsit et in Proverbia, et in Cantica canticorum; quæ tibi cum nuper Venetiis ostensa sunt, nudas patrum sententias colligere tantum; ut primum fecerat in Genesim; non autem in perfecti corporis formam contrahere, ut in eandem postea, ipsumque Isaiam, ex aliquot paginarum lectione deprehendi. Dicam etiam in Gallia, in Reginæ matris bibliotheca, reperiri προγυμνάσματα rhetorices hujus nomine inscripta. Testes sunt fidelissimi, doctissimus simul et probissimus Jacobus Billius, et hujus ætatis jurisconsultorum jurisconsultissimus Cujacius; quibuscum, superioribus annis, cum essem in illam admissus, in eaque incidissem, de hoc annotando sum a Cujacio admonitus. Et sane hujus esse Procopii eo facilius crediderim, quod quæcunque illius nomine edita sunt, eum sophistam constanter appellent. De mea vero ejus interpretatione, atque editione, si quid expectas, dicam primum ea me ex professo vocabula, quæ essent Ecclesiæ et patribus usitata; ipsamque adeo vulgatam Bibliorum editionem; quantum meus auctor ferre potuit, retinuisse: studuisse deinde, (non verba verbis reddendo tamen, nisi cum Latini sermonis ratio postulabat) ut Græcæ orationis brevitatem imitarer; ne paraphrasim potius, quam versionem, dedisse viderer. Deinde etiam, ut, quoniam Græca simul et Latina edere statueram, utraque inter se, quam maxime possem, similia facerem. Quod ego si non sum assecutus, effeci tamen οὐκ ἀμογητὶ μὲν, καὶ δὴ καὶ ἀδαπανητί, quod pro ingenii, otique mei ratione potui; et illud etiam, ut hic auctor, cum Origenianis veterum interpretationum differentiis, et notis ad Isaiæ litteram additis, publice nunquam antea, nec Græce, nec Latine lectus, aut editus, inter tot Græcorum Patrum commentationes in Vetus Testamentum, in lucem prodiret: cujus eo forsan major utilitas et delectatio futura est: quod principatum Isaias, inter prophetas omnes, facile obtineat; tamque aperte de Christi regno disserat, ut Hieronymo evangelista magis quam propheta videatur. Nec male sane, meo judicio, fecerit; qui eum etiam Veteris Testamenti Paulum alterum nominarit; cum in utroque eadem fore sit dicendi libertas et facultas.

Ego vero dignum credidi, qui Græcæ editionis, Græcum etiam haberet enarratorem; eum præcipue, qui omnium instar, quotquot in eumdem ante se scripserunt, de quibus jam vel pauca, vel nulla omnino supersunt, esse posset. Erit igitur noster hic in Isaiam Procopius, quod in Paulum vel Chrysostomus, vel Œcumenius; ambo dudum Græce Veronæ editi. Usus sum porro exemplari unico, eoque multis in locis mutilo, et corrupto; quod quidem non fuit semper deprehendere facile: supplere au-

(1*) Lib. xii, capp. 25-27.

Digitized by Google

tem omnino, et restituere impossibile. In brevioribus lacunis, nonnullisque locis aliis implendis, et emendandis, conatus sum ipse aliquid efficere : quod ad marginem tantum (2) sine ullis rationibus (ne libri magnitudinem augerent) annotavi, nihil immutare ausus; ut conjecturas meas doctis et probis examinandas judicandasque relinquerem. Tantum ipsa Isaiæ verba, quæ explicanda sumpsisset Procopius, Græce, Latineque, alio charactere excudenda curavi : ut ita distincta suam non solum majestatem retinerent, sed oculis etiam utraque statim subjecta, sensum ipsum facilius et promptius indicarent. Sed non possum non dolere, meam istius instituti rationem, totamque adeo editionem, tam multis operarum erratis (in versione præsertim) esse labefactatam, ut in repurgando isto Augiæ stabulo novo Hercule mihi opus sit. Accedit etiam, ut ingenue fatear, quod nonnulla relegenti mihi occurrerunt, quæ si typis præesse licuisset, procul dubio immutassem. Utrique malo, quantum ita longe absens potui, sine autographo meo tamen, mederi studui, notatis gravioribus, et ad libri calcem adjectis : partim quidem, ut legentibus ipse succurrerem; partim etiam, ut culpæ istius veniam deprecarer. Quod si plura etiam notari debuisse quis existimet, cum locis infinitis perturbata sit distinctionum, punctorum accentuumque et litterarum ratio : respondeo, id primum tam leve esse, ut quamvis lectori molestum sit, morari tamen eum non possit. Deinde, quia vix unquam accidit, ut eodem loco Græca simul et Latina corrupta sint; eorum illa inter se collatione, brevi et facili negotio posse deprehendi, et corrigi. Sed jam tempus est, ut ad alteram hujusce præfationis partem accedamus : quam placet a Bibliorum Græcis interpretationibus exordiri, et dicere, tam multa apud veteres Græcos poetas, et philosophos reperiri, quæ procul dubio de Mosaicis libris, ipsoque adeo Salomone, hausta sunt; ut dubitari omnino non possit, non de illis eos audisse tantum, sed Hebræorum scripta longe ante Ptolomæorum, Alexandrique, et Persarum tempora, sua lingua habuisse. Neque certe de hoc amplius dubitabit, qui Clementem (3), qui Eusebium (4), ejus assertores noverit. Quo primum posito, sequitur ut de interpretibus lxx disseramus : quos etsi lxxij exstitisse certum sit, illo tamen numero frequentius, quam isto, significatos esse reperimus. Constat igitur inter omnes, quotquot ea de re scripserunt, Ptolomæum Philadelphum, Ægypti regem, Demetrii Phaleræi hortatu, missa ad Eleazarum Judæorum pontificem legatione, ab eodem non sacrorum tantum Librorum exscriptionem, sed eorum Græcam etiam interpretationem, quæ Alexandriæ per duos et septuaginta viros Hebraice Græceque peritissimos, æquo de singulis duodecim tribubus numero, facta est, impetrasse. Sed quomodo id gestum sit; quorumque librorum facta interpretatio, tantum abest, ut inter eos conveniat, ut nonnulli etiam secum de altero si non dissentire, ambigua saltem dicere videantur. Neque enim putat verum esse Hieronymus (5) quod de cellulis in Pharo Ptolomæi jussu constructis, tradiderunt Justinus (6) martyr, et Epiphanius (7), aliique nonnulli. In eo præterea Justinus et Epiphanius inter se dissentiunt, quod ille singulis interpretibus singulas tribuit cellulas; binis autem iste unicam tantum. Et sane in Hieronymi sententiam descenderim facile, qui se Aristææ historia, quam de hoc ad Eleazarum pro Philadelpho legatione functus scripsit (in qua de cellulis nulla mentio habetur, sicut neque apud Josephum), ita tuetur; ut fabulam non dubitet appellare. Putant deinde nonnulli quod Justinus martyr demonstratis sibi ædicularum reliquiis scribit, famam quidem eam apud Alexandrinos fuisse; sed a Judæorum commentis, in quibus miri sunt, ortum habuisse; eoque tandem facilius nostrorum animis insedisse, quod ad Scripturarum sanctarum auctoritatem commendationemque facere videretur. Quacunque tamen id factum sit ratione, in hoc omnes conveniunt, quod istorum interpretationem ita probent et admirentur, ut Ἑλληνικὴν προφητείαν appellare nostri non dubitent : externi vero (Tertulliano (8) istud de Menedemo philosopho referente), senes eos, a quibus confecta est, de sententiæ communione suspiciant. Sed quosnam libros interpretati sint, non minus et illi etiam dissentiunt. Non enim jam obscure hic Josephus, et Aristæus, totaque Judæorum schola, legem tantum (id est, solos Mosis libros) convertisse affirmant : eamque opinionem quamvis amplecti videatur Hieronymus; incertam tamen et dubiam relinquit. Mihi certe magis placet eorum sententia, qui libros omnes Hebræorum translatos esse existimant : quorum in primis fuerint Irenæus, et Justinus qui disputatione cum Tryphone, virorum lxx interpretatione Isaiæ adversus eum utitur; quod multos etiam alios, in aliis Bibliorum libris fecisse manifestum est. Sequetur et Clemens (9) ille Στρωματεὺς, qui cum τάς τε τοῦ νόμου Γραφὰς, καὶ τὰς προφητικὰς esse interpretatos dicit, omnes aperte significat.

Accedet et Eusebius (10), qui, ex Aristobuli sententia, totam Scripturam Philadelphi jussu, ante eum autem, imo et ante Alexandrum, Persarumque imperium, quinque libros Mosis in Græcam linguam conversos fuisse scribit. Et ipse denique Epiphanius (11), qui translationis hujus historiam perstringens, Hebræorum libros omnes nominatim recenset. Non est præterea credibile legem tantum ab Eleazaro petivisse Ptolomæum, neglectis historicis, propheticisque scriptis, quæ res maxime admirabiles complectuntur; de quibus fama tantum rex ipse audiverat, nihil legerat. Neque facile mihi persuaserim, Demetrium,

(2) Ex eis quædam uncis inclusa in textu inseruimus. EDIT.
(3) Clem. Alex. strom. 1.
(4) Euseb. Præpar. 9, c. 3.
(5) Hieronym. in procœmio trad. hebr. in Genes., in Ezech. c. 5, in Mich.
(6) Just. orat. ad Gentes.
(7) Epiph. de pond. et mens.
(8) Tert. advers. Gentes.
(9) Strom. 1.
(10) 13 præp. c. 7 et 9 cap 3.
(11) Lib. de pond. et mens.

Digitized by Google

qui omni genere librorum Regis bibliothecam instruebat, Mosis libris, qui in Græcia jam, et Alexandriæ forsan habebantur, contentum fuisse. Præterea fieri omnino non posset, ut in patrum Græcorum scriptis tam sæpe citarentur de quibus agitur interpretes, in cæteris præter Pentateuchum libris; nisi et ipsos iidem essent interpretati. Adjicio denique Renati Marchali venerandæ antiquitatis, eorum omnium sententia, qui illud viderunt, probatum et commendatum exemplar; in quo prophetæ omnes, cum viris Septuaginta, reliquisque interpretibus collati, adjectis ad marginem interpretationum differentiis continentur. Quod si quis objiciat me hic Aristæi Josephique sententiam rejicere, quos superius in disputatione de cellulis amplexus sum: possum fortassis et ipsos etiam in odica interpretatione ad opinionis meæ confirmationem adducere; si dicam, ita legis nomine, propter Mosis celebritatem, sacros omnes Judæorum libros hic posse intelligi; ut in lege etiam Judæorum apud Joannem scriptum id esse dicitur, quod in Davidis versibus reperitur. Atque hæc quidem de LXX interpretibus: quos secutus Aquila quidam Sinopita Ponticus, Christumque professus, cum postea ad Judæos defecisset, ipsaque vix Hebræorum elementa didicisset, in Christianorum odium novam et ipse, Adriano imperante, sacrorum Bibliorum interpretationem molitus est. Cujus etiam studium non ita diu post imitatus est et Symmachus, genere quidem Samaritanus, sed Ebionitarum sectæ addictus; ut LXX virorum interpretationi, qua tunc usos fuisse Samaritanos arbitramur, quantum posset, detraheret. Idem rursum tentavit et Theodotio ponticus, provecta jam ætate, postquam Marcionis hæresi diu inquinatus, ab ea se ad Judaismum recepisset. Etsi enim parum esset in Hebræorum litteris versatus; tamen, ut Marcionitarum libros falsi argueret, ea omnia, quæ pro illis fecerant, apud interpretes LXX ita immutavit, ut novam dedisse interpretationem videatur. Non ita diu postea, sub Caracalla, inventæ sunt et tot aliæ, non auctorum quidem suorum nominibus significatæ; sed ita numero ipso distinctæ, ut præter eam, quæ in Græcia, ante Alexandri tempora, fuisse dicitur, septenarium omnes complere numerum reperiantur. De quibus quia singillatim nonnulla diximus; superest jam, ut pauca de iisdem colligamus, et dicamus uno verbo; ex tam multis interpretationum generibus natam videri sacrorum codicum corruptelam illam, quæ progressu temporis ad Luciani usque martyris, Hesychiique, et Origenis tempora duravit; cum illa ætate, sicut et ista, quidvis sibi Græcæ superstitionis assertores, Judæique et hæretici, assidua aliorum in alia commutatione, permisissent: permulta etiam tempus ipsum depravasset, sicuti apud Suidam (12) legimus. Cui morbo mederi cum eadem fere ætate, diversis tamen in locis, studerent superius a me tres nominati; id eo certe melius et facilius efficere potuerunt, quod essent omnes Hebræorum litteris instructi. Neque tamen idem fuisse videtur illorum institutum; eademque corrigendi ratio. Id enim tantum Lucianus et Hesychius conati videntur, ut collatam cum Hebræo LXX virorum editionem iis tantum repurgarent, quæ in eam profanorum hominum hæreticorumque, et aliorum etiam, temeritate, vetustate denique, et librariorum ignavia, irrepserant. At Origenes excogitatis tum primum Tetraplis, Hexaplis, Heptaplis, et Octaplis, ita inter se interpretationes omnes composuerat, ut per quatuor, per sex, per septem, perque octo spatia, veluti columnas, distinctæ in unum ita aspectum caderent, ut Hebræis primas et secundas; (expresserat enim et Hebræa suis Græcisque characteribus) interpretibus LXX, tertias; reliquis autem eumdem, quo eas recensuimus, ordinem concederet. Quod certe non nisi magno labore, magnisque sumptibus effici poterat. Id autem eo fine procurarat, ut Hebræorum fontibus indicatis, quid ab illis differrent interpretes LXX; quid istos rursum cæteri juvarent, omnes facilius invenirent. Sed cum non possent libri isti, partim quidem describendi difficultate, partim mole sua, et magnitudine, partim etiam impensarum gravitate, nisi a paucissimis haberi: aliam et ipse virorum Septuaginta editionem meditatus erat; quæ sola, notis quibusdam adhibitis, quid esset in Hebræo, quid non; quid eidem ex reliquis interpretationibus additum, quid detractum, demonstraret. Neque vero est, quod tantorum virorum opera, incorrupta diu mansisse sacra volumina; aut ubique etiam receptas illorum fuisse editiones existimes. Nam præterquam quod (auctore Hieronymo) Ægyptus et Alexandria, Hesychii; quæ autem inter utramque erant Ecclesiæ Origenis isto codice utebantur; Luciani vero, quæ ab Antiochia fortasse, ubi operam istam navasse putatur, ad Constantinopolim usque fuerant: ex tribus illis rursum codicibus tanta mihi postea interpretationis virorum Septuaginta nata videtur corruptio, et diversitas; cum statim non solum ab ineptis librariis aut non fideliter additæ sunt Origenis notæ, aut etiam neglectæ: sed ab aliis etiam interpretationes ipsæ aliæ in alias, damnosius quam antea, ita commutatæ et confusæ: ut inde mihi scripsisse videatur Hieronymus, sua jam memoria, in omnibus Ecclesiarum bibliothecis vix unum atque alterum inveniri potuisse exemplar, in quo mera esset Septuaginta virorum interpretatio, totque Scripturarum fuisse exemplaria, quod essent codices.

Quibus rationibus mihi ipse persuadeo;

εἰ μὴ τὴν γνώμην ἐξαπατῶσι θεοὶ

(ut inquit Theognis) præstantissimam illam LXX virorum Ἑλληνικὴν προφητείαν nusquam jam exstare veram et integram: sed omnes Græcas editiones, sive quæ typis jam mandatæ sunt; sive quæ in bibliothecis adhuc latent, mistas esse; forsan alias aliis minus. Quod si quæ in Vaticana Romæ est, ut audio, Septuaginta virorum est; quod non facile crediderim: non potuit certe nisi magna sacrorum

(12) In vocab. Λουκιανός.

Digitized by Google

studiorum injuria tandiu occultari. Ad singularum vero interpretationum agnitionem, si quando aliquæ reperiantur (quod non possum sperare tamen) cum multum conferant Origenis notæ : de illis etiam omnino necesse est me hic aliquid perstringere ; et eo etiam libentius, quod ad illarum explicationem, quibus utitur vetus Isaiæ Renati Marchali exemplar, quod hic expressimus, maxime conferant. Docet igitur Epiphanius, nonnullique alii, Origenianæ editionis notas fuisse quatuor, obelum, asteriscum, limniscum, et hypolimniscum. Primum quidem veru esse, sive lineam, supra dictionis initium, vel orationis, ab interpretibus Septuaginta, præter Hebræi codicis auctoritatem, adjectæ, quæ jugulanda esset. Alterum autem, id est asteriscum ※, radiantis stellæ formam, ubi aliquid ex Hebræis haustum fontibus addidisset, quod esset a viris Septuaginta prætermissum. Limniscum [⁇] deinde, virgulam obelisco quidem similem, sed quæ inter duo puncta jaceret : quo diversorum interpretum varietas in verbis, sed sensus idem, significaretur. Hypolimniscum [☓] vero, lineam cum subjecto puncto ; ut ea, quibus incumbit, diversis verbis et sententiis a pluribus explicari demonstraret. Quod si jam quæras quo pacto Origenianæ istæ notæ cum illis conveniant, quibus in nostra Isaiæ editione usi sumus, possum ego in formis ipsis, et numero, aliquam esse discrepantiam respondere ; in re autem, quam significare debent, vel nullam, vel minimam. Primum enim hic obelum omnino non agnosco : neque etiam, judicio meo, necessarius fuit ; cum procul dubio non sit hæc Septuaginta virorum interpretatio ; sed mista quædam alia, et iis etiam aucta de fontibus Hebraicis, quæ certo consilio fuerant a LXX viris prætermissa, et ab Origene obelo notata. Video præterea et alia hic limniscum, et hypolimniscum forma depingi, quam sint ab Origene (si Epiphanio credimus) delineati. Sed id ex professo magis, quam errore factum esse arbitror, cum sint ubique toto isto libro sui similes. Cum enim in forma qui descripsit, parum esse videret, aut nihil omnino periculi ; elegantior sibi fore visus est, si hic utriusque extrema leviter in utramque partem flecteret. Sed sane reprehensione non caret, quod hypolimnisco punctum suum non subjecit, quanquam id forsan eo fecit, quod obelum rejiceret ; qui solus pro hypolimnisco cum errore sumi poterat : cujus hic jam periculum sublatum erat. In rebus autem, quas significant ; si quid ego sum post longam meditationem assecutus, possum et hoc asserere ubicunque asteriscum [※] reperias, aliquid vel ex Hebræo, vel ex aliorum interpretationibus esse adjectum, significari : ubi autem limniscum [⁇], notari varias aliorum interpretationes verbis quidem ipsis discrepantes, sed reipsa similes : ubi denique hypolimniscum [☓], et verbis et sensu inter se differentes. Atque hæ quidem sunt Origenianæ notæ, earumque cum nostris, id est codicis nostri collatio, et significatio.

Sequuntur jam aliæ hujusce nostri exemplaris propriæ. Ubicunque enim ad dextrum marginem οἱ Ο′ reperies, nihil aliud certe, quam LXX interpretes significare velle putandum est : ubi Σ′, Symmachum, ubi Θ, Theodotionem : ubi Α, Aquilam : ubi denique οἱ Γ′, tres nomine carentes interpretationes : quarum omnium mira est, cum iis, quæ a Procopio inter explicandum sæpe afferuntur, et cum Hieronymo etiam, consensio. Sunt porro et aliæ duæ, Π′ scilicet et ☩, quæ paucis in locis adhibentur, et iis arbitror Pamphilium, Origenemque significari ; quorum labore et industria fuit emendatus codex, a quo ille desumptus est, unde Græca ista Isaiæ verba, variarumque interpretationum notas hausimus. Cujus rei fides ut penes eos esset etiam, qui venerandum adeo exemplar non sunt intuiti : ejus etiam, a quo desumptum esset, testimonium exstare voluimus, quod in eo ante Isaiam, et Ezechielem legimus. Reperies et hic etiam Origenis tomos, quotquot erant adhuc Eusebii ætate superstites (13), ad marginem notatos ; ne frustra inter varias interpretum notas adjectos putes. De Π Ι Π Ι autem, quod ad sinistrum marginem toties expressimus, quoties in Isaia Κύριος nomen occurrit, nihil possum certe dicere aliud, quam nobis tetragrammaton nomen videri ; quod, ut ejus a cæteris Dei nominibus aliqua exstaret differentia, litteris forsan Hebræis ab Origene, vel alio, expressum cum pingere non valerent Græci sermonis illius rudes, suis illi, quantum possent, imitari conati sunt, ne quid et illi, quod a tantis viris notatum esset, prætermisisse viderentur. Quorum ego religionem imitatus, ex magnorum virorum sententia, et ista etiam nota lectorem carere non volui. Adjeci præterea et prophetarum omnium vitas, quas cum nonnullis aliis, Eusebio adscriptas, habebat vetus Marchali codex ; partim quidem, ut ex fragmento haberent ecclesiasticorum scriptorum studiosi, unde opus ipsum, ex quo depromptæ sunt, si quando in eorum manus incidat, tanquam ἀναγνωρίσει justa probatum, parenti suo, et posteris, restituerent : partim vero, ut quæ tantus auctor de prophetis annotasset, tantisper exstarent, dum in lucem melioribus forsan auspiciis opus ipsum prodiret integrum.

In Isaiæ vero versione ita me gessi, ut novam ipse non aggrederer, sed Hieronymianam de Septuaginta viris expressam, quantum meus pateretur codex, qui mistam certe Græcam aliam, non hujus, aut illius certam aliquam complectitur, retinerem. Neque enim tam iniquum in me futurum quemquam arbitror, ut Latinam me alteram, quam idem pater ab Hebræis edidit, et qua etiam nunc Ecclesia utitur, sumere debuisse existimet ; cui nec Græca Isaiæ verba essent responsura, nec ipsa etiam Procopii explanatio.

Quo loco et ista etiam mea claudi posset oratio, quæ susceptis Patribus defuncta satis fortasse vi-

(13) Euseb. VI, c. 25.

Digitized by Google

deatur : nisi etiam aliquid de idonea sacrorum Librorum lectione ὡς ἐν προσθήκης μέρει attingere, non tua tam ratio, quam hujus me moneret operis argumentum. Atque ut breviter incipiam perstringere : afferam Pythagoreorum non minus elegantem quam veram et utilem de philosophia sententiam; qui eam ζωῆς εἶναι ἀνθρωπίνης κάθαρσιν καὶ τελειότητα voluerunt : ut hujus vitæ sordes iis esse purgandas significarent, qui in ejus se disciplinam traderent, qua perfecti Deoque similes efficerentur. Quod si una præstare potest ea, quæ vere philosophia est, et Christiana dicitur ; non est certe ullis ad eam, nisi summa cautione, beneque purgatis, quod aiunt, manibus, accedendum. Neque enim quidquam proderit externis disciplinis, (quæ tamen et hic sunt necessariæ; nec in te, quantum ætas tua ferre potest, desiderantur), excultum habere animum, qui ad eam vitiorum sordibus veniat inquinatus : cum perversæ cogitationes, ut est apud Salomonem, separent a Deo, inque animam malevolam non intret sapientia : nec quisquam sciat sensum Domini, nisi ipse dederit sapientiam, et miserit Spiritum suum de altissimis. Est igitur et hic opus animi non solum purgatione, sed divino etiam ad intelligendum auxilio; sicut bonus auctor indicavit ipse Isaias, cum a Deo purgari sibi labia postulavit; et cum scientem litteras ideo librum legere non potuisse, quod esset obsignatus, monuit. Quæ duo quoniam nulla re magis, votis et precibus, a Deo, qui dat omnibus affluenter, possunt impetrari; perge obsecro, Francisce, cum tibi nec ingenium, nec cætera ad istam laudem desint adjumenta; imitare et hic majores tuos, e quibus Phœnix ille Picus (a quo maternum genus tibi est) plura se precibus, quam studiorum assiduitate (qua maxime tamen usus esse narratur; eaque hic etiam opus est) didicisse affirmavit. Recordare vero et patrui tui, viri maximi, ad quem educationis tuæ laus præcipue pertinet, præclaræ de re ista sententiæ; qui sæpe nobiscum de te colloquens, cum theologiæ studia ingredi, atque amplecti vidisset; te per nos, ut divi Bernardi lectionem, qua ipse delectatur, illis sæpe intercalares, ideo moneri voluit; ut, quia vir sanctissimus in suis scriptis θεοδίδακτος, id est divina potius, quam humana ope eruditus, apparet; neque id ulli sine pura et assidua numinis invocatione contingat; tam pii et eruditi patris familiaritas in similium studiorum admirationem et amorem animum tuum pertraheret. Præclara certe majorum tuorum, domique nata exempla, et monita; quæ ipse sanctissima et verissima exsistere sæpe alias ante expertus, in hoc opere certe sensi apertissime. Cum enim Græci hujus mei exemplaris multa essent difficillima, multæque lacunæ, multæ etiam depravatæ lectiones; nec humana ratione iis me possem expedire : poetas in tragœdiis imitatus, ubi ad numinis auxilium, tanquam re desperata, confugissem; sensi ego ipsum mihi velut e machina, quod illi dicunt, persæpe affuisse; eaque me postea afferre, quæ essent θεόπεμπτα magis, quam ex ingenio meo allata, et a me excogitata. Nec dubito sane, quin idem sit sensus animi tui, eademque sæpe expertus sis; qui jam diu studiis gravioribus incumbas; in quibus tantum doctrinæ et eruditionis specimen præbuisti, ut, quoniam ætatem tuam superaret, ad præclaras ingenii tui dotes, numen etiam accessisse propitium omnes judicarent. Quo fit, ut non ego ista tibi, tanquam illis indigeres, addidisse; quibus magis, quam nos, abundas, existimari velim : sed potius, ut hoc loco, quid ipse de sacrarum Litterarum lectione sentirem, qui te ad obscurissimam illarum partem, prophetas scilicet, deducerem, minime prætermitterem : tibique adeo et tuis, et mihi etiam, si juste id possum, tantarum in te surgentium virtutum nomine gratularer, quæ te majorum tuorum laudes vel æquaturum, vel etiam superaturum, si pergis, polliceantur. Macte igitur virtute, Francisce, perge, perge, inquam; et cave diligenter ne in hac mundi senecta, ævoque labascente, quo jam vulgo exstincta virtus, in præclaris aliquibus ingeniis relucet adhuc, in te autem splendescit maxime, ætatis hujus illecebris, quæ bonis omnibus insidiantur, vinci te palmaque ista spoliari patiaris (14).

Bononiæ, Id. Octob. M. D. LXXIX.

(14) Veterum septem interpretationum differentias cum suis notis ab Origene desumptas quas Curterius modo fusius explicavit, in hac nostra editione omittendas curavimus, quia illas jam edidimus inter Opera Origenis, hujus *Patrologiæ* tom. XVI. EDIT.

Digitized by Google

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ

ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΕΙΣ

ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΗΣΑΙΑΝ

ΚΑΤΑΒΕΒΛΗΜΕΝΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΕΞΗΓΗΣΕΩΝ.

—

PROCOPII GAZÆI

SOPHISTÆ CHRISTIANI

IN ISAIAM PROPHETAM

COMMENTATIONUM VARIARUM EPITOME.

JO. CURTERIO INTERPRETE.

—

Προφήτης ὁ προφάσκων ἢ τὸ μέλλον, ἢ τὰ παρ- A όντα λανθάνοντα, ὡς ὁ Παῦλός φησιν· « Ἐὰν δὲ προφητεύητε, εἰσέλθῃ δέ τις ἄπιστος, ἢ ἰδιώτης, τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται. » Καὶ Ἐλισαῖος· « Οὐχὶ ἡ καρδία μου, φησίν, ἐπορεύετο μετὰ σοῦ, ἡνίκα ἀνέστρεφεν ὁ ἀνὴρ μετὰ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ εἰς συνάντησίν σοι; » Ὁρᾷ δὲ ὁ προφήτης τὸ ἡγεμονικὸν, ὡς ἐν ὀνείροις ὕπαρ τυπούμενος· ἢ ὡς ἄν τις ἴδοι γραφὴν ἐπὶ πίνακος ἀγαθῶν, ἢ τῶν ἐναντίων πραγμάτων. Οὐ κατὰ ἔκστασιν διανοίας, ὥς τινες ἔφασαν, τοῦ ἀνθρωπίνου νοῦ καλυπτομένου παρὰ τοῦ πνεύματος, ὃ δὴ θείας ἐπιδημίας ἀνάξιον, ἔκφρονα ποιεῖν καὶ μανίας ἐγγὺς τὸν Θεὸν αὐτόν. Τελειωτικὸν γὰρ τὸ θεῖον οἷς ἂν ἐγγένηται, ἀλλ' οὐ τῶν φυσικῶν ἀποστερητικὸν λογισμῶν. Οὐδὲ γὰρ εἰκὸς τὸν ὠφελοῦντα λόγον τοὺς ἄλλους, B ἑαυτὸν ἀγνοεῖν, καὶ τῆς ἐκ τῶν λόγων ὠφελείας ἐκπεπτωκέναι. Πῶς δὲ τὸ πνεῦμα τῆς σοφίας ἄγνοιαν πληροῖ; φῶς γὰρ τύφλωσιν οὐ ποιεῖ· τὴν δὲ δύναμιν προκαλεῖται τὴν ὁρατικὴν εἰς ἐνέργειαν, ὡς καὶ Θεοῦ [a] νοῦν καθαρὸν εἰς ἐποπτείαν πνευματικήν. Πονηρᾶς δὲ καὶ μόνης δυνάμεως, ἔκστασιν ἐμποιεῖν ἐπὶ τῇ τῶν δεξαμένων ἐπιβουλῇ. Πῶς δὲ σοφὸς ὢν ὁ Ἀπόστολος οὐκ ἔχει παρακολουθεῖν οἷς ἐρεῖ; « Σοφὸς γὰρ, φησίν, νοήσει τὰ ἀπὸ τοῦ ἰδίου στόματος; ἐπὶ δὲ χειλέων φέρει ἐπιγνωμοσύνην. » Πῶς οὖν, « Ἐξέστη Ἰσαάκ, φησίν, ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ; » Καὶ ὁ μέγας Δαβὶδ, « Ἐγὼ δὲ εἶπον ἐν τῇ ἐκστάσει

1 Propheta est, qui res futuras, aut præsentes occultas prædicit, uti Paulus ait: [1] « Si prophetetis, intret autem quis infidelis, aut idiota, occulta cordis ipsius manifesta fiunt. » Et Elisæus: « Nonne cor meum, inquit, tecum ambulabat, quando reversus est vir cum curru suo in occursum tibi [2]? » Videt autem propheta, principe animi parte tamquam per somnium reapse informata, aut tanquam qui in tabula rerum bonarum, vel malarum, picturam intuetur: non vi stupefacta intelligendi, ut quidam asserunt; quasi velo mens humana per spiritum obducatur. Quod sane divino accessu indignum est, Deum ipsum amentem, et furoris affinem facere. Solet enim quibus illabitur, naturales animi sensus non auferre, sed perficere. Neque profecto consentaneum est rationem, quæ prosit aliis, seipsam ignorare, et sermonis utilitate privari. Quomodo vero sapientiæ spiritus ignorationem operetur? Nequaquam enim cæcitatem parit lux, imo cernendi vim ad actum provocat, ut Deus etiam mentem sinceram ad rerum spiritualium contemplationem. Sed solius est malæ potestatis, 2 in eorum fraudem a quibus admittitur, menti stuporem inducere. Qui vero sapiens Apostolus ea, quæ dicit non intelligat? « Sapiens enim, scribit, intelliget quæ loquitur, in aliis autem gestat sapientiam [3]. » Quid ergo in filii sui ingressu obstupuisse Isaacum legimus [4]? Et apud

[1] I Cor. XIV, 24, 25. [2] IV Reg. V, 26. [3] Prov. XXIX. 19. [4] Gen. XXVII, 33.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. Θεός.

Digitized by Google

magnum Davidem: « Ego dixi in excessu meo? [5] » Nimirum consternationem ita vocat. Cujusmodi est illud: « Commotum est cœlum, et terra inhorruit. [6] » Est et prophetia per somnia, quibus Josephus in Ægypto [7], et Daniel in Babylone [8], futura prædixerunt. Nec mirum si Pharao, et Nabuchodonosor visiones viderint. Par fuit enim eos, qui aliis præerant in mundanarum rerum statu futura prospicere, ut populi in eis confiderent. Imo et Balaam [9], et Caiphas [10], quæ futura essent, præviderunt: ambo quibus præerant habentes; hic quidem tanquam summus pontifex, ille vero tanquam hariolus. Hic itaque dispensatio, non pura mens elucescit. Solent ergo prophetæ nunc ea quæ vident, aperte ita eloqui, ut nulla posthac opus sit interpretatione. Quale est et illud: « Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, ait Dominus? Plenus sum [11], » et quæ deinceps. Nunc etiam per symbola, ut in somniis Josephi et Pharaonis, cum ille quidem per spicas, quæ sibi, quæ fratribus essent eventura, cerneret, hic autem futura tempora. Cujus generis est et illud: « Vinea facta est dilecto in cornu, in loco pingui [12], » et quæ deinceps. Quin et Daniel in agrestium animalium formis imperiorum vices vidit [13]. Quædam præterea complexim dicuntur; eorumque alia ad litteram, alia ad sensum referuntur. Sicut cum Salvator ait: « Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit? [14] » Hæc quidem sunt ad litteram sumenda. At quæ sequuntur, sensum respiciunt: « Elevate oculos vestros et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem [15]. » Tale est et apud Isaiam illud: « Pro eo quod abjecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio [16], » et quæ postea. In his enim, Siloe, et qui rapidus dicitur fluvius, tropicum habent intellectum. 3 Ad litteram autem sumitur: Populus volens Raasin, qui rex est Damasci, et filium Romeliæ Samariæ imperantem. Solet enim divina Scriptura quæ ad communem omnium utilitatem data est, rudioribus aut etiam segnioribus facilem sensum protendere: perfectioribus autem et diligentioribus, in quæ mentis aciem exacuant, abstrusiora largiri. Ad hunc quoque modum quidquid est in hominum vita ordinationisut plurimum Deus moderatur, et regit. Mentem autem exercet rerum necessariarum penuria, ipsique adeo, quotquot imminent, casus adversi. Eo vero spectat ista Scripturarum difficultas, ut dum illis opera navatur a deterioribus avocemur. Præterea diligimus magis, et in pretio habemus quæ nobis ipsi labore comparavimus. Quin et somnia nobis ideo profert obscura natura, exercente vim intelligendi Deo;

μου; » Ἀλλὰ τὴν ἔκπληξιν οὕτω καλεῖ, ὡς τὸ, « Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ ἔφριξεν. » Ἔστι καὶ δι' ὀνείρων προφητεία, δι' ὧν Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι προαγορεύει τὰ μέλλοντα. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ Φαραὼ καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ ἑωράκασιν. Περὶ κοσμικῶν γὰρ καταστάσεων τοὺς κρατοῦντας προβλέπειν ἐχρῆν, ἵνα πιστεύωνται. Καὶ Βαλαὰμ δὲ, καὶ Καϊάφας προέβλεπον ἔχοντες τοὺς πειθομένους· ὁ μὲν, ὡς ἀρχιερεὺς, ὁ δὲ, ὡς μάντις. Οἰκονομία τοίνυν ἐνταῦθα, οὐ νοῦς καθαρὸς ἐλλαμπόμενος. Ποτὲ μὲν οὖν οἱ προφῆται σαφῶς λέγουσι τὰ δηλούμενα, ὡς μὴ προσδεῖσθαί τινος αὐτοῖς ἑρμηνείας· ὡς τὸ, « Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος, πλήρης εἰμὶ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ποτὲ δὲ διὰ συμβόλων· ὡς ἐπὶ τῶν ὀνείρων τοῦ Ἰωσὴφ καὶ τοῦ Φαραὼ, δι' ἀσταχύων ἰδόντων· τοῦ μὲν, τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ τοὺς ἀδελφούς· τοῦ δὲ, τοὺς ἐπιόντας καιρούς· ὡς καὶ τὸ, « Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ Δανιὴλ δὲ τὰς βασιλείας ἐν ἀχρείων ζώων ἰδεν μορφαῖς. Τινὰ δὲ καὶ συμπεπλεγμένως λέγεται· τῶν μὲν πρὸς λέξιν, τῶν δὲ πρὸς διάνοιαν εἰρημένων· ὡς τὸ παρὰ τῷ Σωτῆρι· « Οὐχ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἔτι τετράμηνός ἐστιν, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; » Τοῦτο πρὸς λέξιν. Τὸ δὲ πρὸς διάνοιαν, « Ἐπάρεστε [b] τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε τὰς χώρας, ὅτι λευκαί εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. » Τοιοῦτον καὶ [c] Ἡσαΐᾳ τὸ, « Διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν τοῦτον τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλωὰμ, τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐν τούτοις γὰρ ὁ μὲν Σιλωὰμ, καὶ ὁ λεγόμενος ἰσχυρὸς ποταμὸς, τροπικῶς εἴρηνται. Πρὸς δὲ λέξιν· Ὁ λαὸς ὁ βουλόμενος τὸν Ῥάασιν, ὃς ἦν βασιλεὺς Δαμασκοῦ, καὶ τὸν υἱὸν Ῥωμελίου τῆς Σαμαρείας βασιλεύοντα. Ἡ γὰρ θεία Γραφὴ τῆς ἁπάντων ὠφελείας γινομένη, καὶ τοῖς ἁπλουστέροις, ἢ καὶ ῥαθυμοτέροις πρόχειρον προτείνει διάνοιαν, καὶ τοῖς σπουδαιοτέροις νοῦ γυμνασίαν διὰ τῶν ἐπικεκρυμμένων χαρίζεται. Καὶ πᾶσαν δὲ τὴν ἀνθρωπίνην ἕσθ' ὅτε διακόσμησιν οὕτω διέπει Θεός. Ἥ τε γὰρ τῶν ἀναγκαίων ἔνδεια γυμνάζει τὸν νοῦν, αἵ τε δὴ περιστάσεις καὶ πᾶσαι συμπτώσεις. Τοιαύτη δὲ καὶ τῶν Γραφῶν ἡ ἀσάφεια, ἵνα τούτοις ἐνασχολούμενος τῶν χειρόνων ἀφέλκηται. Καὶ ὅτι τὰ πόνου κτηθέντα, ἀγαπητά τε καὶ τίμια. Καὶ ἡ φύσις δὲ τοὺς ὀνείρους διὰ τοῦτο δείκνυσιν ἀσαφεῖς, Θεοῦ γυμνάζοντος τὴν διάνοιαν, ὡς ἕσθ' ὅτε δεῖσθαι θείου χαρίσματος πρὸς διάκρισιν, τῶν ἡμετέρων ἐννοιῶν οὐκ ἀρκουσῶν τῆς ἀληθείας πρὸς θήραν. Διὸ [d] ταῦτα κρίνουσιν Ἰωσήφ τε καὶ Δανιήλ. Ἅμα δὲ καὶ διὰ τῆς συνεχοῦς μελέτης ἐντυποῦται τὰ θεῖα λόγια τῇ ψυχῇ, καὶ σεμνότερα καθίσταται. Δεῖ γὰρ τὸν πάντα βίον μαθεῖν καὶ γνῶσαι καὶ πράξει. Ὡς ὁ Μωϋσῆς ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα τὴν τῶν Αἰγυπτίων σοφίαν μαθὼν, προφάσει τῆς ποιμενικῆς εἰς τὰς ἐρήμους ἰὼν, τῇ θεω-

[5] Psal. cxv, 11. [6] Isa. xiii, 10. [7] Gen. xli, 15 sqq. [8] Dan. ii, iv, viii. [9] Num. xxiv 2 seqq. [10] Joan. xi, 50. [11] Isa. i, 11. [12] Isa. v, 1. [13] Dan. vii, 1 seqq. [14] Joan. iv, 35. [15] ibid. [16] Isa. viii, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[b] γρ. Ἐπάρατε. [c] Δείπ. παρ'. [d] γρ. Διά.

Digitized by Google

ρίᾳ τῶν ὄντων ἐσχόλαζεν, καὶ μὴ βουληθεὶς πρὸς ἐπιμέλειαν ἀνθρώπων ἐκπέμπεται, μηδὲ τότε μόνῃ τῇ πράξει προσκείμενος, ἐπαγιὼν δὲ πρὸς ἐποπτείαν πολλάκις, ὅτε καὶ πρὸς τὴν μοσχοποιίαν ἐτράποντο. Τοιοῦτος Ἠλίας τῶν ἀνθρωπίνων ἀποδιδράσκων τὸν ὄχλον. Εἰ τοίνυν τοῖς ἁγίοις πόνῳ προσεγίνετο τῆς ἀληθείας ἡ κτῆσις, καὶ μετὰ μυρίας ἀναχωρήσεις Ἠλίας ἠξίωτο τοῦ Θεοῦ, πῶς εἰκὸς ἡμᾶς ἀκονιτὶ καὶ ποσὶν ἀνίπτοις ἐμβατεύειν τοῖς κρείττοσι; Δεῖ δὲ τὰς κοινὰς καὶ ἀξιολόγους αἰτίας [e] ἔχειν περὶ Θεοῦ ταῖς λέξεσιν ἐντυγχάνοντας. Ἀνθρώποις γὰρ οὕτω ἀνθρωπίνως ἡ Γραφὴ διαλέγεται. Ὥστε κἂν ὀργιζόμενον, ἢ λυπούμενον, ἢ μεταμελόμενον λέγῃ τὸν Θεὸν ἡ Γραφή, ζητεῖν προσήκει τὸ τῆς λέξεως βούλημα ταῖς περὶ Θεοῦ προσηκούσαις ἐννοίαις ἁρμόττον. Τῶν δὲ προφητειῶν, ἐπειδὴ περὶ μελλόντων εἰσὶν, οἱ ἀπὸ τῶν βασιλέων προγράφονται χρόνοι. Ἐπεὶ περὶ ἑτέρους [f] ἦν ἡ τότε κατάστασις τῶν παρ' Ἰουδαίοις πραγμάτων, ἡμελλεν δὲ τὰ μηδὲ πρὸς νοῦν ἐλθόντα μακροῖς ὕστερον χρόνοις γενήσεσθαι· ὡς ἂν γνωσθῇ πρὸ πόσου χρόνου ῥηθέντα μετὰ πόσον ἀπήντηκεν. Καὶ ὅτι, Ὅτε πεπλεόνακεν ἡ ἀσθένεια, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ δύναμις. Σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι συνέδραμον ἀλλήλοις κατὰ τὸν χρόνον. Ὥστε ἐν ἡμέραις Ὀζίου, καὶ ἐν ἡμέραις Ἱεροβοάμ. Μιχαίας ἐν ἡμέραις Ἰωὰδ καὶ Ἀχάζ. Σοφονίας ἐν ἡμέραις Ἰωσίου υἱοῦ Ἀμώς. Πρόκεινται δὲ νῦν βασιλεῖς, Ὀζίας, Ἰωὰς [g], Ἀχάζ, Ἐζεκίας· καὶ δείκνυσιν οὐκ ἐφ' ἑνὸς μόνου βασιλέως, ἐπὶ δὲ τῶν τεσσάρων, ἑωρακέναι τὰ κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ θεσπιζόμενα. Εὔροις γὰρ ἂν αὐτὸν ἐφ' ἑκάστης βασιλείας τοὺς Ἰουδαίους ἐλέγχοντα, προλέγοντά τε τὰ κατ' αὐτῶν μετὰ χρόνους κείμενα, μέχρι τέλους τῆς Βίβλου, ὡς εἶναι τὴν πᾶσαν ὑπόθεσιν, ὥς φησι, *κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὅρασιν*, ἣν ὡς ἐν κατόπτρῳ παρέδειξεν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Ἰουδαίαν* δὲ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐνταῦθα δηλοῖ, ἢ τὴν χώραν αὐτήν. *Ἱερουσαλὴμ* δὲ τὴν πόλιν, ἢ τὴν ἐν αὐτῇ τότε κατὰ τὸν νόμον λατρείαν· ὧν τὴν καθαίρεσιν, καὶ τὴν καινὴν τοῦ Χριστοῦ πολιτείαν προέδειξεν. Ἀπηλάθησαν γὰρ Ἰουδαῖοι διὰ τὸ ταῖς συνεχέσιν ἀπειθεῖν πρυτροπαῖς· ἐκλήθη δὲ τὰ ἔθνη τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης παυσάμενα. Μέλλων δὲ ὁράσεις κατ' Αἰγύπτου, καὶ Δαμασκοῦ, καὶ Βαβυλῶνος εἰπεῖν, καὶ πλείστων ἄλλων μεμνῆσθαι, ταῦτα μὲν ἐν δευτέρῳ πάντα πεποίηται. Ἐκ δὲ τῶν ἀφιερωμένων Θεῷ τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, κατὰ τὸ εἰρημένον· « Ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε. » Καὶ, « Δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται. » Καὶ, « Οἷς τὸ πολὺ δέδοται, τὸ πολὺ ἀπαιτηθήσονται. » Πλείστας γὰρ ἐκ Θεοῦ λαβόντες εὐεργεσίας, ἀνάξιοι τούτων ἐγένοντο. Καὶ σφοδρῶς ἐπιφέρεται ἄρχουσί τε καὶ ἑπομένοις, παραστήματι θείῳ παντὸς κινδύνου καὶ δέους ὑπερορῶν. Μία μὲν οὖν ἡ βίβλος. Εἴρηται δὲ

ut quoties ad veritatis indagationem nostræ non sufficiunt meditationes, divina sciamus ad judicandum opus esse gratia. Hac explicandi via incedunt Josephus et Daniel. Ad hæc assidua meditandi diligentia divina oracula mentibus nostris imprimuntur, et venerabiliora redduntur. Decet enim perpetuo vitæ cursu non cognitionis modo, sed actionis studio nos exerceri: non secus ac Moses [17], qui quadraginta annos in Ægyptiorum disciplinis versatus, simulato gregis pascendi studio, in solitudines secessit, in quibus rerum contemplationi vacaret, unde ad hominum curam advocatur invitus, ne tum quidem tamen soli actioni deditus, sed sæpe ad contemplationem reversus, eoque potissimum tempore, quo ad vituli confectionem animum adjecerant Israelitæ [18]. Talis fuit et Elias, qui solitudine delectatus hominum turbas solebat effugere [19]. Ergo si sanctis viris labore comparatur veritatis possessio, sique non nisi post infinitas solitudinum peragrationes, Deo dignus est habitus Elias [20]: qui justum putabitur, sine sudore et pulvere, illotisque pedibus, ad præstantiora aggredi? Decet vero communibus, et idoneis rationibus eos retineri qui scriptis de Deo incumbunt; cum mortales humano more alloquatur Scriptura. Itaque si iratum, si dolentem, sique pœnitentem dicat Deum, orationis sensus is est inquirendus, qui rectæ et legitimæ de Deo notioni non adversetur. Verum quia de futuris exsistunt prophetiæ, temporum series ab ipsis regibus prænotatur: quoniam penes eos tum rerum Judaicarum status versabatur, erantque ea quæ nondum venerant in mentem, longo postea tempore eventura: ut quam longo ante prædictæ sint tempore, quam impletæ, intelligatur. Ad hæc, quoniam, Cum abundavit infirmitas, superabundavit et virtus. Fere enim multi inter se tempore concurrunt. Vixit Oseas temporibus Oziæ, et Jeroboam; Michæas, Joab et Achaz, Sophonias, Joziæ, filii Amos. Proponuntur vero nobis Ozias, Joatham, Achaz, et Ezechias reges, doceturque non unius regis temporibus, sed quatuor, ea prophetæ visa esse, quæ adversus Judæam et Jerusalem vaticinatur. Reperias autem ipsum per regna singula Judæos insectantem, et quæ illis postea eventura essent ad usque librum ultimum ita prædicentem, ut facile appareat universum esse argumentum, sicut ipse ait, *Adversus Judæam et Jerusalem visionem*; quæ sit ei, tanquam in speculo, a Spiritu sancto demonstrata. *Judæam* autem hic, Judæorum gentem aut regionem, intelligit; *Jerusalem* vero urbem ipsam, aut cultum qui in ipsa ex legis instituto tunc vigebat: quorum excidium, recentisque per Chri-

[17] Act. VII, 22. [18] Exod XXXII, 1 seqq. [19] III Reg. XVII, 1 seqq. [20] III Reg. XIX, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[e] *Isa. gr.* ἐννοίας. [f] *gr.* ἐκείνους. [g] *gr.* Ἰωάθαμ.

Digitized by Google

stum regni institutionem prædixit. Abacti namque ideo sunt Judæi, quod crebro ad frugem provocati, monitis non paruerunt: vocatæ autem gentes, quod ab idolorum errore cessarunt. Visiones autem contra Ægyptum, contra Damascum, contra Babylonem narrare, plurimarumque aliarum rerum meminisse cum statuisset, e secundo loco expedit omnia sumpto ab iis, qui Deo consecrati sunt initio; juxta illud: « A sanctis meis incipite [21]. » Et: « Potentes potenter arguentur [22]. » Item: « Quibus multum datum est, multum exigetur ab eis [23]. » Cum enim multa in illos Deus contulisset beneficia, illis sese indignos præstitere. Insurgit autem vehementer in duces, et subditos, fiducia in Deum adversus omne periculum, et 5 metum fretus. Unicus porro quidem liber est; sed singillatim multa, variisque et magnis locorum, temporumque distincta intervallis, recenset: nec facile est cum verbis tempora componere, rebusque alio atque alio rege gestis, statum urbis assignare. In summam tamen si dictorum regum tempora colligas, quinquaginta consurgent anni; quos prophetæ complexa est oratio. Feruntur vero cum, divino agente impetu, ad populum concionaretur propheta, ei adfuisse aliqui (hos a commentariis vocant) qui verba ejus in templo portisque civitatis, ubi propter ingredientes turbas sermonem habebant, notis exciperent; quæ postea, cessante propheta, in unum colligebant.

A κατὰ μέρος ἐν διαφόροις καὶ μακροῖς καιρῶν διαστήμασι. Καὶ δυσχερὲς τοῖς λόγοις ἐφαρμόσαι τοὺς χρόνους, καὶ ταῖς κατὰ βασιλείαν πράξεσιν ἀποδιδόναι τὴν πολιτείαν. Ἐφ' ὅλοις γοῦν ἔτεσιν ὁ τῶν προκειμένων βασιλέων ἀπαρτίζεται χρόνος πεντήκοντα, ᾧ περιέκλεισε τὴν προφητείαν ὁ λόγος. Φασὶ δὲ, ὡς τοῦ προφήτου τοὺς παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγους κηρύττοντος παρῆσάν τινες οἱ λεγόμενοι ὑπομνηματογράφοι τὰ λεγόμενα σημειούμενοι, ἔν τε τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν ταῖς πύλαις. Ἐκεῖ γὰρ τοὺς λόγους ἐποιοῦντο, διὰ τὰ ἐπεισιόντα πλήθη. Μετὰ γοῦν τὴν διήγησιν τοῦ προφήτου, τὰ λεχθέντα συνέταττον.

CAPUT PRIMUM.

B ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Vers. 1. *Visio, quam vidit Isaias filius Amos, quam vidit contra Judæam, et contra Jerusalem, in regno Oziæ, et Joatham, et Achaz, et Ezechiæ; qui regnarunt in Judæa.*

Sensuum omnium ad veritatis indagationem certissimus est *visus*. Neque enim similiter auditus, et *visus*, quæ jucunda aut formidabilia sunt, percipiunt. Unde fit, ut rerum verarum contemplatio, propter evidentem earum fidem, *visio* nominetur. Ob id et *videns* propheta, et quæ ante sunt, prospiciens, dicebatur; sicut Amos, et Samuel: tum quod futurarum rerum notitiam haberet; tum quod divinæ voluntatis nutum contemplaretur. Est vero nostrarum partium ut ad *videndum* nos ipsi purgemus: Dei autem, ut ad rerum ineffabilium revelationem mentem nostram illustret. Quod autem *Visionis* vocabulum initio posuit, libri argumentum indicavit. Neque enim quam audiendo excepit, sed quam menti impressam habet, sententiam denuntiat. Est ergo ad eorum explicationem, *quæ videntur*, opus oratione: istaque tum Deus 6 informat, cum eorum, qui digni sunt, mentem attingit. Paternam vero prophetiam indicans, et patrem suum addit. Dupliciter item Videndi verbum sumitur partim quidem, ut Visionis notetur communio: partim autem, ut speciei statuatur differentia. Præterea sermonem facit visibilem, juxta quod in Exodo scribitur; « Cunctus autem populus videbat voces [23*]. » Cæterum, prophetarum alii quidem *Visionis*, alii autem *Verbi* vocabulum suarum vaticinationum exordiis præfixere. *Visionem* quidem Abdias; *Verbum*

α'. *Ὅρασις, ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς, ἣν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλὴμ, ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου, καὶ Ἰωαθὰμ, καὶ Ἄχαζ, καὶ Ἐζεκίου, οἱ ἐβασίλευσαν τῆς Ἰουδαίας.*

Ἀκριβεστέρα τῶν αἰσθήσεων *ὅρασις* πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν. Οὐχ ὁμοίως γὰρ ἀκοή τε καὶ *ὅρασις*, φοβερῶν, ἢ τῶν ἡδέων ἀντιλαμβάνονται. Δι' ὅπερ τῶν ἀληθῶν ἡ θεωρία, διὰ τὸ ἐναργὲς καὶ ἀναμφίβολον, *ὅρασις* προσηγόρευται. Δι' ὃ καὶ *ὁρῶν* ὁ προφήτης ἐλέγετο, καὶ ἔμπροσθεν βλέπων, ὡς Ἀμώς τε καὶ Σαμουήλ· τὸ μὲν, ὡς τὸ μέλλον *ὁρῶν*· τὸ δὲ, ὡς θεωρητικὸς τοῦ θείου βουλήματος. Ἔστι δὲ ἡμέτερον μὲν, τὸ πρὸς τὸ βλέπειν καθαίρεσθαι· Θεοῦ δὲ, καταυγάσαι τὸν νοῦν τῶν ἀπορρήτων πρὸς ἀποκάλυψιν. *Ὅρασιν* δὲ προτάξας, λόγων ἐπαγγελίαν ἐπήγαγεν. Οὐ γὰρ δι' ἀκοῆς ἐδέξατο, τῷ δὲ νῷ τυπωθεῖσαν ἐξαγγέλλει διάνοιαν. Λόγων μὲν οὖν χρεία *τῶν ἑωραμένων* πρὸς δήλωσιν. Ταῦτα δὲ Θεὸς ἐντυπεῖ τοῦ ἡγεμονικοῦ τῶν ἀξίων ἁπτόμενος. Πατρικὴν δὲ τὴν προφητείαν δεικνὺς, καὶ τὸν πατέρα προσέθηκεν. Διττὸν δὲ τὸ *εἶδεν*· τὸ μὲν, ἵνα δείξῃ τὸ κοινὸν τῆς *ὁράσεως*· τὸ δὲ, τοῦ ἰδικοῦ παραστατικόν. Λόγους δὲ δείκνυσιν *ὁρατοὺς*, κατὰ τὸ ἐν Ἐξόδῳ· « Καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἑώρα τὴν φωνήν. » Τῶν δὲ ἄλλων προφητῶν, οἱ μὲν *ὅρασιν*, οἱ δὲ *λόγον* τῆς προφητείας προέταξαν. *Ὅρασιν* μὲν, Ἀβδιοῦ, Ναοὺμ [b], Ἀββακούμ· *Λόγον* δὲ, Ὡσηὲ, Ἀμὼς, Μιχαίας, Ἰωνᾶς, Σοφονίας, Ἀγγαῖος, Ζαχαρίας. Ὁ Μαλαχίας δὲ, « Λῆμμα λόγου Κυρίου, » φησί. Καὶ ὁ Ναοὺμ, « Λῆμμα Νινευῆ. » Καὶ Ἀββακοὺμ, « Τὸ λῆμμα ὃ εἶδεν Ἀββακούμ· » δηλοῦντες, ὅτι οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν ἔχουσι τῆς προφητείας τὴν δύναμιν, ὡς

[21] Ezech. IX, 6. [22] Sap. VI, 7. [23] Luc. XII, 48. [23*] Exod. XX, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[b] *Alii.* Ναοὺμ, Ἀββακούμ.

Digitized by Google

τὸ *λῆμμα* ἴσον εἶναι τὸ ἰ ὄσμα παρὰ Θεοῦ· τὸ δὲ, « Ἐν χειρὶ Ἀγγαίου, » ταὐτὸν τῷ λήμματι δύναται. » Ὁ μὲν οὖν *Ἡσαΐας* προτάξας τὴν *ὅρασιν*, τοὺς λόγους ἐπήνεγκεν· ὁ δὲ Ἀμὼς λόγους προτάξας, τὸ, « Οὓς ἶδεν ἐπήγαγεν· » καὶ οἱ μὲν χρόνους ὁρίζουσιν, οἱ δὲ ἀχρόνως συνέγραψαν. Καὶ οἱ μὲν τοῦ γένους βασιλέας προέγραψαν· οἱ δὲ τῶν Βαρβάρων ἴσως, διὰ τὸ τότε κρατεῖν ὡς ἐπισημοτέρους ἄρχοντας. Καὶ τοὺς ἑαυτῶν πατέρας οἱ μὲν ἐνέθηκαν, οἱ δὲ παρέλιπον. Καὶ τάχα φασὶν, οἱ μὲν ἐξ ἐπισήμων πατέρων, διὰ τὸ εὐπαράδεκτον· (πιστότεροι γὰρ οἱ γνωριμώτεροι)· οἱ δὲ τῶν ἀσήμων παρεσιώπησαν. Λέγουσι δὲ μὴ τὸν ἕνα τῶν δώδεκα τοῦ *Ἡσαΐου* τὸν πατέρα τυγχάνειν· ἐκεῖνος γὰρ Ἀμὼς ψιλῶς λέγεται, καὶ ἑρμηνεύεται λόγος σκληρός. Ὁ δὲ τοῦ *Ἡσαΐου* δασύνεται, καὶ σημαίνει τελέωσιν, καὶ δύναμιν, καὶ ἰσχύν. *Ὀζίας* δὲ ὁ αὐτὸς καὶ *Ἀζαρίας* ἐλέγετο. Ἐν μὲν γὰρ τῇ δευτέρᾳ τῶν Παραλειπομένων, *Ὀζίας* εἴρηται· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τῶν Βασιλειῶν, *Ἀζαρίας*, καὶ πατρὸς τοῦ αὐτοῦ καὶ μητρός. Ἡ μὲν γὰρ μήτηρ Χανᾶ· ὁ δὲ πατὴρ Ἀμασίας. Καὶ χρόνος τῆς βασιλείας ὁ αὐτὸς, πεντήκοντα δύο ἔτη. Ἐπὶ *Ὀζίου* δὲ τοῦ καὶ Ἀζαρίου ἐπροφήτευσεν ἰ *Ἡσαΐας*, Ὡσηὲ, Ἀμώς. Ἀλλ' ἐπειδὴ, ἀρχὴ λόγου Κυρίου πρὸς Ὡσηὲ, μήποτε πρῶτος ἦρξατο προφητεύειν; καὶ ἐπειδὴ ὁ Ἀμὼς, πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ, μήποτε πρὸ *τῆς Ὁράσεως Ἡσαΐου*, ἐν ᾗ φησιν, Ἐπήρθη τὸ ὑπέρθυρον;

A vero, Oseas, Amos, Michæas, Jonas, Sophonias, Aggæus, Zacharias. Malachias autem : « Assumptio verbi Domini, » ait. Et Naum, « Assumptio Ninivæ. » Et Habacum : « Assumptio, quam vidit Habacum ; » ut se non a seipsis vaticinandi potestatem habere docerent ; idemque *assumptionis* verbo, ac Dei dono significari. At illud, « In manu Aggæi, » non diversum habet ab Assumptione intellectum. *Isaias* ergo, *Visionis* præfixo nomine, verba subjunxit ; Amos vero, verbis præmissis, quæ vidit, intulit. At inter eos, qui tempora definiunt (sunt enim et qui neglecta eorum ratione scripserunt) alii quidem gentis, alii autem Barbarorum reges scriptioni suæ præfixerunt ; ea fortasse ducti ratione, quod rebus potirentur, essetque eorum illustrius imperium. Non desunt etiam, qui patres suos addiderint ; quos alii prætermiserunt. Nec est a vero forsan quod aiunt, alienum, eos, qui celebriores essent, quo fidem magis facerent, a filiis esse nominatos ; cum iis facilius credamus, quos præstantiores putamus ; qui autem obscuri haberentur, silentio prætermissos. Ferunt autem *Isaiæ* patrem non ex XII prophetis esse aliquem. Illum enim Amos tenuiter efferri, sermonemque durum significare ; *Isaiæ* autem parentem aspirari, perfectionemque et virtutem, et robur innuere. Idem vero ipse *Ozias* et *Azarias* dicebatur. Nam Paralipomenon altero, *Ozias* nominatur [24] ; et Regum secundo, *Azarias* [25] ; cujus idem uterque parens. Est enim mater Chana ; pater vero Amasias. Sunt et regni tempora eadem, anni LII. Sub *Ozia* autem, et qui Azarias vaticinati sunt *Isaias*, Oseas et Amos. Annon vero quia principium verbi Domini ad Oseam, in Osea legimus, primus et ipse vaticinari cœpit ? Quia deinde ante duos annos terræ motus incepisse se scribit Amos ; annon et ante *Isaiæ visionem*, qua elevatum superliminare dicit, prophetare aggressus videatur ?

B

β'. *Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν.*

Καταπλήττει τοὺς *ἀκούοντας*, ὡς καὶ τῶν ἀναισθήτων αἰσθανομένων Θεοῦ λόγων, οὓς αὐτοὶ λογικοὶ ὄντες ἀπώσαντο. Ἴσως δὲ οὐ λόγων ἀκροατὰς ἀξιοπίστους ζητῶν, μέλλων [k] δὲ δικαστὰς, ἐφ' ὧν ἤμελλε κατηγορεῖν τοῦ λαοῦ, τὰς ἐν *οὐρανῷ* δυνάμεις, καὶ τὰ ἐπὶ *γῆς* ἥκα [l] συγκαλεῖ τὰ ἔθνη προαιτιώμενος, ἅπερ ἀντ' Ἰουδαίων [m] τῶν ἀγνωμόνων κέκληκεν ὁ Θεὸς, οἳ καὶ τῆς ἐκείνων ἀγνωμοσύνης καταδικάζουσιν. Ἤγουν ἐπειδὴ μετὰ μακροὺς ἤμελλε γενέσθαι τὰ θεσπιζόμενα χρόνους, καὶ πρὸς τὴν ἔκβασιν οὐδεὶς ἂν τῶν *ἀκουόντων* διετέλεσε ζῶν, τὰς θείας δυνάμεις, καὶ τὰ διαιωνίζοντα μέρη τοῦ κόσμου καλεῖ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἐκβησομένων ἐς ὕστερον μαρτυρίαν. Μήποτε δὲ, ὡς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους μηκέτι φωνῆς ἀξίου θείας ὑπάρχοντος, τῶν ἐθνῶν ἐπικαλεῖται τοὺς *οὐράνιον* ἔχοντας φρόνημα, καὶ τοὺς γεωδεστέρους ; Διὸ τοῖς μὲν πρώτοις, ὡς συνετοῖς, τὸ *ἀκούειν* ἀπένειμεν· τοῖς δὲ δευτέροις, τὸ *ἐνωτίζεσθαι*. Σωματικώτε-

C

VERS. 2. *Audi, cœlum, et auribus percipe, terra : quoniam Dominus locutus est.*

Perterret *auditores*, tanquam ea, quæ sensu carent, Dei voces audiant ; quas, qui ratione præditi sunt, repulerunt. Forsan autem non orationis auditores fide dignos, sed eorum judices potius, quorum erat populum accusaturus, postulans, quæ in *cœlo*, quæque in *terra* sunt, virtutes statim appellat ; gentes obscure significando, quæ a Deo in ingratorum Judæorum locum vocatæ, illorum pervicaciam condemnant. Vel certe, quia longis postea temporibus quæ vaticinabatur futura erant, suumque sortitura exitum (cum eorum, qui tum audierant, nullus esset superstes futurus) divinas virtutes, sempiternasque mundi partes, in eorum etiam, quæ postea essent eventura, testimonium vocat. Fortasse vero, tanquam Judæorum gens Dei voce digna amplius non sit, eos, qui ex gentibus *cœleste* aliquid saperent, et qui *terrena* avidius amplecterentur, inclamat : ideoque prioribus quidem, tanquam prudentibus, *audiendi* verbum ; al-

D

[24] II Paral. XXVI, 1 seqq. [25] IV Reg. XIV, 21.

VARIÆ LECTIONES.

[i] γρ τῷ. [j] γρ. ἐπροφήτευσαν. [k] γρ. μᾶλλον. [l] Ἰσ. λείπ. αὐτίκα. [m] γρ. ἀντ' Ἰουδ.

Digitized by Google

teris autem, *auribus percipiendi*, attribuit. Est enim *auribus percipere* crassius. Vel certe quoniam inter Judæos erant sublimes aliqui, veluti prophetæ, 8 et similes, quamvis pauci; reliqui autem *terrenis* et humilibus rebus addicti : sic utrosque appellavit. Fortassis autem eos in testimonium vocat, quorum temporibus lex data est; ut illis præsentibus ejus arguatur violatio. Sic enim ait : « Congregate ad me tribunos vestros, et seniores vestros, et judices, atque doctores, ut loquar in aures ipsorum, et tester adversus eos cœlum et terram [26]. » Eo fine et Moses ipsos, tanquam testes, advocat : « Audi, cœlum, et loquar; audiat terra verba oris mei [27]. » At illa ut procul dubio eventura significaret, subjungit : *Quia locutus est Dominus.* « Dixit enim Deus, et facta sunt [28]. » Quemadmodum igitur Israelitici populi tum fuit manifestissima assumptio, cum pro eo in Ægyptiorum cæterorumque hostium perniciem, cuncta moverentur, quæ Deus creavit, sic et eorum rejectionem omnibus apertam esse voluit. Præterea, quoniam, despecta lege, creaturæ servierant potius quam Creatori [29], militiam cœli, et quæ materia constant, idola adorantes [30]; eorum circa hæc impietatem mira prudentia per invocationem subinnuit. Ob id et prophetam quemdam sic alloquitur Dominus : « Surge, et contende judicio adversus montes, et audiant colles vocem tuam. Audiant montes judicium Domini, et valles fundamenta terræ; quoniam judicium est Domini cum populo suo, et cum Israel dijudicabitur [31]. » Non enim ad montes et colles, sed ad impietatem, quæ in montibus et collibus patratur, judicium refertur. Ad hæc memoriæ aculeum ipsis præbuit. *Cælum* enim et *terra* perpetuo, si spectentur, beneficiorum acceptorum oblivionem ab intuentium animis excutiunt. Ad omnes igitur *audiendi* verbum referri putandum est, cum de hominibus sermo habeatur, quos *filiorum* appellatione dignatur. Deinde, quoniam omnis homo anima constat, et corpore, quæ *cæli terræque* participia, cognationem habent cum utroque; per ea, quæ maxime illi usitata sunt et propria, peccatum ipsius arguit.

ρον γὰρ τὸ δι' ὤτων *ἀκούειν*. Ἢ γοῦν [n] ἐπειδὴ καὶ ἐν τοῖς Ἰουδαίοις ἦσάν τινες ὑψηλοί, οἷον προφῆται, καὶ τοιοῦτοί τινες, εἰ καὶ σπάνιοι· τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν *γεώδες* καὶ ταπεινόν, ἀμφοτέρους ἐκάλεσεν. Τάχα δὲ καλεῖ *μάρτυρας*, ἐφ' ὧν ἡ τοῦ νόμου δόσις ἐγένετο, τὴν παρανομίαν ἐπὶ τῶν αὐτῶν διελέγξαι βουλόμενος. « Ἐκκλησιάσατε γάρ, φησί, πρός με τοὺς φυλάρχους ὑμῶν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὑμῶν, τοὺς κριτὰς, καὶ τοὺς γραμματοεισαγωγεῖς, ἵνα λαλήσω εἰς τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ διαμαρτύρωμαι αὐτοῖς τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. » Διὸ καὶ Μωϋσῆς ἐπικαλεῖται τούτους ὡς *μάρτυρας*· « Πρόσεχε, οὐρανὲ, καὶ λαλήσω· καὶ ἀκουέτω γῆ *ῥήματα* ἐκ στόματός μου. » Τὸ δὲ πάντως ἐκβήσεσθαι ταῦτα δηλῶν, ἐπήνεγκεν· *Ὅτι Κύριος ἐλάλησεν.* « Ἐπεὶ γὰρ, φησὶν, Θεὸς ἔφη, καὶ γίνεται. » Ὡς τοίνυν ἐπισημοτάτη γέγονεν ἡ πρόσληψις τῶν ἐν Ἰσραὴλ, πάσης κατ' Αἰγυπτίων καὶ τῶν ἄλλων πολεμίων κινηθείσης τῆς κτίσεως· οὕτω καὶ τὴν ἀποβολὴν πᾶσιν ἐθέλει γνωρίζεσθαι. Καὶ πάλιν, ἐπεὶ παριόντες τὸν νόμον ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, στρατιὰν *οὐρανοῦ* καὶ τὰ ἐξ ὕλης προσκυνήσαντες εἴδωλα, οἰκονομικώτατα τὴν ἐν τούτοις αὐτῶν ἀσέβειαν ὑπαινίττεται διὰ τῆς ἐπικλήσεως. Διὸ καὶ πρὸς ἕνα φησὶ τῶν προφητῶν ὁ Θεός· « Ἀνάστηθι, καὶ κρίθητι πρὸς τὰ ὄρη, καὶ ἀκουσάτωσαν οἱ βουνοὶ φωνῆς σου. Ἀκούσατε, οἱ βουνοὶ, τὴν κρίσιν τοῦ Κυρίου, καὶ φάραγγες, θεμέλια τῆς γῆς, ὅτι κρίσις τῷ Κυρίῳ πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦ Ἰσραὴλ διελεγχθήσεται. » Οὐ γὰρ πρὸς ὄρη καὶ βουνοὺς ἡ κρίσις, πρὸς αὐτὴν δὲ τὴν *ἀσέβειαν* τὴν ἐν ὄρεσι καὶ βουνοῖς. Πρὸς δὲ τούτοις κέντρον μνήμης παρέσχεν αὐτοῖς. *Οὐρανὸς* γὰρ καὶ *γῆ* διὰ παντὸς θεωρούμενα τὴν τῶν ὁρώντων λήθην ἐξέκρουεν, ἐφ' ὧν αὐτοὺς ἐποιήσαντο. Ἐπὶ πάντων *ἀκούειν* λεκτέον [o]· πρὸς ἀνθρώπους γὰρ ὁ λόγος, οὓς ἐκάλεσεν *υἱούς*. Καὶ ἐπεὶ πᾶς ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς οὐρανίας καὶ σώματος γηΐνου συνέστηκε, καὶ συγγένειαν ἔχει πρὸς *οὐρανόν τε καὶ γῆν*, ἐπὶ τῶν οἰκειοτάτων αὐτοῦ τὴν ἁμαρτίαν ἐλέγχει.

9 *Filios genui, et exaltavi : ipsi autem me spreverunt.* [VERS. 3.] *Cognovit bos possessorem, et asinus præsepe domini sui; Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit.*

Verbo, qui Deus est, congrua videtur oratio, cum de ratione præditis animalibus dicit : *Filios genui, et exaltavi. Genuit* vero utralibet spectes ratione : sive quod, cum nihil antea essent, eos primum creavit : sive quod virtutis et doctrinæ studio meliores effecit : qua etiam ratione *exaltavi* verbum hic usurpat. Eadem vero et Paulus eos parturit [32], in quibus Christum oportet informari. Legem enim ipsis dedit, prophetasque misit. Vel *exal-*

Υἱοὺς [p] *ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν.* [γ'.] *Ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Ἰσραὴλ δέ με* [q] *οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός μου οὐ συνῆκεν.*

Τῷ Θεῷ Λόγῳ πρέποι ἂν τὸ περὶ ψυχῶν εἰπεῖν λογικῶν, *Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα. Ἐγέννησε* δὲ κατ' ἀμφότερα· τοῦτο μὲν, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγών· τοῦτο δὲ, κατ' ἀρετὴν καὶ δόγματα σπουδάσας ἀποδεῖξαι βελτίονας· καθὼς καὶ τὸ *ὕψωσα* λέγεται. Οὕτω καὶ Παῦλος ὠδίνει τοὺς ἐν οἷς δεῖ μορφωθῆναι Χριστόν. Νόμον γὰρ αὐτοῖς παρέσχε, καὶ προφήτας ἀπέστειλεν. Ἢ τὸ *ὕψωσα*, διὰ τὸ ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς μετὰ δόξης Αἰ-

[26] Deut. xxxi, 28. [27] Deut. xxxii, 1. [28] Psal. xxxii, 9. [29] Rom. i, 25. [30] IV Reg. xvii, 16; Jerem. ii, 27. [31] Mich. vi, 1, 2. [32] Galat. iv, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[n] γρ. ἤγουν. [o] *Ισ. Λειπ.* οὖν, ἢ, δέ. [p] Θ. Σ. ἐξέθρεψα. [q] A. Θ. μου.

Digitized by Google

γύπτου, και τοσαῦτα κατὰ τῶν λυπούντων ἐπιτελέσαι παράδοξα. Καὶ πατρικὴν δὲ πρόνοιαν ὑπὲρ αὐτῶν ἐπεδείξατο· οἷον, ἄρτον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ τράπεζαν ἐν ἐρήμῳ διδούς. *Υἱοὺς* οὖν αὐτοὺς, καὶ ὡς κτίσματα καλεῖ νοερὰ, καὶ ὡς πλείονος παρὰ τοὺς ἄλλους τυχόντας κηδεμονίας, ὅτε ἐγενήθη « Μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτῶν Ἰσραήλ. » Διόπερ αὐτοὺς καὶ τῆς προσηγορίας ταύτης ἠξίωσεν, εἰ καὶ ἀνάξιοι ταύτης ἐγένοντο. Διὸ καὶ τὴν *υἱῶν* προσηγορίαν ἔσχον εἰκονικήν. Ἡ γὰρ ἀληθὴς υἱοθεσία ἐκείνων ἐστὶν, « Οἷς ἔδωκεν ἐξουσίαν υἱοὶ Θεοῦ γενέσθαι, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν· » ὡς πρὸς ἀντιδιαστολὴν πρωτότοκος Ἰσραὴλ, ἀλλ' οὐ μονογενὴς εἴρηται· μὴ τοίνυν Ἰουδαῖοι φρονείτωσαν ἀκούοντες, Υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ· ἐπεὶ καὶ Κάϊν πρωτότοκος ὢν κατηράθη, θαυμασθέντος τοῦ Ἄβελ. Καὶ Ἰσμαὴλ πρωτότοκος, ἀλλ' οὐ κληρονόμος· καὶ Ἡσαῦ πρωτότοκος, ἀλλ' ἐμισήθη. « Τὸν Ἰακὼβ γὰρ ἠγάπησα, φησὶν, τὸν δὲ Ἡσαῦ ἐμίσησα. » Καὶ Ῥουβὴν πρωτότοκος, ἀλλ' ἀπεβλήθη, εἰς τὴν περὶ Χριστοῦ ἐπαγγελίαν, Ἰούδα προτιμηθέντος. Θεὸς μὲν οὖν, τὸ ἐπ' αὐτῷ, καὶ *γενναῖα καὶ ὑψοῖ*, καὶ δίδωσι τοῖς ἀξίοις εἰπεῖν, « Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Οἱ δὲ ἐξ Ἰσραὴλ ἠθέτησαν αὐτὸν, οὐ φοβηθέντες ὡς Θεὸν, οὐχ ὡς πατέρα τιμήσαντες. Τὸ γὰρ σέβας τοῖς εἰδώλοις ἀπένειμαν, λέγοντες « τῷ ξύλῳ· Θεός μου εἶ σύ· καὶ τῷ λίθῳ· Σύ με ἐγέννησας, » τὸν διάβολον ἐπιγεγραμμένοι πατέρα. Ὁ γὰρ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, φησὶν, ἐκ τοῦ διαβόλου γεγέννηται. Καὶ τοῖς πονηρευομένοις φησίν· « Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ. » Ταῦτα δὲ καὶ προφητικῶς τῷ Σωτῆρι λέγειν ἁρμόττει, μήτε προσδεξαμένων, καὶ σταυρῷ τετιμηκότων αὐτὸν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, μόνοις αὐτοῖς ἐξ ἁπάντων ἐπιδημήσαντα τῶν ἐθνῶν. Διόπερ φησίν· *Ἰσραήλ με οὐκ ἔγνω. Καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν.* Οὐ γὰρ *συνῆκαν*, οἷος ἄρα αὐτὸς ἦν, ὁ καὶ τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἀνθρωπείῳ σχήματι διαφόρως ἑωραμένος. Τοιγαροῦν φησιν· « Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ ἴδεν, καὶ ἐχάρη. » Καὶ· « Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, καὶ οὐκ ἠθελήσατε! » Περὶ παντὸς μὲν οὖν ἀνθρώπου, τὸ κατ' εἰκόνα καὶ τὴν λογικὴν ἀπολωλεκότος ἀξίαν εἴρηται· καὶ, « Ὃς ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσιν τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς[r]· » Ἰουδαῖοι δὲ, τοσαύτης τιμῆς ἀπολαύσαντες, μὴ μόνον λογικοὶ γενόμενοι, ἀλλὰ καὶ Θεοῦ χρηματίσαι[r] *λαὸς*, οὗτοι δὴ, φησὶν, ἀλόγων κτηνῶν πεφήνασιν ἀλογώτεροι, μήτε κατὰ *βοῦν*, *τὸν δεσπότην γινώσκοντες*. Φυσικὴ γὰρ τοῦτον φαντασία *γινώσκει*. Μήτε κατὰ *ὄνον*, *τὴν φάτνην τοῦ κυρίου* αὐτοῦ.

δὲ ἀκροαταὶ οἱ τοὺς τῶν προφητῶν λόγους ἐνέκριναν, τοὺς τῶν ψευδοπροφητῶν ἀποδοκιμάζοντες πνεύματι κριτικῷ, κατὰ τὸν λέγοντα, ᾧ μὲν προφητείαν δεδόσθαι, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων. Πάντων δὲ τούτων ἐκπεσόντες μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιβουλὴν *ἐμπαίκταις κυρίοις καὶ νεανίσκοις ἄρχουσι* παρεδόθησαν. Διπλῆ δὲ τιμωρία, καὶ ἀφαιρεθῆναι τὰ ἀγαθὰ, καὶ παραδοθῆναι τοῖς χείροσιν. Χαλεπὴ γὰρ τιμωρία, τὸ ὑπὸ *νεανίσκων ἄρχεσθαι* πόλιν. Μυρία γὰρ ὑπὸ κουφότητος κακὰ συνέζευκται τῇ νεότητι. Ἐνικῶς δὲ εἰπὼν τὰ χρηστὰ, *ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν*, καὶ τ' ἄλλα πρὸς πλῆθος ἀπειλεῖ κακά. Οὐχ ὅτι ἡλικίαν δὲ νέος κατηγορεῖται, ἀλλ' ὁ νεαρὸς τὸ ἦθος. Ἐπεὶ καὶ πρὸς... ἰ διελέγετο, « Μὴ λέγε ὅτι νεώτερός εἰμι, » δεικνὺς μὴ οὖσαν ἐν αὐτῷ τὴν νεότητα, διὰ τὴν τῆς διανοίας τελείωσιν. Ἐμπαῖκται γὰρ *κυριεύσουσιν* ὑμῶν τῶν παραστησάντων ἑαυτοὺς δούλους τῇ ἁμαρτίᾳ. Ὁ γὰρ κοινὸς ἐχθρὸς γινόμενος *κύριος*, οὐχ ὡς ἰδίοις χρῆται τοῖς ὑπὸ χεῖρα, ἀλλ' ὡς ἐχθροῖς ἐμπομπεύει κατεπαιρόμενος αὐτῶν, καὶ *κυρίου*, οὗπερ τούτους ἀπέστησε. Τοιγαροῦν ὁ τῆς ἐκεῖθεν ἐνεργείας ἐπαισθανόμενος, φησὶν, ὅτι « Αἱ ψόαι μου ἐπλήσθησαν ἐμπαιγμάτων. » Τούτους δὲ τοὺς *ἐμπαίκτας* οὐκ αὐτός φησιν ἐπιστήσειν ὁ Κύριος, ὡς τοὺς *νεανίσκους ἄρχοντας*. Ἀφ' ἑαυτῶν δὲ *κυριεύειν*, φησὶν, ἑκάστου τὸ κυριευθῆναι παρ' αὐτῶν, διὰ τῶν ἔργων ἐπισπωμένων. Ἐμπαίξαντες δὲ πρὸς τοῦ σταυροῦ τῷ Χριστῷ, νεωτέρᾳ παρεδόθησαν τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ· *ἐμπαῖκται* δὲ καὶ αὐτῶν ἐκυρίευσαν, οὐκ ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἀλήθειαν, μόνον δὲ πρὸς τὸ δοκεῖν διακείμενοι· ἔσθ' ὅτε καὶ χρήμασιν ὠνούμενοι τὸ καλεῖσθαι *ῥαββί*. Τοὺς δὲ τοιούτους πῶς οὐκ ἄν τις εἴποι καὶ *νέους* εἶναι τὸ φρόνημα; τοιούτους ἔστιν αὐτοὺς Ἰουδαίων διδασκάλους ἰδεῖν. Ἀπεὶη δὲ τοιαύτην Ἐκκλησίαν ὁρᾷν ἀγομένην ὑπὸ τῶν πανουργίᾳ δηλούντων τὸν λόγον, ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ πιθανολογίας ἐξαπατώντων τοὺς ἀκεραίους. Οὓς ἄν τις εἰκότως *ἐμπαίκτας* καλέσειεν. Ἀλλ' εἰς ὅ τι φέρει ταῦτα τέλος, ἐπήνεγκεν, ὅτι *συμπεσεῖται ὁ λαὸς ἄνθρωπος πρὸς ἄνθρωπον*, πᾶσαν δεικνὺς ἀμιξίαν καὶ ταραχὴν, αἰδοῦς ἁπάσης ἀνῃρημένης καὶ τάξεως· φανερῶς δὲ, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων ἔτι, τὰ τῆς ἐσχάτης ἁλώσεως ἐκδιηγεῖται κακά. Στάσεως γὰρ καὶ φόνου τὴν πόλιν ἀνέπλησαν, μηδὲ φόβῳ τῶν πολεμίων ἀλλήλοις ὁμονοήσαντες, ἀλλήλοις δὲ *φιλαρχοῦντες* ἐπῆσαν, μηδενὸς ἐμμένοντος *πρεσβυτέρου* διδάγμασιν· ἔχων δέ τις ἐκ βίου τὴν ἀτιμίαν, κατὰ σεμνοῦ τὸν τρόπον ὡπλίζετο. Ἐκτετηκότες δὲ λιμῷ, καὶ ἀλλήλων γευσάμενοι, προστάτας τοὺς δοκοῦντας πλουτεῖν ἐπεγράφοντο, καὶ συγγενεῖς, εἴπως διὰ τὸ γένος ἐπικλασθεῖεν πρὸς ἔλεον, οὐκ ἀγαθοὺς ζητοῦντες ἄρχειν, ἀλλὰ τοὺς τρέφοντας.

A *quagenarii*, tanquam in acie militari; et ut probabile est, *mirabiles consiliarii*, scientiarumque periti *architecti*, ut cum Paulo Ecclesiæ constructore, loquar [55]; *prudentes* item *auditores*, qui de prophetarum oratione judicare, discretionisque spiritu, falsos a veris, juxta traditam aliis prophetandi, aliis discernendi facultatem, dijudicare et rejicere possent. At his jam destituti omnibus post meditatas in Christum insidias, *derisoribus dominis, juvenibusque principibus* traditi sunt. Nec vero unum et simplex ultionis genus est, quod bonis privatos, deterioribus etiam traditum iri minatur. Non enim leve malum est a *juvenibus rempublicam* administrari, quos mille, propter levitatem et inconstantiam, obnoxios esse constat incommodis. B Singulariter autem cum *validum et validam*, cæteraque alia utilium ratione comprehensa, dixisset: multitudinis numero quæ mala sunt comminatur; non quidem ætate, sed moribus *juvenem* accusans. Siquidem 66 et Dominus ipse, cum Jeremiam conveniret, ne se juniorem esse diceret, prohibuit [56]; ut *juvenem* esse minime, qui mentis esset senili perfectione præditus, ostenderet. *Illusores* enim vobis *dominabuntur*, qui vos in peccati jugum servitutemque dederitis. Cum enim communis ille hostis in suum dominium, suamque possessionem venit, non tanquam domesticis suis utitur subjectis; sed in eos superbe, veluti de hostibus triumphans, insultat, ne Domino quidem ipsi parcens, a C quo deficere eosdem ad se curavit. Inde est igitur, quod qui vires illius expertus erat, lumbos suos illusionibus plenos esse clamabat [57]. At ejusmodi *illusores*, sicut *principes juvenes*, non se jam daturum dicit Dominus; sed esse sponte sua *dominaturos*, qui ab unoquoque ad *dominandi* licentiam operibus attrahantur. Ante crucem vero quoniam Christo *illuserunt*: recentiori Romanorum imperio traditi sunt, eisque dominati sunt *illusores*, qui veritate nulla, sed virtutis opinione tantum ducebantur: imo etiam qui pecuniis aliquando Rabbi cognomentum sibi comparabant. Tales autem quis non mente *juvenes* esse statuat? Ejusmodi omnino exsistere Judæorum magistros constat. Absit vero, ut ab his, qui privati commodi D studio, versute probitatem simulant, incautosque auditores plausibilibus illis quidem, sed falsis verbi interpretationibus in fraudem deducunt, eodem redigi Ecclesiam conspiciamus. Hos autem quis non *illusores* jure dixerit? Cæterum, ut quem exitum ista tandem habitura sunt, non dubites, *collapsurum populum, et hominem in hominem*, addit, ut confusionem meram, et perturbationem, omnisque pudoris et ordinis eversionem fore notaret. Aperte porro, nec jam per ænigmata, expugnationis ultimæ damna explicat. Seditione enim, et cæde urbem replerunt: non hostium

[55] I Cor. III, 10. [56] Jerem. I, 7. [57] Psal. XXXVII, 8.

VARIÆ LECTIONES.

1 *al.* Ισ. Ἱερεμίαν Κύριος οὕτως.

Digitized by Google

nectu inter se cohærentes, sed *dominandi* studio alter in alterum delati : non denique *seniorum* monita quidquam facientes ; sed, ut quique erant scelere et turpitudine vitæ maxime infames, ita in probos et honoratos viros armis insultabant [58].

67 Fame præterea tabescentes seseque mutuo depascentes, cum duces præsidesque quærerent, eos sibi, quos ditiores esse putabant, vel genere propinquiores, quo possent ad misericordiam magis commoveri, non bonos amplius, sed a quibus sustentari, nutriri que valerent, ascribebant : qui rursus et ipsi parem cum illis penuriam opponebant. Furente enim seditione, non eorum amplius, qui reliquis præesse possent, æquo suffragiorum jure delectus habebatur : sed obvius quivis assumebatur [59]. Facessat vero ab Ecclesia morbus hic ; neque eum, qui nuptialibus vestibus careat, quique spiritualibus epulis exceptos pascere, et verum panem illum cor hominis roborantem confirmantemque, ex mentis occulto penu depromere non possit, in ducem nobis unquam assumamus. Atque equidem apud Judæos, qui ad imperium vocabantur, ea se, quibus carebant, habere haudquaquam pollicebantur : sed apud nos non desunt, qui nec Christum induti, nec visceribus misericordiæ commoti, nec ad imperandum vocati, ultro festinare non verentur. Egerent vero illi præclaro et honesto Verbi vestimento, quo animæ suæ turpitudinem occultarent. Cæterum qui vocati sunt, non eos a se *principatum* simpliciter, sed *populi* hujus tantum, rejecisse significat ; causamque addit, cum *Jerusalem relinqui* subjungit. Olim siquidem in manu Domini connexionis vinculo servata, nunc *relicta* est ; sublatisque firmamentis ipsa *concidit Judæa*. *Iniquorum vero linguas* habuerunt, qui toti a Deo abhorrentes, in cujus lege die ac nocte meditari debuerant, Samaritanum, edacem, vinosum, nothum denique, et dæmoniacum dicere non erubuerunt. Quibus de causis non immerito tendi retia volatilibus quis dixerit. At improborum hominum non potest non infelix esse exitus. Omni ergo amissa prorsus confidentia, ad Deum sese erigere non possunt. Tam gravia enim eorum exsistunt scelera, ut *Sodomitis* ipsis comparentur ; quorum exemplo, nullo pudore sua etiam flagitia propalare, illisque gloriari, et omnibus *prædicare* non dubitent. Ut enim Sodomitæ viros a **68** Loto deposcentes [60], suam ipsi libidinis nequitiem aperte demonstrarunt ; sic et isti profecto suam improbitatem, dum voce elata : « Tolle, tolle ; crucifige eum [61], » Pilato inclamarunt. At quicunque in alium mala cogitat, ipse sibi damnum meditatur ; non secus ac tela, quæ in solida corpora mittuntur, in eos, a quibus prodeunt redire videmus. Quodnam ergo istud est *consilium? Ligemus justum, quoniam inutilis est nobis.* — *Ligatum* enim ad Caipham Christum deduxerunt. Est porro justitia

A Οἱ δὲ πενίαν ἴσην ἀντιπρούβάλοντο. Κατακρατούσης δὲ τῆς διαστάσεως, οὐκ ἀπὸ συμφώνου τὴν ἐκλογὴν τῶν ἄρχειν δυναμένων ἐπεποίηντο. Ἕκαστος δὲ τοῦ προστυχόντος ἐπελαμβάνετο. Ἐληλάσθω δὲ τῆς ἐκκλησίας τὸ πάθος, ὥστε τὸν ἀποροῦντα γαμικῶν ἐνδυμάτων [k] ὠχεύοντά τε βρωμάτων πνευματικῶν, καὶ τὸν ἀληθινὸν ἄρτον τὸν στηρίζοντα καρδίαν ἀνθρώπου ἐν τῷ κ[ρυπ]τῷ τῆς διανοίας οἴκῳ μὴ ἔχοντα πρὸς ἡγεμονίαν καλεῖν. Καὶ παρὰ μὲν Ἰουδαίοις οἱ καλούμενοι πρὸς ἀρχήν, ὃ μὴ εἶχον, οὐκ ἐπηγγέλλοντο. Παρ' ἡμῖν δέ τινες οὐ Χριστὸν ἐνδεδυμένοι, οὐ σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, πρὸς ἀρχὴν πηδῶσι καὶ ἅκλητοι. Ἐδέοντο δὲ ἱματίου εὐσχήμονος, καὶ κοσμίου λόγου, τοῦ καλύπτοντος αὐτῶν τῆς ψυχῆς τὴν ἀσχημοσύνην. Οἱ δὲ κληθέντες οὐ καθόλου τότε παρ-

B ητήσαντο τὴν *ἀρχὴν*, τὴν δὲ τοῦ *λαοῦ τούτου*. Καὶ τὴν αἰτίαν φασὶν, ὅτι *Αἰτεῖτε Ἱερουσαλήμ*. Ὑπὸ χειρὸς γὰρ Κυρίου τῷ δεσμῷ τῆς συναφείας κεκρατημένη [l], νῦν *ἀποβέβληται*, καὶ πέπτωκεν Ἰουδαία τῶν στηριγμάτων ὑφαιρεθέντων, *ἀνόμων* δὲ *γλῶσσαν* ἐκτήσαντο, τὴν καρδίαν πρὸς τὸν Θεὸν ἀλλοτρίαν κτησάμενοι, καὶ ἀντὶ τοῦ μελετᾷν ἐν νόμῳ Κυρίου ἡμέρας καὶ νυκτὸς, Σαμαρείτην εἶναι λέγοντες, αὐτὸν ἔχειν δαιμόνιον, φάγον τε καὶ οἰνοπότην, καὶ ἐκ πορνείας γεγενημένον. Ἐφ' οἷς ἂν εἴποι τις οὐκ ἀδίκως, ἐκτείνεται δίκτυα πτερωτοῖς. Καταστροφὴ δὲ ἀνδρῶν παρανόμων κακή. Παῤῥησίαν τοίνυν μὴ ἔχοντες οὐκ ἀνανεύουσι πρὸς Θεόν. Τοιαῦτα

C γὰρ ἥμαρτον, ὡς *Σοδομίταις* αὐτοὺς παραβάλλεσθαι, μηδὲ λάθρα παρανομήσαντας δι' αἰσχύνην, διὰ δὲ τὸ γαυριᾶν, τὴν ἁμαρτίαν πᾶσιν *ἀναγγέλλοντας*. Ὡς γὰρ *Σοδομῖται* τῷ Λὼτ τοὺς ἄνδρας ἀπαιτοῦντες ἀνήγγειλαν τὴν ἀσέλγειαν· οὕτως οὗτοι τῷ Πιλάτῳ τὴν ἀνομίαν, « Αἶρε, αἶρε βοῶντες, σταύρου αὐτόν. » Κακὰ δὲ πᾶς βουλευόμενος, ἐφ' ἑαυτὸν ἐβουλεύσατο· ὡς ἀπὸ στερρῶν σωμάτων τὰ προσπεσόντα βέλη πρὸς τοὺς ἀφέντας ἐπάνεισιν. Τίς δὲ ἡ *βουλή; Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστιν. Δήσαντες* γὰρ τὸν Χριστὸν ἤγαγον πρὸς τὸν Καϊάφαν. Δύσχρηστος δὲ τοῖς ἀδικοῦσιν ἡ δικαιοσύνη, καθάπερ ὀφθαλμιῶσιν ὁ ἥλιος. *Τὰ γεννήματα* δὲ *τῶν ἔργων αὐτῶν*, αἰχμαλωσία, διασπορὰ, καταστροφὴ τοῦ ναοῦ, ἡ ἀπὸ δόξης κατάπτωσις, ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου αὐτῶν, δι' ἣν οὐκ ἀναβλέπουσι πρὸς Θεὸν, εἰς τὸν μο-

D νογενῆ Υἱὸν ἀσεβήσαντες, καὶ δήσαντες τὸν Λόγον, τὴν ἀλήθειαν, τὸ φῶς, τὴν δικαιοσύνην, τὸν Σωτῆρα, τὸν ἰατρὸν, τὸν ἐλευθερωτήν· ἃ δὴ ποικίλως ἐπινοεῖται Χριστός. Ἐστέρηνται Λόγου, φωτὸς, ἀληθείας, ἀνθ' ὧν ἔσπειραν, τοιαῦτα θερίζοντες. « Ὃ γὰρ ἂν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει. » Καὶ ὡς παρέδοσαν Πιλάτῳ τὸν Ἰησοῦν, καὶ ταῖς τῶν στρατιωτῶν ἀνημέροις ὀργαῖς· οὕτω καὶ αὐτοὶ, φησὶ, Ῥω-

[58] Joseph. lib. v, vi, vii *De bello Judaico*. [59] Hegesip. lib. iii, iv, v, *De excid. urbis Hierosol.*; Euseb. lib. iii *Historiæ eccles*. [60] Gen. xix, 1 seqq. [61] Joan. xix, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[k] *Λ. Ισ.* τὸν μὴ εὐω. [l] *Λ. Ισ.* ποτέ.

Digitized by Google

μαίων παραδοθήσονται στρατιαῖς. Οἷς Ἰεζεκιὴλ συμφώνως φησὶ, « Καθὼς ἐποίησα, φησὶν, οὕτω καὶ ἔσται σοι. Τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται εἰς κεφαλήν σου. » Ταῦτα δὲ περὶ τῆς ἐσχάτης θείας εἴρηται κρίσεως ἀντιμετρούσης ἑκάστῳ τὸ δίκαιον. Εἰ δὲ διὰ τοῦτο· *Οὐαὶ τῷ πονηρῷ, ὅτι κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ·* ᾧ μὴ προεχώρησεν εἰς ἔργον ἡ κακία, ἐν δὲ τῇ κακίᾳ συνετελέσθη, ἆρ' οὐκ ἔσται κόλασις, *καὶ οὐαί;* Ἀλλὰ τὸ τέλειον εἰπὼν ἐν κακίᾳ, σοὶ τὸ λειπὸν ἐξ ἀναλόγου κατέλιπεν. Τὸ γὰρ *ἔργον* τελειοῖ, ἡ δὲ τῆς διανοίας ὁρμὴ ἀτελής. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *αἱ γλῶσσαι* αὐτῶν, Ἀκύλας φησὶ *τὰ ἐπιτηδεύματα.* Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἀπειθοῦντες*, ὁ Σύμμαχος, *εἰς τὸ παραπικραίνειν αὐτὸν*, ἐξέδωκεν. Ἀπὸ δὲ τοῦ *αἴου* [m] *τῇ ψυχῇ αὐτῶν, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν*, ὁ προφήτης λέγει θρηνῶν, ἰδὼν αὐτῶν τὴν ἀναιδῆ καὶ Σοδομιτικὴν τόλμαν τὴν εἰς ἀσέβειαν

contumeliosis, et injuriis hominibus *inutilis;* non secus atque sol lippientibus oculis [61]. Exsistunt vero *operum illorum fructus*, captivitas, dispersio, templi eversio, reprobatio, ruina, *vultus confusio;* quæ eos, quoniam in Verbum, in veritatem, in lucem, in justitiam, in Salvatorem, in medicum denique, Deumque libertatisque vindicem (quibus varie Christum significari intelligimus) tam contumeliose et impie peccarunt, ad Deum jam oculos, attollere non patitur, qui verbo, luce et veritate privantur, dignam ea, quam fecerant, semente, messem colligentes. « Quod enim quisque seminaverit, hoc ipsum et metet [62]. » Denique, sicut Pilato, furentibusque militibus *Jesum* tradiderant: sic sunt et ipsi Romanorum copiis traditi. Nec his male conveniunt, quæ apud Ezechielem legimus: « Sicut fecisti, sic erit et tibi. Retributio tua retribuetur in caput tuum [63]. » Sed hæc de ultimo Dei judicio, quo cuique, quod justum est, rependetur, dici putanda sunt. Quod si ob id *væ malo* fore ait, *quoniam secundum opera manuum ejus fiet ei;* num et illi etiam, cujus ad opus aliquod nondum præcessit *iniquitas*, sed in eo solo concepta remansit, ultionem ipsam, maledictionemque exspectandam putabimus? Nimirum, quando quod est in scelere summum et perfectum dixit, pari de reliquis ratione sentiendum significavit. *Opus* enim ipsum, perfecit; cum cogitationis impetus imperfectus adhuc remaneat. Quod autem hîc *linguæ eorum* legitur; *studia* vertit Aquilas: Quod item quæ *Domini sunt*, **69** *non credunt;* Symmachus, ut *provocarent eum.* Ab eo deinde loco, ubi: *Væ animæ eorum, quia malum consilium inierunt*, scribitur; ista prophetam lugendo, cum eorum impudentem, Sodomiticamque ad impietatem audaciam cerneret, dixisse arbitramur.

ιβ-ιε'. *Λαός μου, οἱ πράκτορες ὑμῶν καλαμῶνται ὑμᾶς, καὶ οἱ ἀπαιτοῦντες κυριεύσουσιν ὑμῶν. Λαός μου, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς πλανῶσιν ὑμᾶς, καὶ τὸν τρίβον τῶν ποδῶν ὑμῶν ταράσσουσιν*, κ. τ. λ.

VERS. 12-25. *Populi mi, exactores vestri racemant vos; et quæstores dominantur vobis. Populi mi, qui beatum vos dicunt, decipiunt vos; et viam pedum vestrorum conturbant*, etc.

Τῶν κατά τι πλημμελούντων, οἱ μὲν πταίουσιν ἐν γνώσει, νικώμενοι μὲν ὑπὸ τῆς κακίας, ὑπὸ δὲ τοῦ συνειδότος δακνόμενοι. Οἱ δὲ ἐν ἀγνοίᾳ, βοσκημάτων δίκην βιοῦντες. Πάντων δὲ χείρους, οἱ καὶ ἄλλους δι' ὁρπαγῆς πρὸς τὴν κακίαν ἐνάγοντες· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ Λόγος πολλοὺς κατὰ πλάνην ἐν Ἰουδαίοις ὁρῶν ἁμαρτάνοντας, ἀφορίζει μὲν τῶν πρόσθε κατηγορηθέντων αὐτούς, οἷά τε Πατὴρ Χριστὸς τούτους παρακαλεῖ, *λαὸν ἴδιον* αὐτοὺς ὀνομάζων προτρεπτικῶς. Αὐτοῦ γὰρ πάντες. κἂν ἁμαρτάνωμεν. Διὸ καὶ πάντας θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, μὴ βουλόμενος ἡμῶν τὸν θάνατον ὡς τὴν μετάνοιαν, ἧγουν ὡς δυναμένων, εἴπερ ἔλοιντο, Κυρίου γενέσθαι *λαός*· συγγνώμην τε νέμων τοῖς κατ' ἄγνοιαν πλημμελήσασιν, τοὺς αἰτίους; αὐτοῖς τῆς εἰς αὐτὸν ἀπιστίας ἐλέγχει, οὓς ἔμπροσθεν *ἐμπαίκτας* ὠνόμαζεν, οὓς καὶ *καλαμᾶσθαί φησιν τὸν λαόν*, [n] τὰς ἀπαρχὰς καὶ δεκάτας λαμβάνειν ἐθέλοντες, οὐ συνεχώρουν πιστεύειν Χριστῷ. Ἐν οἷς γὰρ ἐπλούτουν, μόνον φυλάττειν τὸν νόμον ἐκέλευον, ἐντολῶν παραμελοῦντες τῶν ἄλλων. Διόπερ αὐτοὺς ἐταλάνιζεν, ὡς ἀποδεκατοῦντας τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ ἡδύοσμον, καὶ τὸ

Eorum, qui in aliquo peccant, alii quidem cognitionis errore, sed malitia victi, repugnante tamen conscientia, labuntur: alii autem ignoratione, vita nihil a pecudibus differentes. Sed omnium sunt longe nequissimi, qui vi cæteros ad flagitium adigunt. Cum igitur Dei Verbum non paucos in Judæa opinionis errore peccare animadverteret; eos a superius accusatis separavit, et patris in morem benigne adhortatus, *populum suum* peculiari nomine nuncupavit. Ipsius enim omnes, etiam peccatis onusti sumus. Indeque est, quod cunctos salvari, et ad veritatis agnitionem pervenire; neque se interitum nostrum, sed pœnitentiam exoptare clamitat [64]: id est, suum nos (quia possumus, si volumus) fieri *populum*. Præterea veniam ignoranter **70** peccantibus largitus, eos, qui peccandi illis auctores exstiterunt, infidelitatis. In se reos facit; quos superius *illusores* nominavit, eosdem nunc *populi racematores* ideo nuncupans, quod primitiis et decimis exigendis intenti, Christi fidem amplecti non sinerent. In quibus enim augendarum rerum spes effulserat, in his legem solum servare jubebant, de reliquis præ-

[61] Tertull. lib. *De patient.* [62] Galat. VI, 8. [63] Ezech. XI, 21. [64] I Tim. 2, 4; Ezech. XVIII, 32.

VARIÆ LECTIONES.

[m] γρ. οὐαί. [n] *Leip.* ὅτι.

Digitized by Google

ceptis parum solliciti. Eos igitur inde miseros dicebat Christus [66], quod anethum, et mentham cuminumque decimarent, judicium autem, misericordiam, fidem, quæ essent in lege graviora, prætermitterent. Aliquando etiam et lapsos in jus vocabant, ut qui deprehensus esset, accusatione perterritus, munera supra vires eis offerret. Ideoque *racemandi* verbo usus est, tanquam in ea etiam, quæ a colligentibus relicta essent, manus injicerent. Vocat et *exactores;* quippe qui non clementer in eos potestatem suam, ut doctores in discipulos oportebat, exercerent: sed tanquam duri sævique Domini, ad id quod placeret, adigerent; contraria plane quam est a Petro præscriptum ratione, qui doctores non clero dominari, sed se gregi exemplaria vitæ, quæ formas vocat, præstare jubet [67]. Sunt ad hæc animarum *exactores* malæ potestates, quæ nequitiæ studium in nobis urgent; indeque beatos Scriptura prædicat [68.69], qui exactoris vocem non audierunt: id est, qui perturbationibus evaserunt superiores, nec mentem sibi demeti auferrique permiserunt. Quæ certe omnia pro viribus dum apud Judæos Pharisæi efficere conarentur; partim, ut dictum est, terrebant; partim domos eorum oberrantes, blanditiis verborum demulcendo, *beatumque* populum prædicando, et sortem Dei nuncupando, lucri gratia Dei legem violare cogebant. Sunt enim a Domino accusati, tanquam qui privatis traditionibus Dei mandatum abrogarent [70]. Talia igitur cum admittant, non sinunt vos, inquit, salutaris Verbi *via* insistere; haud ignari scilicet, quod antiquata lege, rerum istarum ad eos nulla sit amplius perventura utilitas. *Vius* ergo confundebant, qui umbris acquiescere docebant. Neque vero parum nocet, qui adulatorie *beatos* dicit, cum adempto scelerum **71** sensu, quæ ad pœnitentiam ducit *Viam* claudat. Parit enim afflictio humilitatem, tumorem autem et superbiam felicitatis prædicatio. Simpliciores ergo attollit quidem adulatio; sed fortem animum nec unquam contrahit vituperatio, nec facit insolentem laudatio.

κύμινον, ἀφιέντας δὲ τὰ τοῦ νόμου βαρύτερα, τὴν κρίσιν, καὶ τὸ ἔλεος, καὶ τὴν πίστιν. Ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ δίκην ἐπῆγον τοῖς πταίουσιν, ὡς ἄν τις ἀλοὺς, ἐπὶ ἐγκλήματι τὰ ὑπὲρ δύναμιν αὐτοῖς προσάγει φοβούμενος. Ὅθεν *καλαμᾶσθαί* φησιν, ὡς μετὰ τὸ θερίσαι, καὶ τοῖς ἔτι λειπομένοις προσάγοντας δέξιάν· καὶ *πράκτορας* καλεῖ. Κατεξουσίαζον γὰρ αὐτῶν οὐ πράως, ὡς δὴ μαθηταῖς διδάσκαλοι προσφερόμενοι, ὡς δὲ σκληροὶ δεσπόται πρὸς τὸ δοκοῦν ἀναγκάζοντες, ἐναντίως τῷ θείῳ Πέτρῳ παραγγέλλοντι τοῖς διδασκάλοις μὴ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου. Καὶ ψυχῶν δὲ τυγχάνουσι *πράκτορες* πονηραὶ δυνάμεις τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀπαιτοῦσαι σπουδήν· ὅθεν ἡ Γραφὴ μακαρίζει τοὺς μὴ ἀκούσαντας φωνὴν φορολόγου· τὸν τὰ πάθη δηλονότι νενικηκότα, καὶ τῆς ἑαυτοῦ διανοίας, ὡς μήτε θερίζεσθαι, μήτε *καλαμᾶσθαι* τὸν νοῦν· ἃ δὴ ποιεῖν οἱ Φαρισαῖοι πάντα τρόπον παρ' Ἰουδαίοις ἐθέλοντες, πῇ μὲν ἐφόβουν, ὡς εἴρηται· πῇ δὲ τοὺς τῶν Ἰουδαίων οἴκους περιφοιτῶντες χρηστοεπεῖν ἐπεχείρουν, *εὐλογημένον* τε λαὸν ὠνόμαζον καὶ κλῆρον Θεοῦ, κέρδους τε χάριν παραλύσαι τὸν νόμον ἀνέπειθον. Ἠτιᾶτο γὰρ αὐτοὺς ὁ Κύριος ὡς ἀκυροῦντας τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν ἰδίαν παράδοσιν. Ταῦτα οὖν δρῶντες, οὐκ ἐῶσι, φησὶν, ὑμᾶς πρὸς τὸν σωτήριον λόγον *ὁδοιπορεῖν*, εἰδότες ὡς καταργουμένου τοῦ νόμου, μετέχειν τῶν διὰ τούτου λημμάτων οὐκ ἔξουσιν. Συνέχεον οὖν αὐτῶν τὰς *ὁδοὺς*, ταῖς σκιαῖς ἐναπομεῖναι κελεύοντες. Κολακικῶς δέ τις *μακαρίζων*, οὐ μέτρια βλάπτει, τὴν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι παραιρούμενος αἴσθησιν, καὶ κωλύων τὴν ἐπὶ μετάνοιαν *βαδίζειν ὁδόν*. Αἱ μὲν γὰρ θλίψεις ταπεινώσιν, ὁ δὲ μακαρισμὸς φυσίωσιν ἐμποιεῖ. Κολακεία μὲν οὖν τοὺς ἁπλουστέρους ἐπαίρει, σπουδαίαν δὲ ψυχὴν οὐ κακηγορία συστέλλει, οὐκ ἔπαινοι ταύτην ἐπαίρουσιν. . . . . .

. . . . . .

CAP. V.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

72-73 Vers. 1-8. *Cantabo jam dilecto meo canticum dilecti mei, vineæ meæ*, etc.

α-η'. *Ἄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ ᾆσμα τοῦ ἀγαπητοῦ μου, τῷ ἀμπελῶνί μου*, κ. τ. λ.

..... **74** et qui fructum fert, purgabit eum, ut fructum copiosiorem afferat. Quod malus ille œconomus non fecit, qui se fodere non posse affirmavit. Quod autem *nec putata, nec fossa est*, consequitur maxime, ut *in ea, tanquam terra inculta, spinæ crescant*, quas non male Dominus hujus vitæ curis similes fecit [71]. *Spinas ergo fecisse* superius dictum est: at hic *crescere*, quod est amplius, addidit. Nihil enim aliud quam sceleris magnitudinem, profusamque ad vitia libidinem ipsa indicat oratio. Quoniam igitur *ut fructus ederet*, ait, *exspectavi;* sponte autem *spinas* produxit; *desertam jam faciam*, tollamque omnino; quoniam iis ipsa se pœnis dignam præstitit. Quin et *nubibus* ipsis, *ne super*

. . . . . καὶ τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτὸ, ἵνα καρπὸν πλείονα φέρῃ. Ὅπερ ὁ κακὸς οἰκονόμος οὐ διαπράττεται. Σκάπτειν γὰρ, φησὶν, οὐκ ἰσχύω. Ἀκολουθεῖ δὲ τῷ μὴ *τέμνεσθαι, μηδὲ σκάπτεσθαι*, τὸ *ἀναβαίνειν ὡς εἰς χέρσον ἀκάνθας*, ἃς ὁ Κύριος ταῖς βιωτικαῖς μερίμναις ἀπείκασεν. Ἄνω μὲν οὖν ἔλεγεν, *Ἐποίησε δὲ ἀκάνθας*· ἐνταῦθα δὲ προσέθηκεν, *ἀναβήσονται*. Τὸ γὰρ μέγεθος τῆς κακίας, καὶ τὴν ἐπὶ πολὺ χύσιν ὁ λόγος ἐμφαίνει. Ἐπεὶ οὖν, φησὶν, *ἀνέμεινα μὲν τοῦ ποιῆσαι καρπὸν*, ἐξ ἰδίας δὲ προαιρέσεως *ἀκάνθας ἐποίησεν*, παραδώσω αὐτὸν ἐρημίᾳ τε καὶ ἀφανισμῷ, ὧν ἑαυτὸν κατέστησεν ἄξιον. Ἀλλὰ καὶ *ταῖς νεφέλαις ἐντέλλεται τοῦ μὴ βρέξαι ἐπ' αὐτόν*· οὕτω τοὺς προ-

[66] Matth. xxiii, 23. [67] I Petr. v, 3. [68.69] Job xxxix, 1 seqq. [70] Matth. xv, 3. [71] Matth. xiii. 22.

Digitized by Google

φήτας καλῶν, διὰ τὸ καθαρὸν αὐτῶν καὶ διαυγὲς τοῦ βίου, διὸ [o] οὐράνιος αὐτοῖς ἐχορηγεῖτο λόγος. Ὡς γὰρ *νεφέλη* ἀήρ ἐστι πάσχυς [p] ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀπὸ γῆς ἀναθυμιάσεως συνιστάμενος· καὶ μετεωρισθεὶς τοῖς ἀνέμοις, ὅταν λάβῃ παρ' αὐτῶν ἀξιόλογον ἄθροισμα, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἐνεσπαρμένης αὐτῷ νοτίδος βάρος ἱκανὸν ἐγγένηται, τότε σταγόνας εἰς τὴν γῆν καθίησιν. Καὶ αὐτὴ τῶν ὄμβρων ἡ φύσις ἀπὸ γῆς εἰς γῆν φερομένων· οὕτω καὶ οἱ προφῆται ἐκ μὲν τῆς κοινῆς ὁρμώμενοι φύσεως, διὰ καθαρότητα δὲ ψυχῆς τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος συνυψούμενοι, καὶ λόγων γονίμων σταγόνας ταῖς ψυχαῖς ταῖς ἀγαθαῖς καὶ καρποφόροις ἐνστάζοντες. Τοιοῦτος ὁ Μωϋσῆς, « Προσδοκάσθω, λέγων, ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμά μου. » Καὶ πάλιν, « Ὡς ὄμβρος ἐπ' ἄγρωστιν καὶ ὡσεὶ νιφετὸς ἐπὶ χόρτον τὰ ῥήματά μου. » Ἐντέλλονται οὖν *μὴ βρέχειν ἐπὶ τὸν* ἀκανθοφόρον ἀμπελῶνα, τὸν *ταῖς ἀκάνθαις* ταῖς οἰκείαις στεφανώσαντά μου τὸν Κύριον, καὶ κραυγὴν ἄθεσον ἐπὶ τούτῳ κινήσαντα, « Ἆρε, ἆρε, σταύρου αὐτόν. » Ταύτην γὰρ, φησὶν, τῆς ἐγκαταλείψεως τὴν αἰτίαν, δι' ἣν καὶ ὁ ναὸς ἐπὶ γῆς, καὶ τὸ ἔθνος ἀνεπισκόπευτον, καὶ *ὑετὸς* αὐτοῖς οὐκ ἔστιν οὐράνιος· καίτοι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι προφῆται συνῆσαν αὐτοῖς, καὶ μετὰ τὴν ἐκεῖθεν ἐπάνοδον· νῦν δὲ παντελῶς ἐκλελοίπασιν.

Εἰ δέ τις λέγοι καὶ πρὸ τῆς ἐπιδημίας ἐπιλελοιπέναι τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' οὐχ ἅπαντα· ἔτι γὰρ καὶ ὁ νεὼς συνειστήκει, καὶ τὴν νομικὴν ἐτέλουν λατρείαν, μέχρι τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Νῦν δὲ καὶ *πύργου* καθαίρεσις, καὶ *ἐρημία τοῦ ἀμπελῶνος*, καὶ ἔκλειψις *προφητῶν*, ἀντὶ τῶν *ἀκανθῶν* ἐκείνων, καὶ *τῆς κραυγῆς*, ἣν ἀφίησιν πᾶσα ἡ πρὸς θάνατον ἁμαρτία, αὐτῆς βοώσης τῆς πράξεως, ὡς καὶ τὸ αἷμα τοῦ Ἄβελ βοᾷ. *Ἀνομίαν δὲ ποιεῖ* πᾶς μὴ κανόνι δικαιοσύνης, μηδὲ *νόμου*, πράττων δὲ ἀδιακρίτως τὰ δόξαντα, *κραυγῆς* ὢν καὶ θορύβου καὶ συγχύσεως αἴτιος· ὡς τοῖς δικαίοις κρίμασιν ἡσυχία παρέπεται, τῶν κρινομένων εὐσταθῶς καταδεχομένων τὰ ὁριζόμενα. Διὸ καὶ Παῦλός φησι, « Πᾶσα κραυγὴ καὶ θόρυβος ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν. » Ἔστι δὲ καὶ κραυγή τις ἀστεία, ἣν ὁ Κύριος ἐστὼς ἐν τῷ ἱερῷ ἔκραξεν. Ἣ καὶ Δαβὶδ ἐκέχρητο λέγων, « Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, » ὅ δηλοῖ τὸ μεγαλόφωνον καὶ μεγαλοφυὲς τῶν οὐρανίων δογμάτων. Ὡς ἡ πρώτη κραυγὴ συγγενής ἐστιν ἀπὸ Σοδόμων καὶ Γομόρρας. Διῃρέθη δὲ ἡ προσηγορία τοῦ Ἰακὼβ εἰς *τὸν Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδαν*· καὶ πρότερον μὲν ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ, μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Σαοὺλ, εἰς αὐτὸν Δαβὶδ, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Σαούλ· ὕστερον δὲ ἡνίκα τοῦ Ῥοβοὰμ τὰς δέκα φυλὰς ἀπέστησεν Ἱεροβοάμ. Διὸ καὶ νῦν τὰς δύο προσηγορίας φησίν. Πλείονα δὲ ἡμάρτανεν *Ἰσραὴλ*, ὅθεν καὶ θᾶττον ἠχμαλωτίσθη. Διὸ καὶ ἐνταῦθα, ὁ μὲν *ἀκανθοφόρος ἀμπελὼν οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ γίνεται*· ὁ δὲ *ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα*,

ipsam pluant, mandaturum se minitatur : prophetas per *nubes*, propter eorum vitæ puritatem et splendorem significans; unde et cœlitus illis loquendi suppetebat facultas. Ut enim *nubes* nihil aliud est, quam crassus quidam aer humido de terra vapore constans; qui sursum ventis evectus, simul atque eorum opera in justum acervum congregatus, ideneam gravitatem humoris inspersione consecutus est, in terram guttatim labitur; unde ipsa imbrium a terra in terram delatarum natura exsistit. Sic usitato naturæ quidem ordine in lucem erumpunt prophetæ, animi puritate tamen et Spiritus virtute adjuti attolluntur, fecundæque orationis guttas mentibus bonis et frugiferis instillant. Talis Moses suis ipse verbis ostenditur, cum ait : « Exspectetur, tanquam imber doctrina mea [72]. » Rursus : « Quasi imber super terram, et quasi stillæ super gramina, eloquia mea [73]. » Jubentur ergo nequáquam *super spiniferam vineam pluere*, quæ Dominum *suis spinis* coronavit, quæque voce impia tollendum, crucique affigendum conclamavit. Hanc enim *derelictionis* causam assignat, propter quam et templum eversum esse, gentemque custode carere, cœlestem denique *pluviam* minime sentire liquet. Neque enim in Ægypto, ipsaque Babylone; imo ne post reditum quidem ab ista, prophetis **75** unquam carnerunt : sed jam illis omnino destituuntur.

Quod si quis ante Christi adventum ista defecisse contendat; certe non omnia fateatur necesse est, cum templum ipsum staret adhuc Christi temporibus, in eoque vigeret legis cultus. At jam et *turris* eversio, et *vitis desertio, et prophetarum* denique amissio, *in spinarum, et clamoris*, vicem subierunt; quem omne ad mortem peccatum excitat, ipso vocem edente facinore : non aliter quam de Abelis sanguine scriptum legimus [74]. *Iniquitatem* autem *facit*, quicunque nulla *justitiæ*, nulla legis regula, quæ veniunt in mentem, *clamoris*, et turbarum, confusionisque auctor, exsequitur : non aliter quam justa judicia pax ipsa consequitur, cum illi, quorum de rebus est lata sententia, eam constanter amplectuntur et servant. Inde et illa Pauli : « Omnis clamor et tumultus tollatur a vobis [75]. » Est præterea honestus quidam, nec vituperandus *clamor*; qualem stans in templo Christus emisit; quali usus est et David, cum ait : « Voce mea ad Dominum clamavi [76]; » cœlestium nimirum dogmatum magnitudinem vocis contentione significans : non aliter quam prior ille Sodomorum et Gomorrhæ *clamori* cognatus exstitit. Divisa est autem Jacobi appellatio in *Israelem, et Judam*. Sed prius quidem cum Saule mortuo regnare cœpisset David, in Davidem, et Saulis filium; deinde vero cum a Roboamo decem tribus ad se deficere curavit Jeroboamus. Atque inde est, quod utrumque cognomentum addidit; ipsumque *Israelem*, cujus essent majora scelera,

[72] Deut. xxxii, 2. [73] ibid. [74] Gen. iv. 15. [75] Ephes. iv, 31. [76] Psal. iii, 5 et alibi.

VARIÆ LECTIONES.

[o] γρ. δι' ὃ ὁ. [p] γρ. παχύς.

Digitized by Google

captivitatis pœnas sensisse celerius. Itaque et hic *spiniferam vineam, Israelis domum* esse dicimus; *virum* autem *Juda*, non *vineam* amplius, sed *plantam novellam, non incultam, sed dilectam*. Quoniam autem viticolæ nulla hic habetur mentio, ob id Christus ipse, veluti notam populi principibus parabolam apponit, ut ibi adderet, quod hic deesse videbatur, dum eis vineam suam se elocasse, rusque esse se profectum significavit; unde cum servos postulante tempore ad fructus percipiendos misisset, ab agricolis **76** esse trucidatos; imo ne a filio quidem, quem postea miserat, esse temperatum. Unde malos male se perditurum agricolas minitabatur. Ipsi ergo veræ *viti*, tanquam vivifico repleti succo palmites, adhærere precibus contendamus. Sic enim spiritus familiaritate et consuetudine adjuti, fructum sumus edituri. Ait enim: « Manete in me et ego in vobis. Ut enim nequit palmes fructum facere, nisi manserit in vite; sic et vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos estis palmites; qui manet in me, et ego in eo, hic feret fructum copiosum [77]. » Ille igitur ipse est, qui fructus in nobis edere, qui *sepem* circumdare, qui *murum* denique, quo transeuntes arceantur, excitare possit. Ad ipsum enim aliud item refertur oraculum, his verbis: « Et ædificabuntur deserta perpetua, monumentumque generationum generationibus; et vocaberis exstructor sepium, semitasque, quæ in medio sunt, cessare facies [78]. »

A οὐκέτι *ἀμπελὼν*, ἀλλὰ *νεόφυτον*, οὐ *κεχερσωμένον*, ἀλλ' *ἡγιπημένον*. Ἐπειδὴ δὲ σεσιώπηται ἐν τούτοις ὁ περὶ τῶν γεωργῶν τοῦ *ἀμπελῶνος* λόγος, διὰ τοῦτο Χριστὸς τοῖς ἄρχουσι τοῦ λαοῦ τὴν προκειμένην, ὡς γνώριμον, ἔφη παραβολὴν, καὶ τοὺς γεωργοὺς προστίθησι, τὸ λεῖπον ἀναπληρῶν· ἐν ᾗ φησιν, Ὃς ἐξέδοτο τὸν ἀμπελῶνα καὶ ἀπεδήμησεν. Οἱ δὲ τοὺς δούλους κατὰ καιρὸν ἥκοντας ἐπὶ τὸ λαβεῖν τοὺς καρποὺς, ἀπέκτειναν, οἵσπερ ὕστερον καὶ τὸν υἱὸν καὶ κληρονόμον προσέθηκαν. Διὸ κακοὺς κακῶς ἀπολέσειν ἠπείλει τοὺς γεωργούς. Εὐξώμεθα τοίνυν ἀπηρτῆσθαι τῆς ἀληθινῆς *ἀμπέλου*, οἷα κλήματα τῆς ζωοποιοῦ πιότητος ἐκπληρούμενοι. Οὕτω γὰρ δι' οἰκειότητα πνευματικὴν καρποφόροι γινόμεθα. Διό φησι, « Μείνατε ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν ὑμῖν. Καθὼς B τὸ κλῆμα οὐ δύναται καρπὸν *φέρειν* οὐδὲν, ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ· οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μείνητε. Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ μὲν ὢν ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει καρπὸν πολύν. » Αὐτὸς οὖν καρποφόρους ποιεῖ. Αὐτὸς *φραγμὸν* περιτίθησιν. Καὶ ἐγείρας *τεῖχος* ἀποστήσει τοὺς διοδεύοντας. Πρὸς γὰρ αὐτὸν, λόγιόν φησιν ἕτερον, « Καὶ οἰκοδομηθήσονταί σοι ἔρημοι αἰώνιοι, καὶ μνημόσυνον γενεῶν γενεαῖς, καὶ κληθήσῃ οἰκοδόμος φραγμῶν, καὶ τὰς τρίβους τὰς ἀναμέσον παύσεις. »

77 Vers. 8-17. *Væ qui conjungunt domum domui, et agrum agro copulant, ut vicino aliquid auferant. Nunquid habitabitis soli in terra? audita enim* C *sunt hæc auribus Domini exercituum*, etc.

Possunt et hæc quidem communiter in eos, qui libidinis et avaritiæ morbo laborant, efferri; possunt item superioribus adjungi, proque *spinis*, quas *vitem* peperisse dixit, separatim usurpari. Possunt et cætera denique, quæ Judæis eventura essent, per eas damna significari: de quorum eventu parum solliciti, rapinis interim et crapulis incumbebant, tanta in Dominum flagitia patrare minime veriti. Cæterum quoniam nostrum unusquisque *agri* in se interni culturam sortitus est, caveamus in primis, Deum ne offendamus. Tunc enim virtutem multam, tanquam *domum* stabilem et tutam possidentes, *habitabimus*, frumentumque, sicut valles, multiplicabimus. Benedictione enim augebuntur semina justitiæ nostræ, ut Pauli verbis utamur [79]; qui ebriosos item regni Dei hæredes nunquam futuros asserit [80]. Ilos enim etiam nunc luget propheta, qui sobria mente *intueri opera Domini non* permittantur. *Vino* enim succensi, flammam æstu ipso prodente, quæ perturbationibus aliis, ista rursus augentibus excitatur, potandi finem non faciunt. Excitatur et

η'-ιη'. *Οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι. Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; ἠκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαββαὼθ ταῦτα*, κ. τ. λ.

Δύναται μὲν καὶ κοινὰ ταῦτα εἶναι παραγγέλματα τοῖς πλεονεξίαν καὶ τρυφὴν ¶ νενοσηκόσι. Δύναται δὲ καὶ συνηρτῆσθαι τῶν ἄνω, καὶ *τὰς ἀκάνθας* διηγεῖσθαι κατὰ μέρος, ἃς ἔφη τὸν ἀμπελῶνα πεποιηκέναι. Καὶ [r] πάλιν, ἃ διὰ ταύτας Ἰουδαίοις συμβήσεται δυσχερῆ, ὧν ἔσεσθαι μελλόντων ὀλιγωροῦντες, ἁρπαγές [s] καὶ μέθαις προσέκειντο, καὶ ταῦτα κατὰ τοῦ Κυρίου τολμήσαντες δεινότατα. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡμῶν ἕκαστος ἐν ἑαυτῷ φέρει γεώργιον, φυλαξώμεθα τὸ προσκροῦσαι Θεῷ. Τότε γὰρ ὡς *οἶκον* ἀσφαλῆ τὴν ποικίλην ἀρετὴν κατοικήσομεν, πληθυνοῦμεν δὲ σῖτον ὥσπερ κοιλάδες. Εὐλογούμενα γὰρ αὐξήσει τὰ D γεννήματα τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. Οὓς [t] δὴ καὶ, φησὶν, ὅτι μέθυσοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι. Τούτους γὰρ καὶ νῦν ὁ προφήτης θρηνεῖ μὴ συγχωρουμένους *ἰδεῖν τὰ ἔργα Κυρίου* νήφοντι λογισμῷ. *Συγκαιόμενοι* γὰρ *οἴνῳ*, πρὸς τὸ πίνειν οὐκ ἔχουσι πέρας, τῆς συγκαύσεως δηλούσης καὶ τὴν φλόγα τὴν ἐκ τῶν ἄλλων ἐγειρομένην παθῶν ἐπιτεινόντων ταῦτα, καὶ τῶν ὀργάνων τῶν μουσικῶν, ἃ τοῦ Ἰωβὴλ ἐστιν εὑρήματα, τοῦ ἐκ τοῦ Κάϊν καταγομένου, οἷς καὶ Λάβαν ἠβούλετο

[77] Joan. xv, 3-5. [78] Isa. lviii, 12. [79] II Cor. ix, 10. [80] I Cor. vi, 10.

VARIÆ LECTIONES.

¶ γρ. τοῖς. [r] λείπ. ἰσ. τ' ἄλλα. [s] γ. ἁρπαγαῖς. [t] γρ. ὅν.

Digitized by Google

παραπέμπειν τὸν Ἰακὼβ, ἀλλ' ἀπέδρα πρὸς τὸ ἰδεῖν τὰ ἔργα Κυρίου, ταῦτα κρίνας ἐμπόδιον, ὧν ἀκοῦσαι καὶ αἱ φυλαὶ τῶν Βαβυλωνίων κατέπιπτον. Οἱ δὲ φυγόντες τὸν *οἶνον* τὸν Βαβυλώνιον, καὶ τοῦ βασιλέως ἐκείνου τὴν τράπεζαν, οὔτε πεσόντες προσεκύνησαν, καὶ τὴν δύναμιν ἔσβεσαν τοῦ πυρός. *Βλέπει μὲν* οὖν τις δι' ὀφθαλμῶν τὰ *ἔργα Κυρίου*. Ἀπὸ δὲ τούτων κατανοεῖ τὰ ἀόρατα. Ταῦτα γὰρ τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. Καὶ πῶς ἂν τοῦτο γένοιτο σκοπουμένου [u] τῇ μέθῃ τοῦ νοῦ, καὶ Θεὸν ὁρᾷν οὐκ ἰσχύοντος; ἔργα δὲ *χειρῶν*, καὶ ἡ προσδοκωμένη κατὰ τὸν ᾅδην ἀντίδοσις, πῦρ καὶ γλῶττα ξηραινομένη, καὶ τὰ λοιπά· ὅθεν *ἀνιστάμενοι* ζῆν ἐθελήσωμεν ἱερατικῶς. « *Οἶνον* γὰρ καὶ *σίκερα*, φησὶν, οὐ πίεσθε » πρὸς Ἀαρὼν καὶ τοὺς υἱοὺς ὁ Θεὸς, « ἡνίκα ἂν εἰσπορεύεσθε εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου. » *Σίκερα* δὲ καθ' Ἑβραίους πᾶν ἐμποιῆσαι μέθην δυνάμενον. Εἶτα λοιπὸν ἐπάγει τὰ διὰ ταῦτα δεινὰ γενόμενα μὲν αὐτοῖς ὑπὸ Βεσπασιανοῦ καὶ Ἀδριανοῦ Ῥωμαίων αὐτοκρατόρων. Καὶ κατὰ διάνοιαν δὲ στερηθέντες τοῦ ἐπιουσίου καὶ λογικοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς, *λιμώττουσι* δεινῶς, κατὰ τὸ, « Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων, καὶ κυκλώσουσι πόλιν. » Καὶ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀρνησάμενοι, τῷ τῆς *ψυχῆς* θανάτῳ περιπεπτώκασιν, ἀποστραφέντες τε τὸν ἐλθόντα κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, τοῖς νοητοῖς παρεδόθησαν αἰχμάλωτοι πολεμίοις. Ἐνεκρώθησαν οὖν οὐ διὰ *λιμὸν* ἄρτου, οὐδὲ διὰ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ διὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου, καὶ διὰ δίψαν ὕδατος, οὗ τις ἐκ τοῦ Κυρίου μεταλαβὼν οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα· οὐ λιμοκτονήσει γὰρ Κύριος ψυχὰς δικαίων· οὐδὲ τὸ σπέρμα τοῦ δικαίου ζητεῖ ἄρτους· οὐδὲ νηστεύουσιν οἱ τοῦ νυμφῶνος υἱοὶ παρόντος αὐτοῖς τοῦ νυμφίου. Τὸ δὲ, *Ἐπλάτυνεν ὁ ᾅδης τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*, τὸ πάθος τῶν ἀπολουμένων δηλοῖ. Οὐ γὰρ τὸ ζῶον οὕτως [v], οὐδ' ἡ δύναμις ἐπιτεταμένη τοῖς ἀποθνήσκουσιν. Τὸ δὲ *στόμα* λέγων, παρέστησεν τόπον τινὰ ἐκ τῆς εἰς θάνατον ἁμαρτίας ἐνδοτάτω τῆς γῆς ἀφεγγῆ διὰ στομίου τινὸς τοὺς κατιόντας δεχόμενον. *Αἰχμαλωτίζεται* δέ τις, ἁπαχθεὶς ἀπάτῃ τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ μακαριότητος. *Νεκροῦται* δὲ, τὴν ἐκ τῆς ἐντολῆς οὐκ ἔχων ζωήν. *Εἰς ᾅδου* δὲ κάτεισι ὁ φύσει κακίας τοῦ Θεοῦ χωρισθεὶς, τῷ ἀγαθῷ ποιούσης ἐναντίαν διάθεσιν.

musicis organis, quorum auctorem Jubalem illum [81], qui Caini soboles exstitit, accepimus; qualia deducendo fratri cum adhibere studeret, Labanus, Jacobum ipsum, qui ea **78** sibi impedimento fore credebat, ad *opera Domini contemplanda* constat effugisse [82]. Babylonios autem, qui aures illis arrexissent, lapsos esse. At, qui Babyloniorum vinum, regisque illius mensam evitarunt, nec cadentes adorarunt, ignis vim ipsi exstinxerunt [83]. Ergo *Domini opera* oculis ille demum *considerat*, qui eis excitatus, invisibilia animo meditatur. Hæc enim intuemur, quando cum *operibus* mentis cogitatione conferimus. Verum qui possit istud fieri, cum ebrietate obcæcatus animus, Deum non potest intueri? *Opera* vero *manuum* pœnæ ipsæ sunt, quæ omnes apud inferos manens, ignis, lingua arefacta, cæteraque alia *expergefacti*. Itaque vitam sacerdotum more degere contendamus. *Vino* enim et *sicera* Aaronem, ejusque filios, cum testimonii tabernaculum ingressuri essent, abstinere jussit Dominus [84]. Est vero apud Hebræos, quidquid inebriandi facultatem habet, *siceræ* nomine comprehensum. Deinceps ea adducit, quæ Vespasiani, et Adriani temporibus, a Romanis ob hæc passi sunt. Ad hæc ipsa animi cogitatione, substantiali rationabilique pane vitæ destituti, *fame* premuntur graviter, juxta illud : « Convertentur ad vesperam, et famem patientur, ut canes, et circuibunt civitatem [85]. » Nam et vitæ Auctore abnegato, animæ mortem subierunt; et eo qui captivis remissionem, cæcisque visum nuntiaturus venerat, repulso, invisibilibus traditi sunt hostibus. Interierunt ergo non panis, aut aquæ inopia; sed audiendi verbi Dei *fame*, et *aquæ* illius siti, quam qui a Domino hauserit, sitire in æternum non poterit. Nequaquam enim justorum animas fame interire, nec justi semen panem quærere Deus patitur, qui Sponsi filios, præsente Sponso non vult jejunare [86]. Quod autem *infernum animam suam dilatasse* ait; id ut eorum qui perierunt cruciatus exprimeret, addidit. Neque enim hunc animal, aut vim esse aliquam, quæ in mortuos *dilatetur*, existimandum est. Deinde, cum os ei attribuit, locum quemdam in ipsis terræ visceribus caliginosum, peccati ad mortem auctores eo *descendentes* ore suo excipientem significat. Fieri vero *captivus* **79** quis dicitur, cum fraude a paradisi beatitudine abripitur et *interire*, cum quam ex præcepto habere debuerat, vitam non habet : *in infernum* autem descendere, cum scelerum multitudine, quibus honestati contrarius fit habitus, a Deo separatur.

Ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων ὁ δίκαιος συνηγέρθη Χριστῷ, καὶ συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανοῖς. *Κατίασι* δὲ πρὸς ᾅδην, πρῶτον οἱ *ἔνδοξοι*, δοκοῦντες μὲν ἀγαθοὶ, μὴ τοιαῦτα δὲ τὰ ἔργα κτησάμενοι. Εἶτα *οἱ μεγάλοι*. δυνάμει καὶ ἀρχῇ *τῶν πολλῶν* ὑπερέχοντες, οἱ ἐξ ἀδικίας τε *πλούσιοι*, ἢ οἱ τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πλείονος ἀκόρεστον ἔχοντες, *λοιμοί* τε πάντες, οἱ διδάσκον-

At ex dissimilibus plane cum Christo, qui justus est excitatur, et cœlitibus *ipsis* assidet. In *infernum* ergo primum *descendunt illustres*, qui probitatem simulantes, vitam omnino probitati contrariam exegerunt. Deinde *magni*, id est, virtute et dignitate *populo* superiores. Tum, qui scelere et maleficio *divites* facti sunt, aut insatiabili habendi

[81] Gen. IV, 20. [82] Gen. XXXI, 1 seqq. [83] Dan. III, 1 seqq. [84] Levit. X, 9. [85] Psal. LVIII, 7. [86] Matth. IX, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[u] γρ. σκοτουμένου. [v] γρ. οὕτος.

Digitized by Google

cupiditate tenentur : ii denique, qui *pestes* hominum nefaria verbis docent, aut ad peccandum provocant. *Exsultat* autem in terrena Jerusalem, quicunque ex carnis instituto vitam agens Judæus, ad illam minime, quæ beatis reposita est, gratiam attendit. *Humiliatur* vero *homo* simpliciter ille quidem, qui communium notitiarum, et virtutis ope, quam a prima accepit conformatione, altior evasit, per eum, quem habet cum inferioribus consensum. Sed qui viri nomine jam dignus evasit, si perturbationibus frangatur, eo non solum quod commune habet simpliciter, sed illo etiam quod exercitatione sibi comparavit, bono multatus, *ignominia afficitur*. » Quicunque enim, ait Regum primo, glorificaverit me, glorificabo eum : qui autem contemnunt me, erunt ignobiles [87]. » Contemnit vero Deum, qui mandata illius transgreditur. Dicuntur eorum porro oculi *sublimes*, quorum in altum attollitur cogitatio. Rerum siquidem omnium opificem contemplati, et iis, quæ sub sensum cadunt, superiores effecti, opinionis errore, terrenarumque rerum studio delectati, merito *depressi esse* dicuntur. *Exaltatur* autem in *judicio Deus*, propter justam, de quibus dictum est, meritorum retributionem. *Deum* præterea singulis rebus bene gestis *exaltamus*. Quidquid enim bene gerimus, totum ipso nobis auctore et adjutore gerimus. Itaque ait : « Exaltabo te, Domine, quoniam assumpsisti me [88]. » Eumdem rursus *exaltamus*, cum ipsius sapientiam, potentiam et judicia contemplamur; non secus ac de justo dicitur : « Altitudines Dei in gutture ipsius [89]. » Qui porro in judiciis *exaltatum Dominum* contemplatur; idem et *gloriam* justitiæ ipsius intuetur. Cæterum pro eo quod est : *Et pascentur direpti tanquam tauri*; Symmachus habet : *Pascentur agni juxta ordinem suum. Iniquorum autem deserta advenæ depascent.* Quæ tandem etiam contigisse certum est. Populi enim principibus, tanquam *tauris*, armentorum ducibus, alio abactis per variasque gentes *distractis*, *desertas* eorum regiones accolæ quidam et inquilini occuparunt; quod et his verbis monebat, cum diceret : *Et regionem vestram coram vobis alieni depascent.* A quibus illa plane discrepabant, quæ suo pro populo decertare solitus erat Dominus. Nunc autem per alium prophetam ait Deus : « Racemate, racemate, inquam, quasi vineam, reliquias Israel. Convertite, tanquam vindemiator ad cartallum suum [90]. » Significat ergo et hic, eos, qui a Judæis quondam *direpti fuerant*, cum bella Dominus pro eis gereret, Judæos ipsos esse *depasturos*, *tauris* robore non dissimiles. *Ait* præterea : *Et deserta*, obsessorum herbam videlicet, quæ multa crescit in deserto, gentium *agnos esse depasturos*; *taurorum* quidem nomine robore præstantes, *agnorum* vero, eos, qui tales non sint, intelligens. Talia porro patimur, cum ab adversariis potestatibus bello superati, nul-

τες πονηρὰ λόγοις, ἢ τῷ πρὸς ἁμαρτίαν ἐρεθισμῷ. Ἀγαλλιᾶται δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ τῇ γηΐνῃ, ὁ κατὰ σάρκα ζῶν Ἰουδαῖος, πρὸς τὴν ἀποκειμένην τοῖς ἁγίοις μὴ βλέπων μακαριότητα. *Ταπεινοῦται δὲ ἄνθρωπος* μὲν ἁπλῶς ὁ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας μείζων, καὶ τὴν δύναμιν τὴν ἐκ πρώτης αὐτῷ δοθεῖσαν κατασκευῆς, διὰ τὴν πρὸς τὰ κάτω συμπάθειαν. Ὁ δὲ καταξιωθεὶς ἤδη χρηματίζειν ἀνὴρ, πρὸς τὰ πάθη μαλακιζόμενος, *ἀτιμάζεται* ζημιωθεὶς οὐ τὸ κοινὸν ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ ἀσκήσεως αὐτῷ γεγονὸς ἀγαθόν. « Τοὺς γὰρ δοξάζοντάς με, δοξάσω· καὶ οἱ ἐξουθενοῦντές με, ἀτιμασθήσονται, » φησὶν ἐν πρώτῃ Βασιλειῶν. Ἐξουθενεῖ δὲ Θεὸν ὁ παραβαίνων τὰς ἐντολάς. *Ὀφθαλμοὶ δὲ μετέωροι* τῶν τὴν διάνοιαν εἰς τὸ ὕψος ἀράντων. Θεασάμενοι γὰρ τὸν τὰ πάντα ποιήσαντα, καὶ ὑπεράνω γεγονότες τῶν αἰσθητῶν, διὰ ψευδοδοξίας καὶ τοῦ προσπάσχειν τοῖς ὑλικοῖς, εἰκότως ἐταπεινώθησαν. *Ὑψοῦται δὲ Κύριος ἐν κρίματι*, κατὰ τὴν δικαίαν τῶν εἰρημένων ἀνταπόδοσιν. Καὶ καθ' ἕκαστον δὲ κατόρθωμα *ὑψοῦμεν Θεόν*. Συνεργίᾳ γὰρ κατορθοῦμεν τῇ παρ' αὐτοῦ. Διό φησιν, « Ὑψώσω σε, Κύριε, ὅτι ὑπέλαβές με· » καὶ πάλιν, *ὑψοῦμεν* αὐτὸν, θεωροῦντες αὐτοῦ τὴν σοφίαν, τὴν δύναμιν, τὰ κρίματα· ὡς λέγεσθαι περὶ τοῦ δικαίου, « Αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι αὐτοῦ. » Ὁ δὲ *τὸν Κύριον* ἰδὼν *ὑψούμενον*, ἐν τοῖς κρίμασιν, ὁρᾷ καὶ *τὴν δόξαν* τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Καὶ βοσκηθήσονται οἱ διηρπασμένοι ὡς ταῦροι*, ὁ Σύμμαχος, *Νεμεθήσονται*, φησὶν, *οἱ ἀμνοὶ* [x] αὐτῶν. Τὰ δὲ *ἔρημα τῶν παρανόμων πάροικοι φάγονται*· ἃ καὶ πρὸς λῆξιν ἐγένετο. Τῶν γὰρ ἀρχόντων τοῦ λαοῦ δίκην *ταύρων* ἀγέλης ἡγουμένων εἰς μετοικίαν ἀπαχθέντων, καὶ ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς διαρπασθέντων, τὰς *ἐρήμους* αὐτῶν χώρας πάροικοί τινες ἐπελθόντες καὶ μέτοικοι κατέσχον· ὅπερ ἔλεγε, *Τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν*. Οὔ τοὐναντίον ἦν, ὅτε Θεὸς ὑπερεμάχει τοῦ ἰδίου λαοῦ. Νῦν δὲ δι' ἄλλου προφήτου φησὶν ὁ Θεὸς, « Καλαμᾶσθε, καλαμᾶσθε, ὡς ἄμπελον τὰ καταλοιπὰ τοῦ Ἰσραήλ. Ἐπιστρέψατε ὡς ὁ τρυγῶν ἐπὶ τὸν κάρταλλον αὐτοῦ. » Φησὶν οὖν καὶ οὗτος, ὅτι οἱ πάλαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων *διηρπασμένοι* ἡνίκα τούτοις συνεμάχει Θεὸς, τὰ τούτων *βοσκηθήσονται*, ταύρων ἔχοντες δύναμιν. Καὶ *τὰς ἐρήμους*, φησὶ, τῶν πολιορκηθέντων ἄρνες οἱ ἐξ ἐθνῶν *βοσκηθήσονται*, βαθυτάτην, ὡς ἐν ἐρήμῳ, πίαν νεμόμενοι. Τοὺς [μὲν] ἰσχυροὺς ταύρους εἰπὼν, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ἄρνας. Τοιαῦτα δὲ πάσχομεν ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων ἡττώμενοι κατὰ πόλεμον καὶ ὑπὸ τῶν ἀλόγων κινημάτων, *ταύρων* δίκην, ἐν τῇ *ἐρημίᾳ* τοῦ βίου τούτου διάξομεν [y]. Ὅθεν οὐκ ἔφη, Βόες. Συναγελαστικαὶ γάρ. Ὁ δὲ *ταῦρος* θυμοειδὴς ὢν ἀποσπᾶται τῶν ἄλλων.

[87] I Reg. II, 30. [88] Psal. XXVI, 10. [89] Psal. CXIX, 6. [90] Jerem. VI, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[x] *Isaac.* κατὰ τάξιν. [y] *Græc.* διάγοντες.

Digitized by Google

loque rationis sensu, *taurorum* instar, acti cupiditatibus, per hujus vitæ *deserta* vagamur, unde non boves jam (quos societate, armentisque gaudere videmus), sed *tauros* iracundos, et ab aliis avelli solitos, esse dixit.

ιη'. *Οὐαὶ οἱ ἑπισπώμενοι τὰς ἁμαρτίας ὡς* A *σχοινίῳ μακρῷ, καὶ ὡς ζυγοῦ ἱμάντι δαμάλεως· τὰς ἀνομίας οἱ λέγοντες· Τὸ τάχος ἐγγισάτω ἃ ποιήσει, ἵνα ἴδωμεν. Καὶ ἐλθέτω ἡ βουλὴ τοῦ ἁγίου Ἰσραὴλ, ἵνα γνῶμεν.*

Καὶ ταῦτα τοῖς προλεχθεῖσιν ἀκόλουθα. Πολλῶν γὰρ ἐπακούσαντες διδασκαλικῶν λόγων, τοῦ Σωτῆρος, μετ' αὐτόν τε τῶν ἀποστόλων, ἐπιμένοντες ἀπιστίᾳ, προσθήκας ἐποιοῦντο πλημμεληµάτων, ἀεὶ τοῖς προλαβοῦσιν ἐπισυμπλέκοντες ἕτερα, καθάπερ οἱ πλέκοντες *σχοινίον*, παυσαμένου τοῦ κλωθομένου συνάπτουσιν ἕτερον, *μακρὸν* ποιῆσαι βουλόμενοι. Πᾶς δὲ ἁμαρτάνων, δεσμοὺς ἑαυτῷ δι' ὧν ἁμαρτάνει κατασκευάζεται, μακρὸν, ἢ βραχὺ, κατὰ λόγον τῶν ἁμαρτημάτων, *τὸ σχοινίον* ᾧ δεσμεῖται ποιῶν. Διὰ γὰρ τοῦτο γινόμεθα B δέσμιοι κατὰ τὴν Ἱερεμίου φωνήν. Σειραῖς γὰρ τῷ ὄντι τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων ἕκαστος σφίγγεται. Καὶ ἅπερ δὲ κατὰ τὸν[z] πλησίον οὐκ ἐκ τοῦ παρατυχόντος, ἀλλ' ἐκ βουλῆς καὶ ἐνέδρας καὶ *μακρῶν* συντελοῦμεν κατασκευῶν, *σχοινίον ἐστὶ μακρὸν*, δι' οὗ καὶ πόῤῥω κειμένας ἑαυτοῖς τὰς ἁμαρτίας ἐπισυρόμεθα, ἤγουν τὰς ἐπ' αὐταῖς τιμωρίας. Καὶ ταύτας γὰρ οἶδεν ἁμαρτίας καλεῖν ἡ Γραφή. Τρόπον γάρ τινα τὴν τοῦ Θεοῦ καθ' ἑαυτὸν ἐλθεῖν βιαζόμεθα δίκην, ὡς ἡμῶν ἑκάστῳ λέγεσθαι· « Ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς; » Ὁ δὲ Σύμμαχος ἐξέδωκεν· *Οὐαὶ οἱ ἕλκοντες τὰς ἀνομίας, ὡς σχοινίῳ ματαιότητος, καὶ ὡς βρόχῳ τῆς ἁμάξης τὴν ἁμαρτίαν. Μακρὰ* γὰρ ὄντα τὰ *σχοινία* δυσδιάλυτά C ἐστιν, τῷ τῶν ἁμαρτημάτων εὐτόνῳ πυκνούμενα. Οἱ γὰρ ζυγόδεσμοι, οὐδὲ ὑπὸ τῶν *ἰσχυροτάτων* ζυγῶν, καὶ βιαίως ἐπισπωμένων τὰ βάρη, εὐχερῶς διαῤῥήγνυνται. Τὴν δὲ ἰσχὺν ἐπέτεινεν *ἐκ δαμάλεως* εἰπὼν τὸν ἱμάντα ἰσχυροῦ τε ζώου, καὶ οὔτε διὰ πόνου, οὔτε διὰ χρόνον ἠσθενηκότος. Ἢ οὕτως, ὡς οἱ *τὰς δαμάλεις*, ἤτοι τὰς βοῦς ὑποφέροντες τοῖς ζυγοῖς, ἕλκουσιν ἕως ὅτε σὺν βίᾳ πολλῇ εἰς πόνους [καὶ] καταδεσμεύουσιν· τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς ἐσομένοις ἑαυτοὺς ὑποφέροντες ἔφασκον, *Ἐγγισάτω τὸ τάχος ἃ ποιήσει, τὰς καθ' ἑαυτῶν ἀπειλὰς παρά* τε προφητῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἀκούσαντες, δι' ἀπιστίαν τε ταύτας ἐπικαλούμενοι. Διό τις αὐτοὺς ταλανίζει προφήτης εἰπών· « Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου. Καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ οὐ φῶς. » Καὶ αὐτὸν μέντοι γενόμενον δέσμιον ἁμαρτίας ἀκολουθῆσαι Χριστῷ τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε. Ἅγιον δὲ *Ἰσραὴλ* τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Λόγον φησίν.

κ'. *Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ*

81 Vers. 18, 19. *Væ qui trahitis peccata, tanquam funiculo longo, et tanquam jugi loro juventæ, iniquitates, dicentes: Cito appropinquet quæ faciet, ut videamus, et veniat consilium Israelis, ut sciamus.*

Et hæc illis, quæ prædicta sunt, consentanea exsistunt. Cum enim multa Salvatore et apostolis postea docentibus audissent, pertinaciter incredulitatem amplexi, flagitia flagitiis amplificabant, alia aliis eorum more addentes, qui dum *funem* texunt, deficiente materia, novam subinde adjiciunt, ut longum magis efficiant. Peccata vero quilibet, eo ipso quod peccat, sibi tanquam vincula longa, vel brevia fabricat, pro ratione peccatorum *funiculum* quo vinciatur, texens: ob idque, sicut est ab Jeremia dictum, vincti efficimur. Vinculis eum revera quilibet propriorum peccatorum constringitur. Præterea, quæ in vicinum, non temere, sed præmeditato longisque insidiis molimur, *funiculus longus* ipsa sunt, quo longe remota scelera, id est scelerum pœnas, in nostrum caput attrahimus. Solet enim hoc nomine Scriptura sæpe flagitia nominare. Nam et numinis vindictam persæpe, tanquam vi, in nos attrahimus; unde non immerito omnibus dici queat: « An divitias bonitatis ejus, et patientiæ, et longanimitatis contemnitis [91]? » At vero sic habet Symmachi tralatio: *Væ qui trahitis iniquitates, tanquam funiculo vanitatis, et tanquam luqueo plaustri, peccatum, funes enim longos* non est dissolvere facile, quæ bene peccatorum densitate C stipati sunt. Neque enim ipsa etiam lora jugalia, quantumvis robustis jugis onera vi *trahentibus* contendantur, facile disrumpuntur. Robur autem amplificavit, cum *juvencæ lorum*, robusti videlicet animalis, nec dum laboribus aut ætate confecti, dixit. Vel certe, quod non aliter, quam qui *juvencas*, aut boves jugis submittunt, vi multa ad labores aliquando trahunt, et vinciunt: sic qui se divinæ iræ ingruenti ultro subjiciebant, eam etiam non dubitabant provocare his verbis: *Festinet, et veniat cito opus ejus*, prophetarum minas nimirum, et Salvatoris ipsius easdem inculcantis magna perfidiæ contumacia **82** in suam perniciem invocantes. Indeque est, quod eis quidam imprecatur propheta, his verbis: « Væ desiderantibus diem Domini: D et ipsa tenebræ, et non lux [92]. » Decet vero et eum qui peccati nexibus impeditur, Christum in vinculis detentos voce soluturum, et exire jussurum, insequi. *Sanctum* deinde *Israel*, unigenitum Dei Verbum significat.

Vers. 20. *Væ qui dicitis malum bonum, et bonum*

[91] Rom. II, 4. [92] Amos V, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[z] γρ. τοῦ. [a] Ισ. Δεῖ δέ.

Digitized by Google

malum; qui ponitis tenebras lucem, et lucem tenebras; qui ponitis amarum dulce, et dulce amarum.

αὐτῶν, καίτοι κρατεῖν ἔδει μᾶλλον τὸν ἐλαύνοντα δαίμονας, καὶ πάσης νόσου γινόμενον ἰατρόν. Ὅθεν καὶ Φαρισαῖοι, κληθέντος πρὸς σωτηρίαν Ματθαίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον ἑαυτοῦ καλέσαντος Ἰησοῦν, ἐπεὶ δὴ πολλοὶ συνῆσαν ἁμαρτωλοὶ καὶ τελῶναι, τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἔλεγον· Διὰ τί μετὰ ἁμαρτωλῶν καὶ τελωνῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; Αἰτιᾶται δὲ καὶ τοὺς ἐξάρχοντας τῶν Ἰουδαίων Θεὸς λέγων, Ἀναμέσον ἁγίου καὶ βεβήλου οὐ διέστελλον. Δι' ὃ καὶ νῦν ὁ προφήτης ὑπὸ τοῦ συνειδότος *κατανένυκται*, φησὶν, ὅτι τῶν ἁγίων δυνάμεων *χείλεσι* παναγίοις ὑμνούντων τὸν Κύριον, οὐκ εἶχε σὺν αὐτοῖς ἀνυμνεῖν, εἰδὼς ὡς οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. Διόπερ ἐξέδωκε Σύμμαχος· *Οἴμοι, ὅτι ἐσιώπησα.* Ἦν μὲν γὰρ *ἀκάθαρτος χείλεσιν Ἰσραὴλ*, βλασφημήσας τὸν Κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Ὁ δὲ προφήτης πρὸς αἷς εἰρήκαμεν αἰτίαις, μετριάζων ἑαυτὸν συναναμίγνυσιν τῷ λαῷ· τάχα δὲ καὶ τῆς ἀνθρώπου φύσεως τὴν νόσον ὁμολογεῖ, κατὰ Δαβὶδ εἰρηκότα· « Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Πᾶς ἄνθρωπος ψεύστης. » Νοσεῖ γὰρ τὸ ψεῦδος ἡ φύσις, εἰ καὶ νήφοντες ὀλίγοι τοῦτο φεύγειν δεδύνηνται. Ὅτι δὲ χρὴ *καθαροῖς χείλεσιν* ὑμνολογεῖν τὸν Θεὸν, δηλοῖ τις τῶν μαθητῶν περὶ τῆς γλώσσης εἰπών, « Ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν τὸν Κύριον, καὶ ἐν αὐτῇ καταρώμεθα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γεγονότας. » Ὁ δὲ Σύμμαχος ἐξέδωκεν ἔτι σαφέστερον εἰπών· *Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου, καὶ τὰ πρὸς ποδῶν αὐτοῦ ἐπλήρου τὸν ναόν. Σεραφεὶμ ἑστῶτα ἐπάνωθεν.* Ἐπειδὴ γὰρ ὁ οὐρανὸς αὐτῷ *θρόνος*, ἡ δὲ γῆ *ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ*, ὁ ἐπὶ γῆς δὲ ναὸς, ἐν τῷ ὑποποδίῳ αὐτοῦ συνειστήκει· εἰκότως τὰ *πληροῦντα τὸν ἐπὶ γῆς οἶκον, πρὸς ποδῶν* ἐλέγετο τοῦ Θεοῦ. *Σεραφεὶμ* δὲ *εἱστήκει ἐπάνωθεν τοῦ οἴκου.* Οὐ γὰρ δὴ τοῦ Κυρίου, ἀλλ' οὐδὲ εἴσω ἦν τοῦ *οἴκου* (ἦ γὰρ ἂν καὶ αὐτὰ πρὸς τοῖς *ποσὶν* ἦν τοῦ Θεοῦ), ἀλλ' ἦν *ὑπεράνω τοῦ οἴκου* περιπολοῦντα τὸν βασίλειον *θρόνον*. Μὴ ἀγνοῶμεν δὲ ὡς *οἰκόν* τινες ἔφασαν τὸ σύμπαν σύστημα τῆς νοητῆς καὶ αἰσθητῆς κτίσεως, *ἐπηρμένον* δὲ *θρόνον*, τὴν ἐπὶ πάντων ἀρχήν. Ἐχρῆν δὲ τούτους πρόσθεῖναι καὶ πῶς ὁ οὕτω νοούμενος; *οἶκος ἐπληρώθη καπνοῦ.*

A quod in prædæ ubertate, cum divinæ virtutis periculum, retibus in Dei verbo laxatis [51], fecisset Petrus, Dominum a se quia peccator exsisteret, recedere postulavit [52]. Alioqui enim Christum a se ut recederet nunquam fuerat petiturus. Quin et Gergesæni miraculorum ejus magnitudinem experti, eum, ut suis finibus exiret, precati sunt [53]; cum dæmonas abigentem, morbumque omnem persanantem amplecti potius decuisset. Inde etiam quod cum vocatus esset ad salutem Matthæus, domique *Jesum* exciperet, quoniam intererant peccatores multi, multi item publicani, a Pharisæis ejus discipuli, cur cum illis magister ederet, interrogati sunt. Accusat autem et Judæos Dominus, qui sanctum a profano minime discernerent; ideoque se jam B conscientiæ spiculo *compungi* ait propheta, qui *labiis suis* hymnum Deo dicentibus potestatibus, eadem ipse cum illis personare non valeat; qui ingratam Deo in ore peccatorum laudem esse non ignoraret. Itaque sic habet Symmachi interpretatio: *Hei mihi, quoniam tacui.* Erat enim revera *labiis impurus Israel*, qui in Dominum Jesum Christum ore blasphemo convicia exspuisset. Sed propheta præter eas, quas attulimus rationes, modestiæ causa, seipse populo admiscet. Fortasse vero et humanæ naturæ morbum confitetur, juxta Davidicum illud: « Dixi in excessu meo, omnis homo mendax [54]. » Est enim mendacium hominibus naturalis quidam morbus; quantumvis sit a nonnullis C evitatum. Eum vero, qui ad Dei laudes sese accingat *purgatis* esse *labiis* oportere, satis indicavit apostolorum quidam de lingua sic locutus: «In ipsa benedicimus Deum et Patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem et similitudinem Dei facti sunt [55]. » At isthæc adhuc apertius interpretatus est Symmachus, cum ait: *Vidi Dominum sedentem in throno excelso et elevato: et quæ sub pedibus ejus erant, templum replebant. Seraphim stabant superne.* Quia enim cœlum ipsi *thronus* est *terraque scabellum pedum ejus;* **97** quod in terra deinde templum habetur, in ipsius etiam scabello consistit; ea merito *quæ terrenam domum replent, sub* Domini *pedibus* esse dicuntur. Sequitur vero: *Seraphim stabant supra domum.* Neque enim certe supra Dominum, imo ne intra *domum* quidem (essent enim et ipsa sub *Dei pedibus*), sed *supra domum* exsistere, regiumque *thronum* circumire significavit. Non ignoramus tamen, *domus* appellatione, universam intelligibilis, visibilisque mundi, structuram; sicut per *thronum exaltatum*, summam ipsam in res omnes potestatem intelligere. Sed hujus sententiæ auctores oportuit explicare, qui posset hoc sensu *domus* usurpata *fumo* etiam repleri.

ς-ιγ'. *Καὶ ἀπεστάλη πρός με ἓν τῶν Σεραφεὶμ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἥψατο τοῦ στόματός μου, καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου,* κ. τ. λ.

D Vers. 6-13. *Et missus est ad me unus de Seraphim, et in manu habebat prunam, quam forcipe accepit ab altari, et tetigit os meum, et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua,* etc.

Τῷ μὲν Ἱερεμίᾳ εἰρηκότι· « Ὦ ὤν, Δέσποτα Κύριε, ἰδοὺ, οὐκ ἐπίσταμαι λαλεῖν, ὅτι νεώτερος ἐγώ

98 Cum dixisset Jeremias: « A, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum [56]; » extendit

[51] Luc. v, 9. [52] Matth. xvi, 23. [53] Matth. viii, 34. [54] Psal. cxv, 11. [55] Jac. iii, 9. [56] Jerem. i, 6.

Digitized by Google

manum suam Dominus, et tetigit os ejus, implens spiritus prophetici gratia, cum purgatione opus non haberet [57] : qua cum isti opus sit, non Dominus ipse, sed *Seraphim unus purgatoriam prunam* admovet; unde urentes merito, sive accendentes, vocati sunt. Eam ob rem de potestatibus angelicis scriptum legimus : « Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam urentem [58]. » Purgationis enim, quibus ipsa opus est, vim obtinent. *Implet* autem *altare suum purgatoriis carbonibus* Deus; indeque et alicubi, carbones succensos esse ab eo, legimus [59]. Ad hæc ignem consumentem, Deum Moses appellavit [60]. In Spiritu sancto et igne præterea baptizat Salvator [61] : cum nisi solo igne divino purgari quemquam posse certum sit. Quale enim cujusque sit opus, ignis ipse probabit, et salvabitur, ait, tanquam per ignem [62]. Fortasse vero Christus prunæ, sive *carbonis* nomine, significatur, qui lignum natura exsistens, ignem toto corpore concipit, ejusque vires et actionem retinet. Solet vero Deum igni perlibenter Scriptura comparare. At : « Verbum caro factum est, et habitavit in nobis [63]. » In Christo enim si unionis rationem contempleris, omnis habitavit deitatis plenitudo [64]. Est vero et hinc miraculorum effectrix caro Salvatoris. Simul ac enim *loculum tetigit*, redivivus viduæ factus est filius [65]. Idem præterea sputo visum restituit [66] **99** qui nunc *labiis* appositus, eadem quoties ejus fidem profitemur, repurgat.

Hinc et illa Pauli : « Prope est verbum in ore tuo, et in corde tuo, hic est, Verbum fidei, quod prædicamus [67], » et quæ postea. Ejus enim opera *peccatorum* sordibus *mundati* spiritu ferventes efficimur; quod ejus caro mundi peccatum sustulerit. Ait vero et David : « Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud [68]; » postquam vires illius expertus est. Cognatus vero huic et ille, qui Mosi in rubo in monte Choreb apparuit, ignis est [69]. Nec ab eo differt, qui Cleophæ Simonique corda, cum eis Scripturas Dominus aperiret [70], incendebat. Talem et ipse sensit Jeremias, cum diceret : « Et factus est ignis in visceribus meis, et fractus sum undique [71]. » Hunc ipsum et Salvator etiam ut in mundum jaceret venit. « Et quid volo? ait : enimvero jam accensus est [72]. » Hunc ergo ab *altari* ignem *capit unus de Seraphim*, qui locus est purgationis animarum cœlestis, unde sanctificantibus et lustrantibus Potestatibus *ignis purgatorius* emittitur. Ipsæ siquidem datis a Deo cuique honoris nomine partibus defungentes, sub jugum unum ordinemque muneris veniunt. Nutibus enim Dominicis obsequentes, honoris

εἰμι, » ἐξέτεινε Κύριος τὴν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ ἥψατο τοῦ στόματος αὐτοῦ πληρῶν τῆς προφητικῆς αὐτὸ χάριτος, ἐπείπερ οὐκ ἐδεῖτο καθάρσεως. Νῦν δὲ τῷ δεομένῳ ταύτης, οὐχ ὁ Κύριος, *ἑν δὲ τῶν Σεραφεὶμ προσάγει τὸν ἄνθρακα* τὸν καθάρσιον, ὅθεν εἰκότως τὴν, ἐμπρησταὶ, ἤγουν ἐμπιπρῶντες, προσηγορίαν ἠνέγκαντο. Δι' ὃ περὶ τῆς ἀγγελικῆς δυνάμεως εἴρηται· « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. » Καθαρτικοὶ γάρ εἰσι τῶν δεομένων καθάρσεως. *Πληροῖ* δὲ *τὸ ἑαυτοῦ θυσιαστήριον ἀνθράκων καθαρτικῶν* ὁ Θεὸς, δι' ὃ πού φησιν· "Ἀνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ πῦρ καταναλίσκον τὸν Θεὸν ἐκάλει Μωσῆς. Βαπτίζει καὶ ὁ Σωτὴρ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ πυρί. Οὐκ ἔστι γὰρ καθαρθῆναι, πλὴν διὰ τοῦ θείου πυρός. Ὁποῖον γάρ ἐστιν ἑκάστου τὸ ἔργον, τὸ πῦρ αὐτὸ δοκιμάσει. Καὶ σωθήσεται δὲ, φησὶν, ὡς διὰ πυρός. Μή ποτε δὲ Χριστοῦ σύμβολον ληπτέον *τὸν ἄνθρακα*, ὃς ξύλον μέν ἐστι τῇ φύσει, πλὴν ὅλος δι' ὅλου μεμέστωται τοῦ πυρὸς, οὗ καὶ τὴν δύναμιν ἔχει καὶ τὴν ἐνέργειαν. Παρεικάζειν δὲ φιλεῖ πυρὶ καὶ τὸν Θεὸν ἡ θεία Γραφή. « Γέγονε δὲ σὰρξ ὁ Λόγος, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Ἐν τῷ Χριστῷ γὰρ πᾶν τὸ τῆς θεότητος κατῴκησε πλήρωμα, κατὰ τὸν τῆς ἑνώσεως τρόπον. Θαυματουργὸς ἐντεῦθεν καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡ σάρξ. *Ἥψατο* γοῦν [y] τῆς *σοροῦ* καὶ ἀνέστησε τὸν τῆς χείρας [x] υἱόν. Καὶ πτύσας, τὸ βλέπειν χαρίζεται, ὃς περικαθαίρει *τὰ χείλη* γινόμενος ἐν αὐτοῖς, ὅταν τὴν πίστιν ὁμολογῶμεν τὴν εἰς αὐτόν.

Διὸ καὶ Παῦλός φησιν· « Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τουτέστιν τὸ κήρυγμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν, » καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Δι' αὐτοῦ γὰρ ὁ τῆς *ἁμαρτίας ἐκτήκεται* ῥύπος, γινόμεθά τε τῷ πνεύματι ζέοντες. Αὐτοῦ γὰρ ἡ σὰρξ ἦρε τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Καὶ Δαβὶδ δέ φησι· « Πεπυρωμένον τὸ λόγιον σου σφόδρα, καὶ ὁ δοῦλός σου ἠγάπησεν αὐτό· » τῆς ἐντεῦθεν ἐνεργείας αἰσθόμενος. Συγγενὲς δὲ τούτου τὸ πῦρ τὸ ἐπὶ τῆς βάτου καὶ τοῦ Χωρήβ· τοιούτῳ πυρὶ Κλεώπα καὶ Σίμωνος ἐκαίετο ἡ καρδία, ὅτε διήνοιγεν αὐτοῖς ὁ Κύριος τὰς Γραφάς. Τοιοῦτον Ἱερεμίας ἔλαβε πῦρ, δι' ὃ καὶ ἔλεγεν· « Καὶ ἐγένετο πῦρ ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου, καὶ παρ' εἶναι [y] πάντοθεν. » Τοῦτο καὶ ὁ Σωτὴρ ἐπὶ τὴν γῆν ἦλθεν βαλεῖν. « Καὶ τί θέλω, φησίν; ἀλλ' ἤδη ἀνήφθη. » Τοῦτο τὸ πῦρ ἀπὸ τοῦ *θυσιαστηρίου λαμβάνει τὸ* [z] *Σεραφείμ*. Χωρίον δὲ τοῦτο καθαρισμοῦ ψυχῶν ἐπουράνιον, ὅθεν ἐκπέμπεται ταῖς ἁγιαζομέναις δυνάμεσι τὸ *καθάρσιον πῦρ*. Αὗται μέντοι τῆς πρεπούσης ἑκάστῃ παρὰ Θεοῦ τιμῆς ἀπολαύουσαι ὑπὸ ζυγὸν ὑπάρχουσιν ἕνα· νεύμασι γὰρ ὑπηρετοῦσι Δεσποτικοῖς, ἐν μέρει τιμῆς τὴν δουλείαν δεχόμενα [a]. Διὸ καὶ νῦν

[57] Jerem. I, 9. [58] Psal. CIII, 4. [59] Psal. XVII, 9. [60] Deut. IV, 24; Hebr. XII, 29. [61] Matth. III, 11. [62] I Cor. III, 13, 15. [63] Joan. I, 14. [64] Coloss. I, 19. [65] Luc. VII, 14, 15. [66] Joan. IX, 6. [67] Deut. XVIII, 18; Hebr. X, 8. [68] Psal. CXVIII, 140. [69] Exod. III, 2 seq. [70] Luc. XXIV, 32. [71] Jerem. XX, 9. [72] Luc. XII, 40.

VARIÆ LECTIONES.

[x] γρ. χήρας. [y] γρ. παρεῖμαι. [z] ἴσ. γρ. ἐν τῶν. [a] γρ. δεχόμεναι.

Digitized by Google

τὸ [b] *Σεραφεὶμ* τῇ τοῦ προφήτου καθάρσει διακονεῖ, *λαμβάνον τῇ λαβίδι τὸν ἄνθρακα*, τὸ σέβας ἐμφαῖνον, ὅπερ ἔχει πρὸς τὸ *θυσιαστήριον*, χειρὶ μὴ τολμῆσαν ἐφάψασθαι. Ἀληθινὸν γὰρ ἦν τὸ πῦρ, ἀλλ' οὐκ ἀλλότριον, ᾧ Ναδὰβ καὶ Ἀβιοὺδ κατεκάησαν. Τοῦτο γὰρ ὡς μὴ καλὸν τοῖς χείλεσιν τοῦ προφήτου προσάγεται. Οὔτο νῦν [c], διὰ τὸ καυστικὸν ἡ *λαβὶς*, ἀλλὰ δηλοῖ τὴν ἐν ἑκάστῳ τυγχάνουσαν ἐπιτηδειότητα πρὸς τὴν τῶν ἀπὸ Θεοῦ διδομένων ἀγαθῶν ὑποδοχήν, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐν ἑκάστῳ ὑπαρχούσης πρὸς τὸ καλὸν οἰκειώσεως. Ἢ, ὅτι τὴν ἐπὶ Χριστῷ πίστιν καὶ γνῶσιν, καθάπερ τινὶ *λαβίδι*, δεχόμεθα διὰ νομικῶν τε ἅμα καὶ προφητικῶν παιδευμάτων, ὧν ταῖς μαρτυρίαις οἱ ἀπόστολοι τοὺς ἰδίους λόγους ἐπισφραγίζοντες, ἔπειθον τοὺς ἀκούοντας, *τὸν ἄνθρακα* τοῖς αὐτῶν προσάγοντες *χείλεσιν*, καὶ τὴν πίστιν ὁμολογῆσαι παρασκευάζοντες· ὃν ὁ προφήτης δεξάμενος θαρρεῖ, μηκέτι λέγων· Τάλας ἐγώ· ἀποστολῇ δὲ τῇ παρὰ τοῦ φανέντος ἐπιτρέχων αὐτόματος. Τοσοῦτον δύνανται δυνάμεις λειτουργικαὶ πεμπόμεναι πρὸς τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, οὐκ αὐθεντικῶς, οὐδὲ αὐτεξουσίως παραγινόμεναι. Προηγουμένη γὰρ αὐταῖς καὶ κατὰ φύσιν ἐστὶ ζωὴ τῷ τοῦ Θεοῦ κάλλει ἐνατενίζειν ἀεὶ, καὶ διηνεκῶς δοξάζειν αὐτόν· περιστατικὴ δὲ ταύταις ἐνέργεια ἡ πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιμέλεια καὶ στροφή. Τοιαύτη καὶ ἡ νῦν προσενεγκοῦσα *τὸν ἄνθρακα*. Νοήσωμεν δὲ τοῦτον λόγον ἀληθῆ, διαπύρως καὶ ἐλεγκτικῶς τὸ ψεῦδος καθαίροντα, οἷς ἂν ἀπὸ τῆς δραστηρίου δυνάμεως προσενεχθῇ. *Τὴν γὰρ χεῖρα τοῦ Σεραφεὶμ* ἐνέργειαν χρὴ νοεῖν ἀγαθῶν παρεκτικήν. Ὁ δ' οὖν Κύριος καθαρθέντα τὸν προφήτην προστακτικῶς οὐκ ἀπέστειλεν, ἀλλά φησι· *Τίς πορεύσεται;* Δοκιμάζοντος δὲ τοῦτον ἡ τοιαύτη φωνὴ, καὶ τὴν αὐτοῦ προθυμίαν προκαλουμένου, ὡς ἂν τῆς ἀγαθῆς προαιρέσεως κομίζοιτο τὸν μισθόν. Ἔοικε δὲ καὶ αἰτιᾶσθαι λίαν τὸν Ἰσραὴλ, ὡς τοῖς ἀποστελλομένοις ἀεὶ γινόμενον ἀπειθῆ, καὶ διαφόρως αὐτοὺς τιμωρούμενον. Τοιγαροῦν καὶ πρὸς τὸν Ἰεζεκιὴλ φησιν ὁ Θεός· « Ὁ δὲ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ οὐ μὴ ἐθελήσωσιν ἀκοῦσαί σου, διότι οὐ βούλονται εἰσακοῦσαί μου, ὅτι πᾶς ὁ οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ φιλόνεικοί εἰσι καὶ σκληροκάρδιοι. » Ὅθεν ἔοικεν ἀποροῦντι, Τίς δυνήσεται πεῖσαι τὸν Ἰσραήλ; Ὁ δὲ, ἅτε *ἄνθρακος* τοῦ θείου μεταλαβὼν, καθαρὸς μέν ἐστι, πρόθυμος δὲ καὶ νεανικὸς πρὸς ἀποστολὴν, οὗ μετειληφότες μᾶλλον οἱ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ θερμότεροι πρὸς ταύτην ἐγένοντο. Θεὸς δὲ τὸν Μωϋσῆν οὐκ ἠρώτησεν, ὡς νῦν Ἡσαΐαν· ἀλλ' ὡς ἔχων ἕτοιμον, φησί· « Δεῦρο, ἀποστείλω σε πρὸς Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου. » Καὶ ὅμως παραιτεῖται, ὁ δὲ πλείστῃ τῇ ἀγάπῃ φερόμενος, ἀορίστως ἀκούσας τοῦ λόγου, ἐπιδίδωσιν ἑαυτὸν μηδὲν ὧν πάσχειν ἡμελλεν λογισάμενος. Ἀλλ' οὐκ ἐναντίαν ταύτῃ διάθεσιν ἔσχεν ὁ Μωϋσῆς. Ἀλλ' ᾔδει τὴν ὑπόθεσιν, εἰς ἣν ἀπεστέλλετο, καὶ ὡς ἀνένδοτός ἐστιν ὁ Φαραὼ,

ergo servitutem amplectuntur. Itaque et hic prophetæ purgationi subservit *unus de Seraphim*, qui *carbone de altari forcipe accepto*, honorem, quem altari exhibet, aperte significat, cum manu tangere non audet. Verus enim, non alienus ignis ille exstitit, quo Nadab et Abiud conflagrasse legimus[72]. Tanquam enim non urat, prophetæ labiis admovetur. Non hic igitur, ut urendi potestas vitetur, *forceps* adducitur; sed, ut percipiendæ a Deo gratiæ juxta singulorum virtutis rationem, facultas demonstretur. Aut certe, quia quæ in Christum est fidem et cognitionem, non aliter quam *forcipe*, per legis et prophetarum documenta accepimus; quorum testimoniis scripta sua roborantes apostoli, auditores admoto tanquam *labris carbone* ad fidei confessionem præparatos, pertraxerunt. Quem cum semel excepisset propheta **100**, mire confidens, miserum se non exclamat amplius, sed ultro ad ejus, quem vidit, missionem festinat. Adeo magnum est ministrarum virtutum, in eos qui salutem sunt consecuturi, monumentum; quæ non sponte tamen, sed Dei nutu missæ nobis adsunt. Primaria enim illis et naturalis vita est, in Dei pulchritudinem semper aciem intendere eumque perpetuo celebrare: hæc autem adventitia functio, ut hominum curam habeant, et nobiscum versentur: qualis et ipsa nunc est, quæ *carbonem* deferre dicitur. Intelligamus vero et veritatis verbum exsistere, quod acriter et evidenter falsa destruat, in quæ semel virtutis suæ vires converterit. Decet vero per *manum Seraphim*, vim ipsam bonorum effectricem et largitricem intelligere. Neque vero purgatum prophetam Dominus abire jubet, sed his verbis interrogat: *Quis ibit?* Quæ vox probantis est, et alacritatem illius provocantis, bonique instituti tanquam mercedem pollicentis. Videtur autem Israeliticum populum non leviter accusare, tanquam qui ad se missis semper reluctatus, eosdem variis cruciatuum generibus affecisset. Itaque et nunc Ezechielem ipsum alloquitur Dominus: « Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me, quando quidem omnis domus Israel contentionibus delectatur, et duro corde est[73]. » Indeque fit, ut dubitanti similis, quis Israelem flectere posset, et persuadere, quærere videatur. At hic, tanquam divino labris admoto *carbone* purgatus propheta, magna ad gerendam provinciam animi alacritate, et fervore accedit; cujus qui abundantius fuere participes Christi discipuli, in hujus legationis obeundo munere, etiam ferventiores exstiterunt. Nec vero Mosen Deus, ut hic Isaiam, interrogavit, sed tanquam paratum haberet: « Accede, ait, mittam te ad Pharaonem regem Ægypti[74]; » et ille recusat tamen, cum hic majore longe dilectione præditus sermone nondum penitus

[72] Levit. x, 1, 2. [73] Ezech. III, 7. [74] Exod. III, 10.

VARIÆ LECTIONES.

[b] *Isa. gr.* ἐ. τῶν. [c] *gr.* οὖ τοίνυν.

Digitized by Google

audito, nihil eorum animo quidquam, quæ passurus esset, cogitans, seipsum permittat. Neque est tamen, quod huic esse contrariam Mosis credamus animi sententiam. Sed notat ad quæ negotia mitteretur, qui esse obstinato animo Pharaonem non **101** ignorabat; qui populi pervicaciam experimento didicerat.

A ὁ δὲ λαὸς Ἰσραὴλ δυσπειθης, πεῖραν τούτου μαθών.

De se enim benemeritum fuga sibi salutem quærere compulerunt, et simulato pastoralis vitæ studio, hominum tumultus declinare. Verum, quid ipse sentiret postea satis aperuit. Constat enim suis eum precibus conflati vituli pœnas ab Israele depulisse; cum dicenti Domino : « Abi, populique istius dux esto, et mittam angelum meum ante te[76], » statim reposuit : « Precor, Domine, si te ducem nobis præbere non statuis, inde nos non educas[77]. » Quamobrem vero? quia nimirum sceleratus populus, peccatorum remissione, quam angeli præstare nequeunt, opus haberet. Peccata enim ulcisci quidem, sed non item possunt remittere. Unde et alium superius, quem mitteret, verum illum scilicet legislatorem, qui potest unus salutem dare, unus item peccata remittere, proferendum dicebat [78]. Sed est haudquaquam exauditus, cum temporum nondum adventasset plenitudo, figurisque prius homines assuescere docerique conveniret. At Isaias peccatorum remissionem adeptus, cum *medio in populo labia impura habente habitare* se dixisset; cum præterea, quis ad populum istum esset abiturus quæri audisset; talem ideo postulari, ut pari beneficio afficerentur, arbitratus; tum, sperata illorum nomine peccatorum venia, lætus offerre se, secureque, veluti *carbonis* opera purgatum decebat, respondere non dubitavit. Cum enim duo distincte, *quem mittam, et quis ibit* essent postulata; unica ambobus responsione satisfecit, cum *Ecce ego, Domine, mitte me*, non autem amplius, *iturum se*, adjecit. Est enim in nostra situm potestate, apostolatum admittere. Vires autem ad obeundum sufficere, Dei unius, qui istam gratiam largitur, humanæ itaque imbecillitatis probe conscius, nihil ad id respondens, soli Deo reliquit et quod sibi non arrogavit, Domino largiente accepit. Sequitur enim : *Vade, et dic populo huic.* Quod autem habetur : *Ecce sum ego*, confidentis verba sunt, tanquam ejus, qui est, participem se, et in eorum quæ sunt, numero, post purgationem censeri significet. Quoniam vero apostolos **102** primum, deinde prophetas, creavit Deus [79]; ob id primum apostolatus gratiam Isaias excipit; audit et Moses : « Accede, mittam te [80] » Et Jeremias : « Ad omnes, ad quos mittam te, abibis [81]. » Audit autem vocem Domini, qui mente ab ipso informata, propter vitæ integritatem, resonantis in se Verbi, tanquam in libro, divinos conce-

Εὖ γὰρ παθόντες τὸν εὐποιήσαντα φυγεῖν παρεσκεύασαν, καὶ προφάσει ποιμενικῆς τοὺς τῶν ἀνθρώπων θορύβους ἐξέκλινεν. Δηλοῖ δὲ τὴν γνώμην τοῖς ἐφεξῆς. Ὡς γὰρ ταῖς αὐτοῦ λιταῖς τὴν ἐπὶ τῇ μοσχοποιίᾳ δίκην ἀπέδρασαν, τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· « Πορεύου καὶ ὁδήγει τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ τὸν ἄγγελόν μου ἐξαποστελῶ ἔμπροσθέν σου, » φησὶν εὐθέως· « Δέομαι, Κύριε, εἰ μὴ αὐτὸς σὺ προπορεύῃ ἡμῶν, μὴ ἀναγάγῃς ἡμᾶς ἐντεῦθεν. » Τίνος χάριν; B Ὅτι ἁμαρτωλὸς ὁ λαὸς χρῄζει τοῦ ἀφιέντος ἁμαρτίας, ὅπερ ἀγγέλοις ἀδύνατον. Τιμωρητικοὶ μὲν γὰρ τῶν ἁμαρτανομένων οἱ ἄγγελοι, συγχωρητικοὶ δὲ τούτων οὐκέτι. Διὸ καὶ ἐξαρχῆς ἔλεγεν, Προχείρισαι ἄλλον ὃν ἀποστελεῖς. Τουτέστιν, Ἐλθέτω ὁ ἀληθινὸς νομοθέτης, ὁ δυνατὸς Σωτὴρ, ὁ μόνος ἔχων ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας. Οὐκ εἰσηκούσθη δὲ, ὅτι μήπω παρῆν τὸ πλήρωμα τῶν καιρῶν, καὶ ἔδει ἐν τοῖς τύποις προεθισθῆναι τὴν ἀνθρωπότητα. Ἡσαΐας δὲ τῶν ἁμαρτιῶν ἀφείμενος εἰπὼν, ὅτι *Ἐν μέσῳ λαοῦ ἐγὼ οἰκῶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος*· εἶτα νῦν ἀκούσας, Τίς πορεύεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον; νομίσας ἐπὶ τῷ παραπλήσια κακείνους εὐεργετηθῆναι, ζητεῖσθαι *τὸν ἀποστελλόμενον*, ὑπὸ περιχαρείας ἑαυτὸν ὑποβάλλει, ὡς ἂν κακείνοις ἀφεθῇ τὰ ἡμαρτημένα· ἀσφαλῆ C μέντοι πεποίηται τὴν ἀπόκρισιν, ὡς ὠφελημένος ἐκ τῆς τοῦ *ἄνθρακος* ἤδη καθάρσεως. Πρὸς γὰρ δύο λόγους μίαν πεποίηται τὴν ἀπόκρισιν, *Τίνα ἀποστελῶ*; καὶ, *Τίς πορεύσεται*; *Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι, ἀπόστειλόν με*, μηκέτι προσθεὶς καὶ, *Ἐγὼ πορεύσομαι*. Τὸ μὲν γὰρ δέξασθαι τὴν ἀποστολὴν, ἐφ' ἡμῖν· τὸ δὲ δυναμωθῆναι πρὸς τὴν πορείαν, ἐκ τοῦ διδόντος τὴν χάριν Θεοῦ· διὸ τοῦτο κατέλιπε τῷ Θεῷ, μηδὲν ἐπαγγειλάμενος ἀσθενείᾳ τῆς φύσεως. . . περ[d] οὐκ ἔλαβεν ἑαυτῷ, τοῦτο χαρίζεται Κύριος, εἰπών· *Πορεύθητι, καὶ εἶπον τῷ λαῷ τούτῳ*. Τὸ δέ· *Ἰδού, εἰμὶ ἐγώ*, θαῤῥῶν εἶπεν, ὡς ἤδη τοῦ ὄντος μεταλαβών, καὶ ἐν τοῖς οὖσιν ἀριθμῶν ἑαυτὸν μετὰ τὴν κάθαρσιν. Ἐπεὶ δὲ ἔθετο ὁ Θεὸς πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον D προφήτας, διὰ τοῦτο Ἡσαΐας πρῶτον τὸ τῆς ἀποστολῆς δέχεται χάρισμα· καὶ Μωϋσῆς ἀκούει· « Δεῦρο ἀποστελῶ σε· » καὶ Ἱερεμίας· « Ὅτι πρὸς πάντας οὓς ἂν ἐξαποστελῶ σε, πορεύσῃ. » Ἀκούει δὲ φωνῆς Κυρίου ὁ τὸ ἡγεμονικὸν ἐξ αὐτοῦ τυπωθεὶς, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ καθαρότητα τοῦ ἐνηχοῦντος· ἀκροώμενος Λόγου, ὥσπερ βιβλίῳ τῇ ψυχῇ τὰ νοήματα τὰ θεῖα χαράττοντος. Τί οὖν εἰπεῖν Ἡσαΐας προστάττεται, *Ἀκοῇ ἀκούσητε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψητε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε*. Τίνα δὲ *βλέψουσιν*, ἢ τίνος *ἀκούσονται*, παρῆκεν ἡμῖν καταλιπὼν τοῦτο

[76] Exod. xxxiii, 33. [77] ibid. 34. [78] Exod. iv, 13. [79] Ephes. iv, 11. [80] Exod. iii, 10. [81] Jerem. i, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[d] Ἰσ. *al.* καὶ ὅπερ.

Digitized by Google

σκοπεῖν ἐκ τῆς ἀκολουθίας τοῦ λόγου λεγούσης, ὅτι Ὃν σὺ τεθέασαι Κύριον, ὦ προφῆτα, τοῦτον ὄψεται καὶ ὁ λαὸς οὗτός ποτε· καὶ οὗπερ *ἀκήκοας*, κακεῖνος *ἀκούσεται*· ἀλλ' οὐ συνήσει, οὐδὲ *γνώσεται*, τὴν αὐτοῦ χάριν δέξασθαι μὴ βουλόμενος, ὡς ἀνθρώπου φανέντος ἐπὶ τῆς γῆς. Τοιγαροῦν προῶν, « Ταῖς ἁμαρτίαις; ὑμῶν ἐπράθητε, φησὶ, καὶ ταῖς ἀνομίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν. Διότι ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, ἐκάλεσα καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων. » Τὸν δὲ τρόπον τοῦ *ἑωρακέναι* δεικνὺς, *τοὺς ὀφθαλμοὺς* αὐτῶν *ἐκάμμυσαν*. Ὁ μὲν γὰρ, ἅτε φῶς ὑπάρχων, πάντων ἐφώτιζε τὰς ψυχὰς, ὡς καὶ τυφλοῖς τὸ βλέπειν χαρίζεσθαι. Οἱ δὲ *τοὺς ὀφθαλμοὺς καταμύσαντες, βλέποντες οὐκ ἔβλεπον*, τουτέστι, δυνάμενοι βλέπειν, οὐκ ἤθελον. Γίνεται δὲ τοῦτο, ἢ καταφρονήσει τοῦ ὁρωμένου παρτρεπόντων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἢ προσποιήσει τοῦ μὴ ἑωρακέναι, ἃ τις ἑώρακε. Τὸ μὲν οὖν *βλέψαι* παρῆν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς τοῦ ὀφθέντος χάριτος· τὸ μὴ *ἰδεῖν* δὲ συμβέβηκεν *μυσάντων τοὺς ὀφθαλμούς*. Οὕτως *ἀκούων τις οὐκ ἀκούει*, εἰ μὴ *συνιῇ* παρακούων· ἃ δὴ γέγονεν αὐτοῖς ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας. Παρόντα γὰρ αὐτὸν *ὀφθαλμοῖς ὁρῶντες* οὐκ ἔβλεπον, τά τε μυστήρια τῆς βασιλείας διδάσκοντος οὐκ ἠνείχοντο. Οὕτω γὰρ καὶ Παῦλος νοῶν ἔλεγεν ἐν ταῖς Πράξεσιν πρὸς τοὺς ἐν Ῥώμῃ τυγχάνοντας Ἰουδαίους· « Καλῶς γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν λέγον· *Πορεύθητι, καὶ εἶπον τῷ λαῷ τούτῳ*, » καὶ τὰ ἑξῆς, εἰς τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀναφέρων ἐπιδημίαν τὸν λόγον. Τοῦτο δὲ ἦν ἄρα καὶ μάλα σαφῶς, ὅπερ ἔφη Χριστὸς, τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ἀπειθεῖν εἰρημένοις· « Μὴ γογγύζετε κατ' ἀλλήλων. Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. » Καὶ πάλιν· « Πᾶς ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ μαθὼν, ἔρχεται πρός με. » Οὐκ οὖν ἐκκέκληνται πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Υἱοῦ δι' ἀποκαλύψεως τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὅτι μηδὲ ἦσαν ἄξιοι τῆς αὐτοῦ σωτηρίας τε καὶ ζωῆς· καὶ ἐν τούτῳ τὸ εὔλογον τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως ἀναφαίνεται. Εἰπόντος γὰρ Ἡσαΐου· *Ὅτι ἀκάθαρτα χείλη ἔχω*, καὶ περὶ τοῦ λαοῦ πάλιν τὰ ὅμοια, αὐτῷ μὲν ἐδόθη διὰ *τοῦ ἄνθρακος* ἡ χάρις τῆς συγχωρήσεως· τοῖς δὲ, οὐκέτι. Ὁ μὲν γὰρ *ἰδὼν Κύριον Σαβαὼθ*, ἐπίστευσεν οἷς ἐθεάσατο· οἱ δὲ βλέποντες ἐπιδημοῦντα τὸν Κύριον, οὐκ ἐπίστευον. Καὶ ὁ μὲν ἀκούσας τῆς δοξολογίας, *συνῆκεν*· οἱ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἀκούσαντες, οὐκ ἐδέχοντο. Καὶ ὁ μὲν *κατανυγεὶς* τῆς ἰδίας ἁμαρτίας ᾐσθάνετο, καὶ *τάλας* ἔφη πρὸς ἑαυτόν· τῶν δὲ ἐπαχύνθη ἡ καρδία, πρὸς τὸ μὴ τῶν ἰδίων κακῶν ἐπαισθάνεσθαι, καὶ προσελθεῖν τῷ δωρουμένῳ τὴν ἄφεσιν. Δι' ὃ φησιν ὁ Κύριος πρὸς αὐτούς· « Ὅτι ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. » Δόξει δὲ κωλύειν ἐπὶ τοὺς χρόνους ταῦτα τοῦ Σωτῆρος ἀνάγεσθαι, τὸ (*Εἶπον τῷ λαῷ τούτῳ*) λέ-

A ptus in anima nostra describentis, sonum auscultat. Quid ergo dicere jubetur Isaias? *Auditu audite; et nolite intelligere. Et videntes videte; et nolite cognoscere.* Quænam vero ipsi *audituri* essent, aut *visuri*, progressu orationis discendum reliquit, dum quem propheta Dominum cerneret, eumdem esse quidem visurum populum addidit; quem item *audiret*, *auditurum*: sed eum, cujus gratiam, cum ut homo in terris visus est, admittere noluerunt, nec *cogniturum*, nec intellecturum. Itaque ait postea: « In iniquitatibus vestris venditi estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram; quia veni, et non erat vir; vocavi, et non erat qui audiret [88]. » *Videndi* autem

B modum exprimens, *oculos* eorum *clausos esse* adjicit. Ille siquidem, quia lux erat, ita animis omnium illucebat, ut cæcis visum etiam restitueret; at qui *oculos claudere* voluerunt, *videntes ipsi non viderunt*; id est, cum videre possent, noluerunt. Efficitur autem istud, vel cum ejus, quod cernitur, contemptu, oculos avertimus; vel cum ea, quæ ipsi videmus, non videre nos simulamus. *Videre* ergo potuissent, si ejus gratiam, in quem intueri debebant, amplexi essent. At quod non *viderunt*, id solum causa est, quod *oculos clauserunt*. Pari modo *audiens* quis, *non audire*, nisi quæ audit intelligat, putandus est. Quæ ipsis certe cum in terris Salvator ageret, contigisse nemo est, qui ambi-

C gat. Præsentem enim suisque obvium *oculis* nec *videre*, nec cœlestis regni mysteria docentem tolerare potuerunt. Ita enim et Paulus secum in Actis reputans, sibi, qui Romæ occurrissent, Judæis ista exprobrat: « Bene enim per Isaiam prophetam ad patres vestros **103** locutus est Spiritus sanctus dicens: *Vade, et dic populo huic* [89], » et cætera, quæ ad Salvatoris nobiscum peregrinationem retulit. Istud ipsum autem vel liquido apparet exsistere; quod Israelitis fidem abnuentibus hoc modo dicebat Christus: « Nolite murmurare in invicem. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum [90]; » Et rursum: « Omnis qui

D audivit a Patre, et didicit, venit ad me [91]. » Ad Filii igitur agnitionem, ex ea, quæ Dei Patrisque est, revelatione, quoniam erant salutis ejus, et vitæ munere indigni, non vocantur: quo vel maxime divini judicii probitas æquitasque apparet. Isaiam enim, *cum impura se*, populumque *labia habere* confessus esset, *carbone* admoto remissionis gratiam consecutum esse, istos autem nequaquam videmus. Ille enim *Dominum Sabaoth contemplatus*, quæ vidit, credidit: cum isti Dominum secum diversantem intulti, in eumdem nequaquam crediderint. Ille etiam laudes auditas *intellexit*: cum isti auribus suis personantem Salvatorem experti,

[88] Isa. L, 1. [89] Act. XXVIII, 26. [90] Joan. VI, 43. [91] ibid. 45.

VARIÆ LECTIONES.

[c] *γρ.* μετ'.

Digitized by Google

nequaquam admiserint. Ille denique *corde compunctus*, peccatique sui conscientia commotus, *miserum* se exclamavit : cum istorum adeo indura-tum cor fuerit, ut nec sua peccata agnoscere nec ad eum qui peccata condonat voluerint accedere. Hinc est, quod eos sic alloquitur Christus : « Et in peccatis vestris moriemini [86]. » Videbitur autem, quominus ad Salvatoris tempora isthæc referantur, illud impedire; quod demonstrative, *dic populo huic*, expressa legantur. Quem enim ex toto populo, qui tum ostendebatur, Salvatorem vel auditurum, vel ejus miracula intuiturum fuisse credimus? At ex simili, quale sit et istud, intelligemus. Dixit enim ex duodecim quidam propheta : « Populе mi, quid feci tibi? Responde mihi. Quandoquidem eduxi te de terra Ægypti; et servitutis domo liberavi te, et misi ante te Mosen, Aaronem et Mariam [87]. » Quemadmodum enim qui prophetæ tempore superstes erat populus Ægyptum non viderat; imo ne superius quidem nominatos duces unquam habuerat, et tamen in eos tanquam ingratus arguitur. Sic qui tum **104** fuere superstites, hic intelliguntur. At certum est, quæ prophetia notantur, Salvatoris tempore contigisse. Est vero et hic usitatus nobis loquendi modus, quem ἀλλοιούμενον Græce quidam nominarunt : Latine variatum, vel mutatum dicere possumus. Chorum enim eumdem vocamus etiam cum singulis, quibus antea constabat, discedentibus, alii in eorum vicem locumque subeunt. Quod certe et urbibus ipsis accidere videmus; cum prole in mortuorum locum suffecta, rursus implentur. Ad hunc modum, demonstratus prophetæ populus, idem cum eo, qui temporibus Salvatoris superstes esset non singulorum duratione, sed communi gentis appellatione, dici potest. Talibus igitur auditis interrogat propheta : *Usquequo, Domine?* Quem tandem enim finem cæcitatis habitura est civitas? At ex his mala quæ Judæis, sub Vespasiano, post Salvatoris crucem acciderunt, Deus significavit : quo tempore permultæ ita deletæ sunt urbes, ut, teste Josepho, ne nomine quidem supersint. Pari quoque ratione gladio viduatæ domus : fame denique, exsilio, captivitate, homines profligati et perditi. Cæterum pro his verbis : *Et post hæc elongabit Deus homines;* apertius extulit hoc modo Symmachus ; *Longe faciet Dominus homines :* quod captivitatem, fugam et dispersionem potest significare. At non defuere, qui Judæorum a Deo aversionem quibus hæc ex parte cæcitas contigerat, ut gentium intraret plenitudo [88], notari autument. Sanctorum enim cæde et sanguine prius contaminati, adjecta vitæ auctoris nece, longe ipsi recesserunt. Cæterum qui *relinquentur*, ait, *multiplicabuntur*. Quamvis ita pauci exsistant, ut ne mortuorum quidem decima pars esse videantur. Nec tamen et istorum qualis vitæ finis futurus sit, reticuit; cum eos rursus *in depastionem* fore, cæteraque, quæ sequuntur, diserte monuit. Pro quibus, ita Symmachus : *Et rursus in depastionem erit, tanquam quercus, et*

A γεσθαι δεικτικῶς. Τοῦ γὰρ δεικνυμένου λαοῦ τίς ἤμελλε τοῦ Σωτῆρος ἀκούειν, ἢ βλέπειν αὐτοῦ τὰ θαυμάσια; Ἐξ ὁμοίου δὲ τοῦτο νοήσομεν. Εἴρηται γάρ τινι τῶν δώδεκα· « Λαός μου, τί ἐποίησά σοι; ἀποκρίθητί μοι. Διότι ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐξ οἴκου δουλείας ἐλυτρωσάμην σε, καὶ ἐξαπέστειλα ἔμπροσθέν σου τὸν Μωσῆ, καὶ Ἀαρὼν, καὶ Μαριάμ. » Ὥσπερ γὰρ τότε οὐχὶ ὁ κατὰ τὸν προφήτην λαὸς εἶδε τὴν Αἴγυπτον, οὐδὲ παρὰ τῶν εἰρημένων ὠδήγηται, καὶ ὅμως, ὡς ἐπὶ τούτοις ἀγνωμονῶν ὀνειδίζεται· οὕτω καὶ νῦν οἱ μὲν τότε ζῶντες ἐδείκνυντο· τὰ δὲ τῆς προφητείας, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίαν ἐξέβαινεν. Ἔστι δὲ καὶ συνήθης ὁ τοιοῦτος λόγος ἡμῖν, ὃν ἀλλοιουμένων τινες προσηγόρευσαν. Τὸν αὐτὸν γὰρ καλοῦμεν χορὸν, καὶ ὅτε καθ' B ἕνα ἑκάστου τῶν αὐτὸν πληρούντων ὑπεξελθόντος, ἕτεροι τοὺς ἐκείνων διαδέξονται τόπους. Ὅ δὴ καὶ πάσχουσιν πόλεις διαδοχῇ τῶν ἐπιγινομένων ἀντὶ τῶν ἐν μέρει θνησκόντων ἀναπληρούμεναι. Οὕτω καὶ *λαὸς* ὁ νῦν τῷ προφήτῃ δεικνύμενος λέγοιτ' ἂν ὁ αὐτὸς τῷ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ὑπάρχειν, οὐ διαμονῇ τῶν καθ' ἕκαστον, τῇ κοινῇ δὲ τοῦ ἔθνους ὀνομασίᾳ. Τούτων οὖν ὁ προφήτης ἀκούσας πυνθάνεται, *Ἕως πότε, Κύριε;* Τί γὰρ ἔσται τέλος τῆς τοσαύτης αὐτῶν ἀβλεψίας; Ὁ δὲ Θεὸς, δι' ὧν ἐπιφέρει, δηλοῖ τὰ ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ γενόμενα τοῖς Ἰουδαίοις κακὰ, μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, ὅτε καὶ πλεῖσται πόλεις γεγόνασιν ἀφανεῖς, ὡς ὄνομα τούτων μὴ λείπεσθαι, καθάπερ ἱστόρησεν ὁ Ἰώσηπος. Καὶ ὡς οἶκοι πλεῖστοι τῶν οἰκητόρων κεκένωνται μαχαίρᾳ, καὶ λιμῷ, φυγαῖς τε καὶ αἰχμαλωσίᾳ διεφθαρμένων. Ἀντὶ δὲ τοῦ, C *Καὶ μετὰ ταῦτα μακρυνεῖ ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους*, σαφέστερον ἐξέδωκε Σύμμαχος εἰπών· *Μακρὰν ποιήσει Κύριος τοὺς ἀνθρώπους*. Τοῦτο δὲ τὴν αἰχμαλωσίαν παρίστησι, καὶ τὸν τῆς φυγῆς σκεδασμόν. Τινὲς δὲ τοῦτό φασι δηλοῦν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀλλοτρίωσιν, οἷς ἡ ἀπὸ μέρους ἐγένετο πήρωσις, ἵνα τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ. Ἐμακρύνθησαν δὲ ἅγιοι ἀπεκτονότες, προσθέντες δὲ καὶ αὐτὸν τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς· ἀλλὰ καὶ *οἱ καταλειφθέντες*, φησὶ, *πληθυνθήσονται*, καίπερ οὕτως ὄντες ὀλίγοι, ὡς δοκεῖν αὐτοὺς μέρος εἶναι τῶν ἐφθαρμένων τὸ δέκατον. Τί δὲ καὶ τούτων ἔσται τέλος, ἐπήνεγκε. *Καὶ πάλιν ἔσται εἰς προνομὴν*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀνθ' ὧν ἐξέδωκε Σύμμαχος, *Καὶ πάλιν ἔσται εἰς καταβόσκησιν ὡς δρῦς, καὶ ὡς βάλανος, ἥτις ἀποβαλοῦσα ἵσταται μόνη*, ἐρημίαν παντελῆ τοῦ λόγου προαγορεύοντος ὑπ' Ἀδριανοῦ γεγονυῖαν τοῦ αὐτοκράτορος, ὅτε διατάγμασι καὶ νόμοις βασιλικοῖς οὐδὲ πόρρωθεν αὐτοῖς ἐξῆν τῆς ἑαυτῶν μητροπόλεως τὴν ἐρημίαν ἰδεῖν· ὅτε καὶ ξένοι τινὲς ἀλλογενεῖς κατέσχον ἐξελληνισθέντα τὸν τόπον, καὶ τὴν προσηγορίαν ἡ πόλις μετέλαβεν, ἐπώνυμος γενομένη τοῦ ταύτην ὑστάτου πολιορκήσαντος.

[86] Joan. VIII, 21. [87] Mich. VI, 3, 4. [88] Rom. XI, 25.

Digitized by Google

glans, quæ semel dejecta sola stat. Quibus procul dubio magnam illam solitudinem, **105** verbique penuriam, quæ Adriano imperante fuit, intellexit: quo tempore legibus ita, regiisque edictis, abacti sunt, ut iis ne desertam quidem principem patriæ civitatem procul aspicere liceret: quam externæ gentes aliæ occupatam, falsis superstitionibus profanarunt, et præcedenti mutato, de ultimi nomine expugnatoris appellarunt.

Οἰκεῖα δὲ λίαν τὰ παραδείγματα, *ὡς τερέβινθος*, A *ἢ ὡς δρῦς, ἢ ὡς βάλανος, ὅταν ἐκπέσῃ ἐκ τῆς θήκης αὐτῆς.* Οὐκέτι γὰρ ἀμπελὼν Κυρίου Σαβαὼθ, οὐδ' ὡς παράδεισος Θεοῦ, οὐδ' ὡς ἐλαία ὡραία, οὐδ' ὡς φοῖνιξ κατὰ τὸν δίκαιον, ἢ ἄλλο τι τῶν ἡμέρων καὶ ἀναγκαίων φυτῶν ἔσεσθαι τούτους φησὶν, *ὡς βάλανον.* Οὐδὲ αὐτὴν συνεστῶσαν, ἀλλὰ *πεσοῦσαν τῆς θήκης.* Καὶ *ὡς τερέβινθον*, ἢ κατὰ τοὺς ἄλλους ἑρμηνευτὰς, *ὡς δρῦν δὲ καὶ βάλανον*, καὶ δρυμὸν, καὶ τῶν ἄλλων δένδρων, ὅσαπερ ἄκαρπα καὶ ἀνήμερα τὰ ἔθνη καλεῖν τὰ ἀλλόφυλα σύνηθες τῇ Γραφῇ. Οἷον [f] ὅμοιον ἔσεσθαι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος φησὶ, μηδενὶ διαφέροντα [g] τρόπῳ καὶ βίῳ, πλὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον, ὡς τοὺς μὲν τὰς οἰκείας ἐπέχειν χώρας, καὶ τοὺς κατὰ φύσιν τὴν αὐτῶν προφέρειν καρποὺς, τοὺς δὲ τῆς ἑαυτῶν ἐκπεπτωκέναι, καὶ μηδὲ ὁμοίως B ἐκείνοις ἐνεργεῖν, ὡς διὰ τοῦτο παραβάλλεσθαι δοκεῖ ἀγρίῳ φυτῷ, *καὶ βαλάνου* καρπῷ ζώων ἀλόγων θρεπτικῷ. Ἐπὶ τούτοις, μετὰ προσθήκης ἀστερίσκων, ἐπιλέγει περὶ τοῦ ἐξ αὐτῶν ἁγίου σπέρματος, περὶ οὗ τό· « Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, » προὐλέγετο. Θεοδοτίων μὲν γὰρ ἔφη, *Τὸ σπέρμα ἅγιον τὸ στήλωμα* αὐτῆς. Ὁ δὲ Ἀκύλας *στηλωσις* ἔφησεν. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *ἡ στάσις αὐτῆς. Στάσις* γὰρ τοῦ ἐκπεσόντος λαοῦ, τὸ ἐξ αὐτῶν ἅγιον σπέρμα τὸ μὴ τὴν ὁμοίαν τοῖς λοιποῖς ὑποιμεῖναν πτῶσιν. Οἱ τὴν σωτήριον χάριν δεξάμενοι, καὶ *συνέντες τὴν ἀκοὴν*, καὶ *ἰδόντες ἐθεάσαντο.* Οὓς μακαρίζων ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν· « Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπουσιν, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν, ὅτι C ἀκούουσι. » Τινὲς δὲ τὸ, *Καὶ οἱ καταλειφθέντες πληθυνθήσονται*, ἐπὶ τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων ἐδέξαντο. Εἰ δέ φησι, *Καὶ ἔσονται εἰς προνομὴν*, καὶ τὰ ἑξῆς, δηλοῖ, φασὶ, τὴν κατὰ μικρὸν ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθῶν, ἐπὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείαν μεταβολήν. Ἡλίου γὰρ *εἰς προνομὴν* οὗτοι γενήσονται συνηγμένοι, ὡς συνάγεται ὁ τῆς *τερεβίνθου* καρπὸς, καὶ ὡς *ἡ βάλανος* ἡ ὥριμος ἤδη πρὸς συλλογήν. Τότε γὰρ ἀπολύεται ἀπὸ τοῦ πρὸς τῇ θήκῃ δεσμοῦ ἡ πεφθεῖσα ἤδη καὶ τελειωθεῖσα τῷ χρόνῳ. Τάχα δὲ, φασὶ, καὶ διὰ τὸ ἐκπεπτωκέναι γενομένους ἐν τῇ διασπορᾷ, *βαλάνῳ* τῆς θήκης ἐκπεσούσῃ παρεβλήθησαν. Συνάγονται δὲ οὗτοι, *ὡς τερέβινθός τε καὶ βάλανος*, ἐν τῷ γενέσθαι σπέρμα ἅγιον *ἐν τῇ στάσει* καὶ βεβαιότητι αὐτῶν, κατὰ τὴν D *προσθήκην* Θεοδοτίωνος. Τινὲς δὲ οὕτως ἐνόησαν. Ἠρώτησεν ὁ προφήτης· Μέχρι τίνος ἡ πώρωσις; ὁ δὲ Θεὸς δηλῶν τὴν τοῦ παρόντος βίου συντέλειαν, τὰ ἐπὶ τούτοις ἐπήνεγκε. Δεῖ γὰρ πρῶτον πολέμους ἡμᾶς ἀκοῦσαι, καὶ ἀκοὰς πολέμων, ἀναστῆναί τε

Commoda autem valde exempla adhibuit, cum *tanquam terebinthus, aut quercus, aut glans, cum theca sua exciderit*, dixit. Non enim eos jam vineam Domini Sabaoth, non ut Dei paradisum, non ut olivam pulchram, non ut palmam denique, cui justus comparatur [89], aut cicuratarum, ad usumque vitæ necessariarum arborum aliquam; sed veluti *glandem*, nec eam quidem sibi constantem amplius, sed deciduam, relictaque *theca humi jacentem;* vel *tanquam terebinthum*, vel (si alios sequaris interpretes) *quercum, et balanum*, agrestemque arborem aliquam, vel nullos, vel amaros fructus edentem (quibus Scriptura gentes usitate significat), fore prædicit. Nec his absimilem Judæorum fore gentem significat, quæ moribus et vita cum his consentiat. Imo vero longe illis deteriorem; cum et suas isti regiones occupent, et solito naturæ ordine fructus edant; illis contra, sua etiam nihil illis tale producente exciderint: unde agresti plantæ *balanique* fructui, quo bruta vescuntur, comparari videantur. Posthæc adjectis asteriscorum notis, de sancto illo semine, quod ab ipsis fuerat oriturum, aliqua colligit, de quo et illud antea: « Nisi Dominus reliquisset nobis semen [90] » fuerat usurpatum. Theodotio enim, *semen sanctum fulcimentum* ejus; Aquila *firmitatem;* Symmachus autem *stabilitatem*, transtulerunt. Et enim populi cadentis *stabilitas*, semen illud, quod similem cum reliquis casum non sentit; nimirum, qui accepta salutari gratia *auditu intellexerunt*, eumque, quem *sunt contemplati, viderunt;* quos Salvator beatos prædicat his verbis: « Beati oculi, quia vident, et aures vestræ, quia [91] audiunt. » **106** Non desunt autem, qui verba ista: *Et qui relinquentur, multiplicabuntur*, de his, qui in Christum crediderunt, intelligant. Quod autem eos dicit *in depastionem fore*, et quæ sequuntur, de ea istud mutatione, quæ paulatim a Judaicis ritibus ad evangelicam vitam futura est, intelligendum putant. Rursus enim illi *in depastionem*, quando collecti fuerunt, futuri sunt; non aliter, quam solet *terebinthi* fructus, ipsaque adeo tempestiva *glans* in unum acervum congregari. Tunc enim excocta, temporisque diuturnitate maturata, vinculo illo, quo in theca retinetur, exsiccato, solvitur. Fortasse vero, aiunt, eo etiam quod propter peccata sua dispersi essent, *glandi*, quæ theca exciderit, comparantur. Congregantur vero ipsi, *tanquam terebinthus et balanus*, dum semen sanctum *in sua firmitate* et constantia, ut Theodotio-

[89] Psal. LXXXI, 13. [90] Isa. I, 9. [91] Matth. XIII, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[f] *γρ.* οἷς. [g] *γρ.* διαφέρον τῷ.

Digitized by Google

nem sequamur, fiunt. Non desunt tamen, qui ita explicent. Quæsivit propheta : Usquequo tandem abitura est cæcitas ista ? At Deus, ut præsentis vitæ consummationem notaret, quæ postea sequuntur intulit : Oportet enim bella primum nos audire, et rumores bellorum, gentem adversus gentem insurgere, domos ipsas et urbes in solitudinem redigi, deinde finis [93] : post quem deinceps, exacto nimirum resurrectionis tempore, prolongabuntur, cum omni in sempiternum corruptione peccatoque purgati vitam agent perpetuam. Sed enim qui nunc excæcatus est Israel, eumdem ultimis sæculi temporibus vocatum iri testatur Scriptura [94].

A ἔθνος ἐπ' ἔθνος, ἐρημωθῆναί τε πόλεις, καὶ οἴκους, εἶτα τὸ τέλος. Μεθ' ὃ μακρύνονται λοιπὸν, μετὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως δηλονότι καιρὸν, διηνεκῆ ζῶντες βίον, ἀνῃρημένης εἰς ἅπαν φθορᾶς τε πάσης καὶ ἁμαρτίας· τὸν δὲ νῦν πεπωρωμένον Ἰσραὴλ, ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος κληθήσεσθαι καιροῖς ἡ θεία λέγει Γραφή.

CAP. VII.

107 Vers. 1-9. *Et factum est in diebus Achaz filii Joatham, filii Oziæ regis Juda; ascendit Rhaason rex Aram, et Phacee filius Rhomeliæ, rex Israel,* B *in Jerusalem ad bellandum contra eam, et non potuerunt eam debellare*, etc.

Primas in narrandi serie, quæ sub *Ozia* exstitit prophetia habuit. Oziam secutus est *Joatham;* quo statim imperante, quæ de Domino Sabaoth et Seraphim fuit, in qua Unigeniti significabatur divinitas, visio subsecuta est. Sed non nisi elapsis jam annis sexdecim (non paucioribus enim imperavit *Joatham*) ad regni gubernacula impiissimus accessit *Achaz :* cujus tempore ista est de Unigeniti secundum carnem generatione, in quem incumbimus **108** edita prophetia. Sic enim ordo postulabat, ut ad ea quæ de divinitate præcesserant, hæc altera sequeretur disputatio. Habet autem hujusmodi argumentum prophetia. In impium *Achazum*, ejusque subditos, non sine justa Numinis vindicta, Damasci et Samariæ reges duo conspirarunt, prior *Phacee*, *Rhaason* alter nominati. Centum itaque et viginti trucidatis hominum millibus, ducenta altera bello cœperunt. Post tantam vero stragem collecto rursus exercitu magna urbis expugnandæ interficiendique Achazi, quo *Thabeelis filium* regem crearent, spe concepta, Jerusalem obsessuri veniunt. Quæ cum *domui Davidi* (sic enim regis hujus posteros omnes, subditosque nominabant), *essent renuntiata;* non parum omnes præteritæ cladis memoria commoti, rerum futurarum, bellique eventui non diffidere (sicut exacte altero Paralipomenon volumine describitur [95]) non D potuerunt. Tantum vero eorum *motum silvarum ligno*, fecundis cicuribusque arboribus ad comparationem non assumptis, similem efficit. Verum qui non peccatoris morte, sed ejus pœnitentia, et conversione potius, vita denique lætatur [96], quos ultus antea fuerat graviter, in eosdem nunc humanitatem clementiamque convertit. Prophetam enim ad *Achazum* mittit una cum *relicto* sibi e multis *filio*, quem *Iasub* nominat. Unus autem ille

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

α-θ'. *Καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἄχαζ τοῦ Ἰωάθαμ, τοῦ υἱοῦ Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, ἀνέβη Ῥαασσὼρ βασιλεὺς Ἀρὰμ, καὶ Φακεὲ υἱὸς Ῥομελίου, βασιλεὺς Ἰσραὴλ, ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ, πολεμῆσαι αὐτὴν, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν πολιορκῆσαι αὐτὴν*, κ. τ. λ.

Τὰ πρῶτα τῆς προφητείας ἐπὶ Ὀζίου βασιλέως ἐλέλεκτο. Μεθ' ὃν Ἰωάθαμ. Οὗ κατ' ἀρχὰς τῆς βασιλείας ἡ ὀπτασία γέγονε Κυρίου Σαβαὼθ καὶ τῶν Σεραφεὶμ, δηλοῦσα τοῦ Μονογενοῦς τὴν θεότητα. Ἐτῶν δὲ διαγενομένων ἐκκαίδεκα (τοσαῦτα γὰρ ἐβασίλευσεν Ἰωάθαμ), Ἄχαζ ὁ δυσσεβέστατος διαδέχεται, καθ' ὃν θεσπίζεται τὰ προκείμενα, προφητεύοντα περὶ τῆς κατὰ σάρκα γενέσεως τοῦ Μονογενοῦς. Ἔδει γὰρ ἀκολούθως ἐπενεχθῆναι ταύτην τοῖς περὶ τῆς θεότητος εἰρημένοις. Ἡ δὲ τῆς προφητείας ὑπόθεσις αὕτη.... ἀσεβοῦντι μετὰ τῶν ὑπηκόων Ἄχαζ κατὰ θείαν δίκην δύο βασιλεῖς ὁ Δαμασκοῦ καὶ Σαμαρείας ἐπέθεντο. Ῥαασσὼρ ὁ πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος Φακεέ. Τοιγαροῦν ἀναιροῦσι μὲν αὐτῶν δώδεκα μυριάδας, αἰχμαλώτους δὲ λαμβάνουσιν εἴκοσι· μετὰ τὴν τοιαύτην πληγὴν, καὶ δεύτερον ἐπεστράτευσαν ἐλεῖν ἐκ πολιορκίας ἐθέλοντες τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἀποκτεῖναί τε τὸν Ἄχαζ, καὶ ἀντ' αὐτοῦ βασιλέα καταστῆσαι *τὸ νῦν Ταβεήλ* [h]. Ὧν *ἀναγγελθέντων τῷ οἴκῳ Δαβὶδ* (οὕτω δὲ τοὺς ἐκ Δαβὶδ ἅπαντας μετὰ τῶν ὑπηκόων ἐκάλουν), πάντες οὗτοι σαλεύονται τὴν ψυχὴν, πεῖρα τῶν προλαβόντων δεδιότες τὰ μέλλοντα. Ταῦτα μετ' ἀκριβείας ἡ δευτέρα τῶν Παραλειπομένων ἐδήλωσεν. Τὸν δὲ *σάλον* αὐτῶν ἀπεικάζει *ξύλῳ δρυμοῦ*, μηδὲ νῦν δένδρον παραλαβὼν εὐγενές τε καὶ ἥμερον. Ἀλλ' ὁ μὴ θέλων τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ μετανοῆσαι, καὶ ἐπιστρέψαι, καὶ ζῆν αὐτὸν, οὓς πρώην τιμωρίᾳ, τούτους νῦν φιλανθρωπίᾳ μετέρχεται. Πέμπει γὰρ πρὸς Ἄχαζ τὸν προφήτην, μετὰ *τοῦ περιλειφθέντος* ἐκ πλειόνων *υἱοῦ*. Καλεῖ δὲ τοῦτον *Ἰασούβ*. *Περιελείφθη* δὲ ἢ θανάτου τῶν ἀδελφῶν, ἢ τῆς τῶν πολλῶν Ἰουδαίων πλάνης μὴ μετασχών. Ἔδει γὰρ τὸν σωθέντας [i] τῆς πλάνης μαθητεύεσθαι τῷ πατρὶ διὰ τοῦ παρεῖναι προσιόντι θαρσαλέως θεῷ, καὶ ποιοῦντι τὰ κελευόμενα· εἰπεῖν δὲ προστάττει· *Φύλαξαι τοῦ ἡσυχάσαι*. Ὅπερ

[93] Marc. XIII, 94 seqq. [94] Isa. X, 21 ; Rom. IX, 27. [95] II Paral. XXVIII, 1 seqq. ; IV Reg. XVI, 1 seqq. [96] Ezech. XVIII, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[h] γρ. τὸν υἱὸν Ταβεήλ. [i] γρ. σωθέντα.

Digitized by Google

Σύμμαχος μέν φησιν, *Φύλαξαι, καὶ ἡσύχασον.* Ὁ δὲ Θεοδοτίων, *Πρόσχες, καὶ ἡσύχασον. Καπνιζομένους* δὲ *δαλοὺς*, τοὺς δύο κέκληκε βασιλεῖς, ὡς μήτε φῶς, μήτε δύναμιν ἔχοντας καυστικὴν ἤδη σβεσθεῖσαν. Εἰ γὰρ καὶ παιδευτικῇ, φησὶ, δυνάμει μετῆλθεν[k] ὑμᾶς, ἦν *ὀργὴν* οἶδε καλεῖν ἡ Γραφή, παραδοὺς τοῖς πολεμίοις ὑμᾶς, ἀλλ' οὖν παίσας *ἰάσομαι*, δι' ἀμφοῖν ὑμᾶς καλῶν εἰς εὐσέβειαν, δι' ὃ νῦν ἀνόνητος ἡ τῶν βασιλέων *βουλή*.

A evaserat, vel suis fratribus *superstes;* vel Judaicæ multitudinis errori nequaquam consentiens, filium enim errore liberatum, qui patri confidenter ad Deum accedenti, et imperata facienti adesset, ab eodem æquum fuit instrui docerique. Jubet autem dicere : *Vide, ut quiescas;* quod Symmachus : *Vide et quiesce ;* Theodotio autem : *Attende et quiesce*, reddiderunt. *Fumigantes* porro *titiones*, *duo* reges vocavit, tanquam qui luce, ipsa urendi jam extincta facultate, priventur. Ad vos enim quantumvis, ait, correctrice potentia, quam *iram* vocare Scriptura solet, accesserim, in hostiumque manus provocatos **109** *sanabo*. Atque hinc est, quod regum nihil hoc loco proficit *consilium*.

Ἀράμ δὲ λέγει Συρίαν, *Σαμάρειαν* δὲ τὴν νῦν Σεβαστήν. Ἀρκεῖ γὰρ, φησὶν, τῇ μὲν *Σαμαρείᾳ κεφαλὴν* ἔχειν τὴν *Δαμασκὸν*, καὶ ταύτης εἶναι βασιλέα τὸν *Ῥαασσών*· τῷ δὲ *Ἐφραὶμ τῆς Σαμαρείας*. Οὕτω δὲ ἐκάλουν τὰς δέκα φυλὰς Ἰσραὴλ, διὰ τὸν ἐξ *Ἐφραὶμ* αὐτῶν βασιλεύσαντα, καὶ ταύτης ἡγεῖσθαι *Ῥωμελίου υἱόν*. Γνῶθι δὲ καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις, Ἄχαζ, ὡς ἐντὸς ἐτῶν πέντε καὶ ἑξήκοντα ἡ τῆς Σαμαρείας ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεία καταλυθήσεται, τοῦ βασιλέως σὺν ὑπηκόοις παραδοθέντος αἰχμαλωσίᾳ. Ταῦτα προσέταξε λέγειν ὁ Θεὸς τῷ Ἄχαζ ἀπαντήσαντα τὸν προφήτην, κατά τινα τόπον, ὃν εὔκαιρον ἤδει πρὸς τὸ περιτυχεῖν τῷ Ἄχαζ. Τοῦ δὲ χρόνου συμπληρωθέντος, *Δαμασκὸς καὶ Σαμάρεια*, οἵ τε τούτων βασιλεῖς καὶ ὑπήκοοι, πρὸς τῶν Ἀσσυρίων ἐάλωσαν, ὡς ἡ τετάρτη τῶν Βασιλείων δηλοῖ. Εἶλε γὰρ ὁ μὲν Τεγλαθφαλλασὰρ *τὴν Δαμασκὸν* καὶ τὸν *Ῥαασσών*, ὁ δὲ Σαλμανασὰρ τὸν *Ὡσηὲ καὶ Σαμάρειαν*. Κατὰ κοινοῦ δὲ, τὸ *ἐκλείψει* ἐν τῷ, *καὶ ἡ κεφαλὴ Σομόρων*. Τὰ γε μὴν ἑξήκοντά πέντε ἔτη παῖδες Ἑβραίων φαίνονται μετ' ἀκριβείας συνάγεσθαι, τούτων εἴ ποιήσαιτό τις ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ πέμπτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους τῆς *Ὀζίου* βασιλείας. Προφητεύει μὲν γὰρ κατὰ τοῦτον Ἡσαΐας ἰμοῦ καὶ Ἀμώς· θεσπίζει δὲ πρῶτος Ἀμὼς τὴν ἅλωσιν Ἰσραὴλ ἐν ἡμέραις Ὀζίου βασιλέως Ἰούδα, πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ τοῦ γενομένου, φασὶν, ὅτε περ Ὀζίας εἰσελθὼν εἰς τὸ ἅγίασμα λεπροῦται, καὶ ἡ τοῦ θυσιαστηρίου πιότης ἐκκέχυται. Γίνεται δὲ τὰ λοιπὰ τοῦ Ὀζίου ἔτη εἰκοσιεπτά. Τὰ γὰρ πάντα δύο καὶ πεντήκοντα βεβασίλευκεν, ὧν κατὰ τὸ πέμπτον καὶ εἰκοστὸν, πρῶτος Ἀμὼς θεσπίζει τὰ περὶ τῆς ἁλώσεως Ἰσραὴλ· μεθ' ἃ τοῦ Ἰωαθὰμ ἔτη ἐκκαίδεκα, καὶ τοῦ Ἄχαζ ἄλλα τοσαῦτα, καὶ τῆς Ἐζεκίου βασιλείας ἕξ. Ἃ δὴ συντεθέντα πληροῖ τὰ πέντε καὶ τὰ ἑξήκοντα. Ἔκτῳ γὰρ ἔτει Ἐζεκίου τὴν ὑστάτην Ἰσραὴλ αἰχμαλωσίαν ὑπέμεινεν. Ταῦτα προλέγει Θεός. Συνιδὼν δὲ τὸν Ἄχαζ καὶ τὸν ὑπ' αὐτῷ λαὸν ἀπίστως ἔχοντα πρὸς τὰ λελεγμένα, ἐπήγαγε τὸ, *Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε*. Τοῖς γὰρ ταῖς ἀπιστίαις περιυβρίζουσιν τοῦ Θεοῦ τὸν λόγον, οὐδ' ἂν γένοιτο σύνεσις ἡ παρ' αὐτοῦ. Τὸ δὲ, *ἔξελθε*, πρὸς

Per *Aram* autem Syriam intelligit; et per *Samariam*, eam, quam nunc vocamus Sebastam. *Samariæ* enim ait, sufficit *caput* habere *Damascum*, et hujus regem esse *Rhaasson : Ephraim autem Samariæ.* Hoc enim nomine decem Israelis tribus appellabant, quod ex illa *Ephraim* imperatorem, et ducem, *Rhomeliæ filium* haberent. Scias vero, o Achaz et istud enim cæteris, fore ut intra sexaginta quinque annorum spatium, Samariæ regnum, rege ipso et subditis in captivitatem adductis ab Assyrio dissolvatur, et evertatur. Talia Dominus Achazo regi, cum loci designatione quem in occursum prophetæ putaret idoneum, jussit denuntiari. Revera autem post illud exactum temporis spatium, *Samaria* ipsa et *Damascus*, cum suis regibus et subditis (ut quarto Regum volumine scribitur [66]) in Assyriorum potestatem venerunt. *Damascum* enim et *Raassonem* cepit Teglathphalasar ; *Oseam* autem et *Samariam* Salmanasar. Sed memineris verbum *deficiet* clausulæ sequenti, *caput Samariæ*, communiter inserere. Quod vero ad sexaginta quinque annos attinet, hos demum exacte colligi posse voluerunt Hebræi, vicesimo quinto. Hujus enim tempore simul Isaias et Amos vaticinantur. Sed primus Amos Israelitarum captivitatem eam vaticinatus est, quæ sub Ozia Judæ rege exstitit, ante duos annos terræ motus, inquiunt ; quo tempore sanctuarium ingressus Ozias altaris effusa pinguedine lepra corripitur. Restant vero Oziæ regis anni viginti septem. Duos enim et quinquaginta in universum imperavit, quorum si ad quintum et vicesimum spectes, Israeliticam captivitatem vaticinantem primum Amos inveneris. Post quos, Joathami sexdecim ; totidemque *Achaz* ; item Ezechiæ anni consequentur sex ; quibus in summam collectis, sexaginta quinque consurgere necessum est. Sexto enim, Ezechia regnante, captivitatem ultimam passus est Israeliticus populus. Atque hæc ipsa sunt quæ longe ante prædixit Dominus. **110** Verum cum Achazum, ejusque populum fidem prædictis non adhibere cerneret, intulit : *Si non credideritis, non intelligetis.* Quibus enim in

[66] IV Reg. xvi, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[k] *γρ.* μετῆλθον.

Digitized by Google

αὐτῶν, ἔπεμψαν *πρέσβεις* ὀπίσω αὐτοῦ ἀρνούμενοι τὴν αὐτοῦ βασιλείαν. Εἶεν δ' ἂν *οἱ πρέσβεις*, οἱ τὸν θάνατον ἐνεργήσαντες αὐτοῦ, νομίσαντες διὰ τοῦ σταυροῦ διακόπτειν αὐτοῦ τὴν βασιλείαν, λέγοντες τῷ Πιλάτῳ· « Μὴ γράφε ὅτι βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνος εἶπε, βασιλεύς εἰμι· » οἱ κατακριθέντες ἐκ τῆς ἑαυτῶν πονηρίας ἐμποδὼν οὐ γεγόνασι τῇ οἰκονομίᾳ. Οὐδεὶς δὲ θέλει φαῦλα πράττων, ὑπὸ Χριστοῦ βασιλεύεσθαι. Περὶ ὧν, ὅτι *ταραχθήσονται*, φησὶν ὁ προφήτης, ὅταν ἴδωσι τὸν Κύριον μετὰ δόξης *ἐρχόμενον*. *Ἰδοὺ γὰρ ἡμέρα Κυρίου ἔρχεται ἀνίατος*. Ταύτην ἄλλην εἶναί φασι παρὰ τὴν προτέραν, περὶ ἧς εἶπεν· *Ἐγγὺς ἡ ἡμέρα Κυρίου*. Ἐκείνη γὰρ, περὶ τῆς ἰδίας ἑκάστου συντελείας, ἥτις ἐγγὺς πάρεστιν· ἡ δὲ νῦν, περὶ τῆς καθολικῆς, ἥπερ δὴ καὶ κυρίως ἐστὶν ἡμέρα. Νυκτὶ γὰρ οὐ διακόπτεται. Διὸ καὶ ἐν αὐτῇ φανεροῦται τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους. Ὁ δὲ παρὼν βίος, νύξ· ἐν ᾧ ταῦτα συγκέκρυπται. Ἐκείνην οὖν *ἀνίατον* ἔφησεν. Οὐκ ἔστι γὰρ ἐξετάσασθαι τοὺς προσαγομένους ἐν αὐτῇ πόνους. Οἰκονομικὸν[i] δὲ τοῦτο, φασὶ, φόβον ἐμποιοῦν πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι, ἕως ἡμέρα ἐστίν· ἔρχεται γὰρ νὺξ, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάσασθαι· δεδεμένος δὲ χεῖρας καὶ πόδας τῷ δεσμῷ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, εἰς τὸ σκότος ἐμβάλλεται. Τότε δὲ, φησὶν, *οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ τὸ φῶς οὐ δώσουσι*, λέγοντος τοῦ Κυρίου. Εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων, ὁ *ἥλιος σκοτισθήσεται*, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις, οἷς ἐπιλέγει· καὶ κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Ὃ σύμφωνον τό· *Φωνὴ ἐθνῶν πολλῶν ἐπὶ τῶν ὀρέων. Φωνὴ βασιλέων καὶ ἐθνῶν συνηγμένων.*

A homines modo, sed potestates etiam, haudquaquam imperium ejus ferre voluerunt. Sed cum ea præciperet, quæ fieri postularet, missa ad eum *legatione* regem esse suum ipsi postea pernegarunt et abjurarunt. Dicantur forsan et *legati* non male, qui mortis ejus auctores, ejusdem regnum se cruce posse exscindere arbitrati, Pilato, ne regem eum esse Judæorum scriberet, sed quod regem se esse diceret, inclamabant. Sed suo ipsi scelere convicti dispensationem morari vel avertere nequiverunt[99]. Nullus autem, qui scelesta operatur, Christo rege unquam gaudere poterit. Quo fit ut de hoc hominum genere *turbabuntur* verbum usurpavit propheta; quo tempore nimirum cum gloria Dominum *venientem* viderint. Sequuntur vero: *Ecce enim dies Domini venit implacabilis*. Quam esse a superiore aliam, de qua *prope est dies Domini* scribebatur, aiunt. Illam enim de cuilibet imminente consummatione exsistere; hanc autem universam omnium, quæ proprie dies appellatur, intelligi. Neque enim tum nocte intercidetur aliqua: nec quæ in tenebris latent, fugere quemquam poterunt, quibus vita hæc significatur, in qua ista occultantur. Illam ergo *implacabilem* nuncupavit, cujus mederi doloribus nihil quidquam valeat. Provide autem et sapienter, ut, donec dies est, laboremus istis metum incuti arbitrantur. Venit namque nox, cum nemo poterit operari[1]: sed suis, tanquam vinculo, peccatis quisque manibus et pedibus constrictis in tenebras detrudetur. Tunc enim, ait, jubente Domino, ipsæ *cœli stellæ lumen non dabunt*: sed illorum statim temporum miseriam *Solis* excipient *tenebræ*, aliaque, quæ sequuntur, quibus omnes tribus e terra amputandas esse colligit. Quale fuit et illud antea: *Vox gentium multarum in montibus; vox regum et gentium congregatorum.*

ιβ-ις'. *Καὶ ἀπολῶ ὕβριν ἀνόμων, καὶ ὕβριν ὑπερηφάνων ταπεινώσω. Καὶ ἔσονται οἱ καταλελειμμένοι ἔντιμοι μᾶλλον, ἢ τὸ χρυσίον τὸ ἄπυρον, καὶ ἄνθρωπος μᾶλλον ἔντιμος ἔσται ἢ ὁ λίθος ὁ ἐκ Σουφείρ*, κ. τ. λ.

210 Vers. 12-16. *Et perdam injuriam iniquorum, et contumeliam superborum deprimam. Et erunt, qui relicti sunt, pretiosiores auro obrizo, et homo pretiosior lapide ex Suphir*, etc.

Καὶ ταῦτα πάλιν, οἱ μὲν τοῖς περὶ τῆς καθόλου κρίσεως προσκεῖσθαί φασιν, οἱ δὲ περὶ Χαλδαίων ἰδικώτερον λέγεσθαι, ἀγαθότητος δὲ Θεοῦ τὸ, *ὕβριν ἀνόμων καὶ ὑπερηφάνων ἀπολεῖν τε καὶ ταπεινοῦν*, ὡς ἂν ἀποκαταστήσῃ καθαρὸν ἀπὸ πάσης κακίας τὸ ἑαυτοῦ δημιούργημα· ὡς καὶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν ἀθετεῖ διελέγχων, οὐκ οὖσαν ἀληθῆ καθ' ἃ τοῖς πλανωμένοις δοκεῖ. Οὕτως ὑπὸ ἰατροῦ νόσος ἀπόλλυσθαι λέγεται, καὶ σκότος ὑπὸ ἡλίου. Διὸ καὶ Ἰακὼβ εὐλογῶν τοὺς υἱοὺς Συμεὼν καὶ Λευὶ, Ἐπικατάρατος, φησὶν, ὁ θυμὸς αὐτῶν· τὴν πονηρὰν γὰρ ἕξιν διὰ τῆς κατάρας ἐξαναλίσκει, ὡς ἂν τὸ καταλειπόμενον ἐν αὐτοῖς ἄξιον τῆς εὐλογίας τοῦ πατριάρχου γένηται. Οὕτω καὶ Νῶε φησιν· Ἐπικατάρατος Χαναάν· καίτοι Χὰμ ἦν ὁ λελυπηκὼς, ἀλλ' ὅμως οὐκ αὐτῷ καταρᾶται, ἀλλὰ τῷ γεννήματι αὐτοῦ,

Et hæc etiam ad universum judicium alii, alii autem ad Chaldæos tantum referunt. Sed in eo Dei apparet bonitas, quod *injuriam iniquorum, et superbiam perditurum se, atque repressurum dicit*, ut suum ipse opus omni scelere et labe vacuum efficiat: quo, veluti morbus ope medici, vel tenebræ solis adventu, fugari dicuntur; sic sapientiam sapientum (licet errantibus vera et recta videantur) pravam convincat, et evertat. Itaque et Jacob, cum filiis suis Simeoni et Levi fausta precaretur, eorum furori maledixit, ut postquam imprecatione malus esset deletus habitus, quod in ipsis erat reliquum patriarchæ dignum benedictione fieret[2]. Quomodo et illa Noe sumenda sunt, quibus Chanaam exsecratur[3]. Etsi enim patrem dolore Cham ipse affecerat, non filio tamen imprecatus est pa-

[99] Joan. XIX, 21. [1] Joan. IX, 4. [2] Gen. XLIX, 5-7. [3] Gen. VIII, 20-27.

VARIÆ LECTIONES.

[i] γρ. οἰκονομικῶς.

Digitized by Google

rens, sed proli ipsius, et operi, unde symbolice nomen **211** est adeptus Chanaan Significat enim tanquam æstum, sive commotionem, si verbi ratio requiratur. Perturbationem siquidem is absolvit habitus, qui in motu exsistit.

Est deinde *injuria*, quam se *perditurum* dicit, cujuslibet iniquitatis non obscura significatio. *Injuriam* enim *faciunt* qui iniqui sunt, et templo ipsi, et proximo, et Dei imagini a qua ad Conditorem a se auditum *injuria* : non aliter quam quæ progreditur a læsa regis imagine, ad regem ipsum. Estque imprimis certum et indubitatum, in quo quisque peccat, in hoc ipso sibi contumeliam afferre [h]. Et certe peccatum omne *contumeliæ* soboles est; quæ sui primum auctorem adoritur et multat. Pari ratione et *iniquitatis* soror esse dicatur *superbia*. Ideo enim quisque peccat, quod oppositam sceleri virtutem superbe despicit. Qui *superbis* igitur resistit Dominus [g], quique peccatores ad terram usque *deprimit*, *injuriam se superborum depressurum* pollicetur, et ea quam cum diabolo *superbiæ* parente habent [e], abstersa similitudine, in ejus scholam, qui discere a se præcipit, quia mitis sit et humilis corde [f], deducturum. Sed universe ista de judicio, quod in extrema mundi periodo futurum est, aiunt intelligi : indeque fieri, ut cum in eis *terræ totius* meminerit, nihil de *Babylone* quidquam adjunxerit. Cæterum ubi contigerint quæ dicta sunt; qui ex infinito numero, integritate animi conservata, cum iniquis societatem non iniverint, sed per infinita tentationum tormenta probati, exactum voluntatis suæ testimonium dederint; omni re illi quantumvis *mortalibus* eximia, *pretiosiores* erunt; hominis videlicet appellatione digni : quippe qui incorrupto et illæso rationis munere; quod a natura possident, non cum aliis feritatem amplexi, *homines* esse se testati sint. Dicitur autem *aurum* id *obrizum*, quod purum putum natura exsistens, quia generis alterius nihil admistum habet, coctione non indiget. Est vero *Suphir*, Indiæ regio, in qua pretiosos lapides aiunt reperiri. Significat ergo vel proborum, vel eorum certe, qui capta Babylone superstites futuri **212** sunt, paucitatem. Quod si de ista sermo est, in quibus *iram cœli* subjicit, non animatum asseri, quod placuit quibusdam, sed quæ sunt in ipso virtutes designari putamus. Quo locutionis genere cum urbem egressam esse, eamdemque a principe suo petivisse aliquid dicimus, nihil aliud quam urbis cives intelligimus. Cum ipso enim Domino adversus impios, auctoris sui partes amplexa mundi fabrica movetur, non aliter quam propter eos, qui resipiscunt, lætari cœlum et gaudere dicitur [g]. Et alicubi rursum propter sceleratos

καὶ τῷ ἔργῳ, ὅπερ συμβολικῶς ὀνομάζεται Χαναάν. Ἑρμηνεύεται γάρ, ὡς σάλος. Ἐν κινήσει γὰρ ἡ ἕξις γινομένη τὸ πάθος ἐπιτελεῖ.

Ἡ δὲ ὕβρις, ἣν ἀπολεῖν φησι, πάσης ἐστὶν ἀνομίας ἐμφατική. Οἱ γὰρ ἄνομοι ὑβρίζουσι μὲν εἰς τὸν ναὸν, ὑβρίζουσι δὲ εἰς τὸν πλησίον, καὶ εἰς τὸ κατ' εἰκόνα. Καὶ διὰ τῆς εἰκόνος ἡ ὕβρις ἀναβαίνει ἐπὶ τὸν κτίσαντα, καθὰ καὶ εἰς βασιλέα, διὰ τῆς εἰκόνος ὑβριζομένης. Καὶ πρὸ πάντων, δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, ἑαυτὸν καθυβρίζει· ὕβρεως ἄρα γέννημα πᾶσα ἁμαρτία· καὶ τοῦ ὑβριστοῦ πρώτου καθάπτεται· οὕτω δὲ καὶ *ὑπερηφανία* τῆς *ἀνομίας* ἐστὶν ἀδελφή. Ὃ γὰρ ἄν τις ἁμάρτῃ, τὴν ἐναντίαν ἀρετὴν ὑπερηφανεῖ τῷ πλημμελήματι. Ὁ οὖν ἀντιτασσόμενος *ὑπερηφάνοις* Κύριος, καὶ *ταπεινῶν* ἁμαρτωλοὺς ἕως γῆς, ἐπαγγέλλεται *τὴν ὕβριν τῶν ὑπερηφάνων ταπεινώσειν*, ῥυόμενος αὐτοὺς ἐκ τῆς πρὸς τὸν διάβολον ὁμοιότητος, ὃς πατήρ ἐστιν *ὑπερηφανίας*, ἐνάγων αὐτοὺς πρὸς τὸ μαθητεύεσθαι τῷ εἰπόντι· Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ. Ταῦτα δὲ, φασὶ, καθολικῶς περὶ τῆς ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ κόσμου κρίσεως εἴρηται· διὸ ἐν αὐτοῖς, *τῆς οἰκουμένης ὅλης* μεμνημένος, οὐδεμίαν *Βαβυλῶνος* πεποίηται μνείαν, μετὰ δὲ τὸ ἐπενεχθῆναι τὰ εἰρημένα, οἱ ἐκ πολλῶν εὑρισκόμενοι ἄνθρωποι μηδὲν βλαβέντες τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς πρὸς τοὺς ἀνόμους κοινωνίας, διὰ δὲ πειρασμῶν μυρίων βάσανον δεδωκότες ἀκριβῆ τῆς ἑαυτῶν προαιρέσεως, παντὸς *τιμίου* δοκοῦντος *ἐν ἀνθρώποις* ἔσονται *τιμιώτεροι*, τῆς ἀνδρὸς εὑρεθέντες ἄξιοι προσηγορίας, καὶ τὸ κατὰ φύσιν λογικὸν διασώζοντες, χρηματίζοντες *ἄνθρωποι*, τῷ μὴ τεθηριῶσθαι τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. Ἄπυρος *δὲ χρυσὸς*, ὁ διὰ τὸ φύσει καθαρὸν καὶ ἀμιγὲς πρὸς ἄλλα, πυρώσεως οὐ δεόμενος. *Σουφεὶρ* δὲ χώρα τῆς Ἰνδικῆς, ἔνθα γίνεσθαι τὰς τιμιωτάτας λίθους φησί [k]. Δηλοῖ τοίνυν ἢ τῶν ἀρετὴν ἐχόντων τὸ σπάνιον, ἢ τῶν ὅλως ζώντων μετὰ τὴν ἅλωσιν Βαβυλῶνος· εἴγε περὶ ταύτης ὁ λόγος, ἐφ' οἷς *οὐρανοῦ θυμὸν* ὑποτίθεται, οὐχ ὡς ἐμψύχου, καθ' ἃ δή τινες οἴονται, ἀλλὰ τὰς ἐν αὐτῷ δυνάμεις δηλῶν, ὥσπερ φαμὲν, Ἡ πόλις ἐκδέδηκε, Πᾶσα ἡ πόλις ἤτησέ τι παρὰ τοῦ ἄρχοντος, τοὺς ἐνοικοῦντας σημαίνοντες. Συγκινεῖται δὲ τῷ Δεσπότῃ κατὰ τῶν ἀσεβούντων ἡ κτίσις· ὡς καὶ χαρὰ γίνεται ἐν τοῖς μετανοοῦσιν ἐν οὐρανῷ. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις ὁ οὐρανὸς ἐξίσταταί τε καὶ φρίττει· καὶ ἐν Αἰγύπτῳ γὰρ ὕδωρ μὲν εἰς αἷμα μετέβαλεν· ἐξῆρψε [l] δὲ βατράχους ἡ γῆ· καθῆκε δὲ χάλαζαν οὐρανός· ὁ δὲ ἀὴρ σκότος ὑπῆρχε βαθύτατον. Οὕτω δὲ καὶ νῦν *οὐρανοῦ θυμὸν* νοητέον, ὡς ἅπερ ἐξ αὐτοῦ τοῖς κολαζομένοις ἐπάγεται φοβερὰ, ἄστρων ἐκλείψεις, σκηπτοί τε καὶ σκληραὶ βρονταὶ, καὶ

[h] Sap. xi, 17. [g] Prov. iii, 34, Jac. iv, 10; I Petr. v, 5. [e] Job xli, 25. [f] Matth. xi, 29. [g] Psal. xcv, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[k] γρ. φασί. [l] γρ. ἐξέρευξε.

Digitized by Google

ἀέρος ἀχλὺς, ἢ δὴ γίνεται *διὰ θυμὸν ὀργῆς Κυρίου*, οὕτω λεγομένης τῆς κατὰ κόλασιν ἀναθυμιάσεως, καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἐξάψεως. *Γῆ* δὲ, φησὶν, *ἐκ τῶν θεμελίων σεισθήσεται*· τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἐπιβολῆς [m] ἔχουσα τὸν βρασμόν. *Θεμέλια δὲ γῆς ἄγνωστά* φησιν ἐν Ἰὼβ ἀνθρώπου φύσει Κύριος. « Ποῦ ἦς ἐν τῷ θεμελιοῦν με τὴν γῆν; ἀπάγγειλον δή μοι εἰ ἐπίστασαι σύνεσιν, τίς ἔθετο τὰ μέτρα αὐτῆς, εἰ οἶδας; ἢ τίς ὁ ἐπαγαγὼν σπαρτίον ἐπ' αὐτήν; ἐπὶ τίνος οἱ κρίκοι αὐτῆς πεπήγασιν; τίς δέ ἐστιν ὁ βαλὼν λίθον γωνιαῖον ἐπ' αὐτῆς; » Οἱ δὲ τῆς ἔξω σοφίας φασὶ τεθεμελιῶσθαι τὴν γῆν ἐν τῷ κέντρῳ τῆς περιεχούσης οὐρανοῦ σφαίρας αὐτήν. Ἰσόρροπος γὰρ περ ἀφισταμένη [n] πανταχόθεν, ἐστὶν ἀκλόνητος· καὶ ταῦτα δὴ, φασὶ, τὰ ῥητὰ δηλοῖ τὴν συντέλειαν. Οἱ δὲ περὶ *Βαβυλωνίων* εἰρῆσθαι νομίζοντες λέγουσιν, ὡς οἱ προφῆται τὴν θείαν καὶ ἄφραστον δύναμιν δεχόμενοι κατὰ νοῦν, ὑπερβολικῶς αἴρουσιν ὑψοῦ τὰς φωνὰς, καὶ μεγέθη τοῖς διηγήμασιν ἐπινοοῦσιν ἐξαίρετα. Οἱ δὲ *φεύγειν*, φησὶ, τότε πειρώμενοι τὰ δεινὰ, δόξουσιν ἐοικέναι *δορκαδίῳ σμικρῷ*, ἀλλ' οὐ τελείοις, κοῦφόν τε καὶ ταχὺν ποιουμένοις τὸν δρόμον· εὐπτόητον δὲ τὸ ζῶον, κἂν ταῖς φυγαῖς οὐχ ἱστάμενον.

A moveri et inhorrere cœlum dicitur [9]. In Ægypto siquidem aquam in sanguinem mutatam esse ; terram item ranas ebullisse ; cœlum deinde grandinem demisisse, aerem denique in profundissimas tenebras esse conversum sine controversia est. Haud absimili et hic ratione, *cœli iram* par est ea intelligi quibus terrentur impii ; cujusmodi ipsi sunt planetarum defectus, tonitrua, fulmina, aeris caligines : quæ certe fiunt propter *iram Dominici furoris* quo nomine vindictæ fervor et eorum, qui peccaverunt, incensio significatur. *Terra* autem *ab ipsis*, ait, *movebitur fundamentis*. Quo certe nihil aliud, quam ne superficie tenus æstum et concussionem passuram credamus, monuisse videtur. Sunt vero Domino teste in Jobi libro, ipsa B humanæ naturæ ignota *terræ fundamenta*. « Ubi enim eras, ait, quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi, si habes intelligentiam, quis posuit mensuras ejus, si nosti ; vel quis tetendit super eam lineam? Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem ejus angularem [10]? » At ipsam externæ disciplinæ sectatores in ambientis undique cœli puncto stabiliri fundarique non dubitant asserere. Æquo enim suspensam libramine, cum pari distet undique intervallo, immotam esse necesse est. Significant ergo verba ista nihil aliud, inquiunt, quam consummationem. Qui autem ad *Babylonios* referunt, prophetas putant, postquam divinam et ineffabilem virtutem mente exceperint, supra modum voces attollere, narrationesque suas eximio quodam et alto dicendi genere excogitato exornare. Qui autem **213** *fuga*, addit, calamitatem evadere conabuntur, *damulæ* ii, robore adhuc ad cursum velocitatemque destitutæ quæ adultis in promptu sunt similes exsistent. Est enim damarum genus pavidum maxime, neque quam inceperit, fugam sistere didicit.

Καὶ ὡς *πρόβατον ἔσονται πλανώμενον*. Οὐ γὰρ C ἔχει σύνεσιν οἰκείαν *τὸ πρόβατον*, ὡς ὁρμῖσαι μὲν ἐπὶ τὰς τροφίμους νομὰς, αὐλισθῆναι δὲ ἐν τόποις ἀσφαλεστέροις, ἢ πότον ἑαυτοῖς ἐκζητῆσαι, ἐὰν μή τις ᾖ ποιμαίνων, καὶ ἐπ' αὐτὰ καθηγούμενος. Οὕτως οὖν τοῖς φεύγουσί φησιν, Οὐκ ἔσται τις ἄρχων ὁ καὶ συνάγειν δυνάμενος, καὶ *καταφυγὴν* αὐτοῖς παρασχεῖν. Οἱ μὲν γὰρ διασπείρονται [o] διωκόμενοι· οἱ δὲ μένοντες, *ἡττηθήσονται*· ἢ καὶ, κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς, *ἐκκεντηθήσονται*. Οἱ δὲ κἂν συστῶσι ἀλλήλων, *ὑποπεσοῦνται τῇ μαχαίρᾳ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ*. Οὐ μόνον δὲ ταῦτα διαθήσουσιν τοὺς ἀσεβεῖς αἱ δυνάμεις αἱ τιμωρητικαὶ, ἤγουν *τοὺς Βαβυλωνίους οἱ Πέρσαι*· ἀλλὰ καὶ *γυναῖκας* καὶ *παῖδας*, ὡς ὁμοίως ὑπάρχοντας ἀσεβεῖς. Τὸ δὲ *εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ διῶξαι* [p], ἀντὶ τοῦ ἐπειχθῆναι. Δεδιότες γὰρ τοὺς πολεμίους, φησὶ, καὶ τὴν ἡδίστην αὐτοῖς *φεύξονται χώραν*. Συμφωνεῖ δὲ τῷ *τοὺς παῖδας ἁρπάσουσιν* [q], ὁ Δαβὶδ πρὸς τὴν Βαβυλῶνα λέγων, « Μακάριος ὃς κρατήσει καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν. » Εἰ δὲ δεῖ νοητῶς περὶ τῶν συμβεβηκότων Ἀσσυρίοις εἰπεῖν, εὕροις ἂν ἀκωλύτως τῇ περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείᾳ λεχθείσῃ τὰ περὶ τῆς νοητῆς Βαβυλῶνος, καὶ τοῦ ταύτης ἄρχοντος

Et erunt, addit, *tanquam ovis errans*. Nam et *pecudes* ipsæ haud ita suapte natura sagaces sunt et providæ, ut vel ad pascua per se exire, tutisque locis stabulari, aut adaquari, nisi pastore, tanquam duce, prævio valeant. Ad hunc igitur modum, inquit, aliquo, qui *fugientibus* præsit, et palantes congregare, effugiumque præbere valeat, destituentur. Dispergentur enim alii fugati et abacti : quibus autem manere satius visum fuerit, *vincentur* et ipsi ; aut, ut aliis placet interpretibus, *transfigentur*. Denique ne ipsi quidem, quotquot coire, congregarique contigerit, evadent ; sed *furoris divini gladio occumbent*. Neque vero ista solum in impios, ultrices scelerum potestates (id est, in *Babylonios* Persæ) committent ; sed in eorum etiam D *uxores et liberos*, tanquam impietatis participes, desævient. Quod deinde *in regionem suam impulsum iri* dixit, idem significavit, ac si hostium metu vel jucundissimam sibi *regionem fugituros* esse demonstraret. Convenit porro quod *pueros allident*, cum Davide, qui Babylonem alloquens, beatum fore prædicat, « qui tenebit, et allidet parvulos ejus ad petram [11]. » Quod si arcano sensu de his, quæ Assyriis contigerunt, dicere opus est ; nihil repu-

[9] Isa. XIII, 13. [10] Job XXXVIII, 4-6. [11] Psal. CXXXVI, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[m] γρ. ἐπιπολῆς. [n] γρ. ἰσορρόπως γὰρ περιαφισταμένη. [o] γρ. διασπεροῦνται. [p] γρ. διώξεται. [q] γρ. ῥήξουσιν.

Digitized by Google

gnat, quæ de Christi prophetia dicta sunt, ad Babylonem intelligibilem, ejusque principem diabolum referri ; qui ad regis morem in historia designatum, adversus eos qui Deum colunt, assidue bella gerens, permultos valde captivos facit ; quibus idem, posteaquam patria, sanctaque terra expulit, insultat. Sed excitatum tandem est Salvatoris signum, divina scilicet illa crux ; hymnoque adversus eum triumphali magna cum lætitia decantato in ejus laudem, qui propter nos, nostroque nomine victoriam adeptus est, fidei professionem edentes *vocem elevavimus. Imperavit* **214** porro *bellicosæ genti* Dominus ut veniret : sanctis nimirum, qui pugna, non adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus et potestates commissa [12], victoria potiti, easque veluti urbem, id est idololatriam gravem olim et inexpugnabilem, Christo duce et protegentibus angelis, ita diripuerunt, ut pauci jam ex eorum numero, qui ab ipsis capti sunt, et ii quidem magno metu consternati, neque ullo modo resistere valentes, remaneant. Ad hujusmodi nos allegoriæ contemplationem eum vellet adducere propheta, posteaquam de Salvatore dixisset ; de Babyloniis esse sibi agendum existimavit.

A διαβόλου λεγόμενα, ὃς κατὰ τὸν ἱστορικὸν βασιλέα πολεμεῖ μὲν ἀεὶ τοῖς ἀνακειμένοις Θεῷ, πολλούς τε λίαν αἰχμαλώτους ἐργάζεται, καὶ τούτοις ἐπιχαίρει τῆς πατρίδος ἐληλαμένοις, καὶ γῆς τῆς ἁγίας. Ἀλλ' ἐγήγερται τὸ τοῦ Σωτῆρος σημεῖον ὁ θεῖος σταυρός, καὶ ἠλαλάξαμεν κατ' αὐτοῦ ᾠδὴν ἄδοντες ἐπινίκιον τῷ δι' ἡμᾶς ὑπὲρ ἡμῶν τε νενικηκότι, καὶ *τὴν φωνὴν ὑψώσαμεν*, τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν ποιούμενοι. *Ἐντέταλται* δὲ καὶ ὁ Κύριος ἔρχεσθαι *ἔθνει ὁπλομάχῳ*, δηλονότι τῷ τῶν ἁγίων, οἷς ἡ μάχη οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, πρὸς ἀρχὰς δὲ μᾶλλον καὶ ἐξουσίας, ἀντετάξαντό τε καὶ νενικήκασιν ἀντεπάγοντες αὐταῖς τὴν πολιορκίαν οἷά τινα πόλιν, τὴν εἰδωλολατρείαν πορθοῦντες τὴν πάλαι δεινὴν καὶ ἀνάλωτον Χριστοῦ στρατηγοῦντος, καὶ τῶν ὑπερασπιζόντων ἀγγέλων, ὡς εὐαριθμήτους λείπεσθαι τῶν ὑπ' ἐκείνων ἁλόντων, καὶ τούτους περιδεεῖς καὶ ἀπειρηκότας παντελῶς τὴν ἀντίστασιν. Ἐπὶ τοιαύτην ἡμᾶς ὁ προφήτης ἀλληγορίαν κινῶν, μετὰ τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος, τὰ περὶ τῶν Βαβυλωνίων ἐπήνεγκεν.

VERS. 17-22. *Ecce suscito vobis Medos, qui argenti rationem non habent, neque auro indigent. Arcus juvenum conterent, et filiorum vestrorum non miserebuntur, neque liberis vestris parcent oculi eorum. Cito veniet, et non tardabit.*

ιζ-κβ'. *Ἰδοὺ ἐπεγείρω ἡμῖν τοὺς Μήδους, οἳ ἀργύριον οὐ λογίζονται, οὐδὲ χρυσίου χρείαν ἔχουσι. Τοξεύματα νεανίσκων συντρίψουσι, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν οὐ μὴ ἐλεήσωσιν, οὐδὲ ἐπὶ τοῖς τέκνοις σου φείσονται οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν. Ταχὺ ἔρχεται, καὶ οὐ χρονιεῖ.*

Qui superiora ad commune omnium judicium referri existimant, hinc peculiarem de Assyriis disputationem institui volunt. Nec vero Medi longo post **215** hanc prophetiam tempore, sicut ex historia notum est, in Assyriorum regnum irruperunt : sed hos Persarum primus idem sibi subjecit Cyrus, qui Judæis libertatem restituit, et est suo nomine deinceps a propheta nuncupatus [13].

Οἱ περὶ καθολικῆς κρίσεως εἰρῆσθαι τὰ προλαβόντα νομίσαντες, ἐντεῦθεν ἰδιάζειν τὰ περὶ τῶν Ἀσσυρίων φασίν. Οὐ πολλοῖς δὲ ὕστερον χρόνοις τῆς παρούσης προφητείας, ὡς ἡ ἱστορία παρέδωκεν, ἐπέθεντο Μῆδοι τῇ τῶν Ἀσσυρίων ἀρχῇ. Πρῶτος δὲ τούτους Κῦρος ὁ Περσῶν ὑπέταξε βασιλεὺς, ὁ καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν Ἰουδαίων ἀνεὶς, οὗπερ ὀνόματι διὰ τῶν ἑξῆς ἐμυθμόνευσεν.

Præterea vero et nunc verum esse illud ostenditur, quod *in perpetuum tempus non habitatum iri* dicitur. Quanquam non desint, qui solitudinis vastitatisque *tempus*, quo elapso rursus *habitanda* sit, definiri contendant. Intelligit autem eos *Arabum* nomine, quos nunc Saracenos vocamus ; qui olim mercaturæ causa in ipsa Babylone tentoria excitabant : quo sensu *non ibi tentorio positurum Arabem* dixisse Symmachum putamus : vel eos profecto, qui Persis vicini felicem illam Arabiam incolebant. Verumenimvero cum grege plurimum in solitudines ad pabula deducto, ibidem pastores sibi, suisque ovibus tentoria soleant excitare : ne ad id quidem *Babylonem* commodam, sed mansuetudine omni et ratione præditis animalibus vacuam, dæmonum *ferarumque* latibulum fore significat. Gaudent enim desertis incultisque locis ipsi dæmones. Est deinde advertendum, quosdam inter-

Εἰσέτι δὲ καὶ νῦν ἀληθὲς δείκνυται καὶ τὸ, *Οὐ κατοικηθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον*. Τινὲς δέ φασιν, ὡς ὁρίζει *χρόνῳ* τὴν ἐρημίαν, ὡς μετὰ ταῦτα πάλιν *οἰκηθησομένης*. *Ἄραβας* δέ φησιν, ἢ τοὺς νῦν καλουμένους Σαρακηνούς, οἱ πάλαι δι' ἐμπορίαν καὶ ἐπ' αὐτῆς ἐσκηνοποιοῦντο *τῆς Βαβυλῶνος*· διό φησι Σύμμαχος, *οὐδὲ σκηνοποιήσει ἐκεῖ Ἄραψι* τοὺς [r] ἐκ τῆς ὁμόρου Πέρσαις εὐδαίμονος Ἀραβίας. Ἀλλ' ἐπεὶ πολλὰ τῶν ἐρήμων ἐπινέμονται τόπων ποιμένες, μάνδρας τοῖς ἑαυτῶν θρέμμασιν ἑαυτοῖς ποριζόμενοι, οὐδ' εἰς τοῦτο χρησίμην ἔσεσθαι *τὴν Βαβυλῶνά* φησιν· ἡμέρων δὲ καὶ λογικῶν ζώων ἔρημος γενομένη, δαίμοσιν ἐνδιαίτημα καὶ θηρίοις γενήσεται. Φιληδοῦσι γὰρ τοῖς ἐρήμοις τόποις οἱ δαίμονες. Διά τε τῶν *θηρίων* τὸ ἄγνωστον, τὴν Ἑβραϊκὴν θέντες λέξιν *σιεῖν*, οἱ λοιποὶ τῶν ἑρμηνευτῶν ἐκδεδώκασιν· ἀντὶ δὲ τοῦ *σειρῆνες*, τοῦ [s] *στρουθοκαμήλους*. Φιλέρημον γὰρ ὂν τὸ ζῶον, ταῖς ἀγονω-

[12] Ephes. VI, 12. [13] Isa. XLIV, XV.

VARIÆ LECTIONES.

[r] *γρ.* Ἄραψ, ἢ τούς. [s] *γρ.* τούς.

Digitized by Google

τάταις ἐναυλίζεται ψάμμις. Καὶ ἀντὶ τοῦ *ὀνοκέν-* A
ταυροι, σιεῖν πάλιν ἐξέδωκαν. Ἀντὶ δὲ *τῶν ἐχίνων, σειρῆνας*. Τάχα που διὰ τὸ τῶν δαιμόνων ἀπατηλόν· ὁποίας ὁ μῦθος τὰς *Σειρῆνας* παρέδωκεν. Τινὲς δὲ *Σειρῆνας* ἐξηγήσαντο, τὰ εὐστομεῖν εἰδότα πτηνά· ἢ κατά γε, φασὶ, τὴν Ἑβραίων ἔκδοσιν, *τὴν γλαῦκα*· τοὺς δέ γε τῶν ὄνων ἀγρίους, φασὶν, *ὀνοκενταύρους* ὠνόμασεν· *ἐχίνους* δὲ τοὺς ἀκάνθαις ὀξείαις οἱονεὶ φριττοντας μύας· ἅπαντα τὴν ἐρημίαν δηλοῖ. Διὸ καὶ *ἤχου* φησὶ *τὰς οἰκίας πλησθήσεσθαι*, τὴν τῶν ἀοικήτων σημαίνων ἠχώ. Λέγει δὲ τοὺς *Μήδους*, διὰ τὸ πλουτεῖν, *χρημάτων ὑπερορᾷν*, ὡς ἄπορον εἶναι Βαβυλωνίοις παρὰ τούτων ἐξωνεῖσθαι τὴν ἅλωσιν. Τὸ δὲ *Μήδων* ὄνομα μεταλαμβανόμενον, σημαίνει ἀπὸ ἱκανοῦ. Οὐκοῦν ὁ ἱκανὸς ἐν πᾶσιν ἐπάγειν ἑκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν, οὗτος *τοὺς Μήδους* κινεῖ. Ἢ B
τάχα ἐπειδὴ ὁ Μαδαῖ κτίστης ἐστὶ *τῆς Μηδίας*, ὃς ἑρμηνεύεται *ἐκμέτρησις*, λέγοιντο οἱ Μῆδοι ἐπάγεσθαι εἰ; τὸ κολάζειν ἐν μέτρῳ τοὺς κακῶς βεβιωκότας. Ὃ γὰρ μέτρῳ μετρεῖ ἕκαστος ἀγαθὰ ἢ κακὰ, τὰ τῆς ἀμοιβῆς ἢ κολάσεως ἀπολήψεται. Ὃ ἀκόλουθον καὶ *τέκνα* Βαβυλωνίων νοεῖν, τοὺς καρποὺς, καὶ τὰ γεννήματα τῆς ἐκείνων ψυχῆς· οἷα καὶ τὰ τοῦ μακαριζομένου παρὰ τῷ Ψαλμῳδῷ, ἐν ᾧ ἡ μὲν γυνὴ, ἡ σοφία ἐστὶν, ἣν ἐκζητήσας νύμφην ἠγάγετο, τοῦ κάλλους αὐτῆς ὁ δίκαιος γενόμενος ἐραστής. Υἱοὶ δὲ νοῦ [t] καὶ σοφίας ἅμα συνελθόντων γεννήματα τοιαῦτα παρίστησιν ἐν ἑκατοστῷ τριακοστῷ ἕκτῳ ψαλμῷ λέγων, Θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος· ἧς τὸν τὰ *τέκνα* πρὸς τὴν πέτραν ἐδαφίζοντα μεμακάρικεν, C
προβλέπων ὁμοῦ μηδεμίαν *ἀπὸ Μήδων εἰσομένην φειδώ*. Οὐ μακαρίζει δὲ τὸν ὀπωσοῦν ἀνελόντα Βαβυλώνιον *τέκνον*, τὰ νήπια δὲ καὶ ἀρτιγενῆ ἐλθεῖν μὴ συγχωροῦντα πρὸς αὔξησιν, ὡς ἂν μὴ γένωνται χείρω, καὶ ἀναιροῦντα ἰδίᾳ σοφίᾳ τοῦ συγκεχυμένου τὰ γεννήματα, ὃς ὀνομάζεται Βαβυλώνιος, ταῦτα πρὸς τὴν πέτραν ἀράσσοντα· πέτρα δὲ κἀν τούτῳ Χριστός. Τοῦτο δ' ἂν γένοιτο τῶν φαύλων συγκρουομένων δογμάτων τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας. Ταχὺ δὲ ἦξειν ταῦτά φησι. Καὶ τὸ παρ' ἡμῖν γὰρ μακρότατον, βραχὺ λίαν ἐστὶ παρὰ Θεῷ. Χίλιά γ' οὖν ἔτη ἐνώπιον αὐτοῦ, ὡς ἡ ἡμέρα ἡ χθὲς, εἴρηται, καὶ ὡς φυλακὴ ἐν νυκτί [u]· Καὶ οὐκ εἰς μακρὰν δὲ φασὶ, τῆς προφητείας ἐγένετο. Ὁμοῦ δὲ τοῖς μὲν Βαβυλωνίοις πικροτέραν ἐμβάλλει φροντίδα· τοῖς δὲ Ἰσραηλίταις, διὰ D
τὴν αἰχμαλωσίαν παράκλησιν. Τῆς δὲ *Βαβυλῶνος* ὥσπερ ἐπώνυμον ἦν τὸ, *ἔνδοξος*. Καὶ ἔλεγον; *ἡ ἔνδοξος Βαβυλών*. Ἐναργῶς δὲ λίαν δείκνυσιν, ἐξ οἵας εἰς οἵαν ἥξει κατάστασιν. Αἴτιος δὲ ὁ βασιλεὺς Χαλδαίων βασίλειον αὐτὴν ἰσχυρόν τε καὶ λαμπρὸν ποιησάμενος· ἀπεικάζει δὲ *Σοδόμοις* καὶ *Γομόρρᾳ* τὴν ἐρημηείαν [v] αὐτῆς. Ἑρμηνεύεται δὲ *Σόδομα*, τύφλωσις, καὶ στείρωσις, καὶ ἐστῶσα σιωπὴ, καὶ ὁμοίωμα, καὶ ἔγκλησις καὶ θεμέλιος αὐτῶν. *Γόμορρα* δὲ, μέτρον καὶ στάσις. Οἷς ἡ *Βαβυλὼν* ὁμοίως κα-

pretes, propter ferarum ignorationem, vocem Hebraicam *siin* retinuisse; pro *Sirenibus* autem *struthiocamelos* reddidisse. Gaudet enim genus hoc animalis locorum solitudine, et in arenis quam maxime infertilibus stabulatur; rursum pro *onocentaurorum* nomine, Hebraicum *siin* usurparunt, et pro *echinis*, Sirenas; ita forsan dæmonum naturam fraudibus aptam significantes; qualia de *Sirenibus* fabulæ tradiderunt. Sunt vero qui *Sirenas* volucrum genus esse quoddam interpretantur, quod modulari et canere didicerit, vel *noctuam*, ut Hebræis placet: *onocentauros* autem asinos agrestes; *echinos* vero mures spinis acutis horridos, quæ omnia vastitatem et solitudinem significant. Itaque, *et sonitu*, addit, *implebuntur domus;* ut vagorum et sede carentium ejulatus exprimeret. Quod autem *Medos*, gentem divitiis abundantem, *pecunias aspernari* **216** dicit; id ideo facit, ut ab illis expugnationem servitutemque pecunia redimendi, si quam animo conceperint, spem moveat amputari. Significat vero *Medorum* nomen, per transsumptionem, quasi dicas ab idoneo, sive potenti, ut ab eo, qui quemque, prout dignus, accipere queat, *Medos* exciri intelligamus. Nisi forte a *Mediæ* conditore Madai (quod nomen *mensuram* significat) derivari, et ad pœnas digne de sceleratis et cum mensura exigendas, induci malis: cum unumquemque qua mensura bona vel mala metitur, eadem prorsus vel præmium, vel vindictam exspectare conveniat [14]. Quo sensu Babyloniorum *filios*, fructus a patribus editos, et illorum animæ fetus intelligi non est incongruum. Hujusmodi etiam istius illa sunt, qui a Psalmorum auctore beatus prædicatur, ubi uxoris partes tuetur sapientia, quam uxorem justus decore illius irretitus ambivit et duxit [15]. Mentis vero et sapientiæ simul coeuntium filios, tanquam fetus ejusmodi, psalmo CXXXVI proponi, videas ubi filiam Babylonis miseram, et qui ejus liberos ad petram collidat, ideo beatum prædicat, quod ipsis nihil quidquam *parcituros Medos* prævideret [16]. Nec tamen beatum prædicari, qui Babylonium *puerum* quemlibet interfecerit putandum est: sed qui recens in luce editos crescere prohibuerit, dederitque operam ne deteriores fiant; quique suæ sapientiæ auxilio confusæ mentis (quæ Babylonis nomine designatur) elisos fetus ad petram, qui Christus est, enecarit: quæ tum demum accidisse videbimus, cum ad veritatis verbum falsa dogmata offendere et diffringi contigerit; quæ cito esse eventura affirmare non dubitat. Quod enim longissimum temporis esse spatium putamus, Deo modicum et breve valde est; apud quem mille anni tanquam dies sunt hesterna, et tanquam custodia in nocte [17]. Aiunt præterea non longe ista a prophetiæ tempore contigisse. Est porro adverten-

[14] Matth. VII, 2. [15] Psal. XLIV, 10-14. [16] Psal. CXXXVI, 8, 9. [17] Psal. LXXXIX, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[t] γρ. υἱοῖς. [u] γρ. ἡ. [v] γρ. ἐρημίαν.

Digitized by Google

dum, eadem simul opera Babyloniis acerbiorem curam ; Israelitis autem, propter servitutis jugum, consolationem afferri. Cæterum, *Babylonis* fere tam invaluerat *inclytæ* cognomen, et eo titulo passim vocitabatur. At non obscure profecto **217** unde prodierit, et quo etiam abitura sit, demonstravit. Fuerat vero tantæ celebritatis auctor Chaldæorum rex, qui illam regiam præclaram et munitam esse voluerat : cujus tamen solitudinem, ei, quæ *Sodomis* et *Gomorrhæ* contigit, comparare non veretur. Significat autem *Sodomorum* appellatio, si ejus rationem postules, cæcitatem, sterilitatem ; silentii constantiam, similitudinem, accusationem, fundamentum denique eorum. *Gomorrhæ* vero, mensuram et seditionem ; quibus non dissimilem interitum Babyloniis denuntiat. Quos enim a *Deo everti* videas, beneficiis cumulari putandum est ; non aliter, quam cum a medico depelli cæcitatem contigerit. Est vero videndi principium cæcitatis ipsa depulsio. Sterilitatem deinde *evertit*, cum fecunditatem largitus justitiæ opera edere, et tanquam procreare facit. *Evertit* item silentii constantiam, ut cordi sermonem ad laudes Deo decantandas immittat. *Evertit* præterea mensuram et seditionem, quo peccati mensuram, et ejus comites turbas auferat ; ut qui tumultuantur, vitamque paci contrariam sectantur, meliores fiant, et honestatem pro scelere reponant. Cæterum quicunque fatum amplectitur, et astrorum motum vim rebus afferre necessitatis arbitratur, totis ille viribus auditores a pietate arcere, et *inclytæ Babylonis* facta amplecti putandus est. Mentis enim cogitationes ista perturbant, providentiamque, et ipsam arbitrii libertatem sic tollunt ; ut merito *Babylonici* nominis rationem resipere astrologiam agnoscas. Hanc ergo *evertit* Dominus ; et eamdem, quia ipse recessit ab ea, sive urbem intelligas, sive animam, occupant dæmones : nec in ea amplius, quæ eversa est, bonus pastor *stabulatur ;* sed *sonitu repletur*, nihil quidquam disertum edens, nihil quod articulatæ vocis speciem referat, sed sonos inconditos, perturbationum tantummodo judices. Quale illud est, quod edunt vocis inflexione malæ potestates, sive ipsa modulatione, sive alio quodam modo voluptatis illecebras, et patriæ oblivionem inducant. Est vero *echo*, vox illa, quæ a solido corpore repercussa ad auctorem **218** suum revertitur ; quod est in solitudine fieri usitatum, et facile. In locis autem habitatis non ita ; cum multa hinc inde obstrepent, rerum præterea necessariarum, vel corporum agitatio aerem perturbet ; unde illam disrumpi dissiparique contingit ; quibus cum plane nox careat, die magis esse sonoram non mirum est. Talis est qui aurium pruritu a veritate avocatus, dum fabularum inanitatem sequitur [18], ab efficaci rigidoque verbo abhorret, nec increpari se et reprehendi patitur ; sed adulatione totus et mollitie diffluit. *Saltare* autem in nobis, quæ nostros nobiscum moderantur affectus, *dæmonia* tum dicuntur, cum alia, tanquam *saltatoris* assumpta persona, ex hoc in illud, tanquam in membrorum motu, transeunt. Lasciviunt enim ipsa in nobis, et tanquam

A ταστραφήσεται. Θεὸς γὰρ εὐεργετῶν [x] τοὺς *καταστρεφομένους*, ὡς ἰατρὸς *καταστρέφει* τυφλότητα. *Καταστροφὴ* δὲ τυφλότητος, ὁράσεως ἀρχή. Καὶ *καταστρέφει* στείρωσιν, τὴν ἀγωνίαν ἐλαύνων, γεννήματα δικαιοσύνης ἔργων δωρούμενος, καὶ σιωπὴν ἐστῶσαν, ἵνα λόγον ἐμβάλῃ καρδίας πρὸς τὸ δοξάζειν τὸν Θεόν. Καὶ μέτρον καὶ στάσιν, ἵνα τῆς κακίας τὸ μέτρον τῆς ἐν αὐτῇ καὶ τὴν ταραχὴν καθέλῃ, ὡς ἂν οἱ στασιάζοντες, καὶ ἐν τῇ καταστάσει τῇ ἐναντίᾳ τῆς εἰρήνης ὄντες βελτιωθῶσιν ἀντιμετροῦντες ἀρετὴν τῇ κακίᾳ. Πᾶς δὲ πρεσβεύων εἱμαρμένην, καὶ τὴν τῶν ἄστρων κίνησιν ἀναγκαστικὴν εἶναι πάντων ὑποτιθέμενος, ὅσον ἐπ' αὐτὸν τῆς εὐσεβείας ἀφιστῶν τοὺς ἀκούοντας, *ἔνδοξα* καλεῖ *τῶν Βαβυλωνίων* τὰ πράγματα. Συγχυτικὰ γὰρ ταῦτα διανοίας, ἀναιροῦντα

B τὴν Πρόνοιαν, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν, ἄξιά τε τὸ [y] εἶναι *Βαβυλῶνος* ὁμώνυμα. Χαλδαίων γὰρ ἀστρολογία γέγονε εὕρημα. Ταύτην *καταστρέφει* Κύριος, καὶ ἐνοικίζονται δαίμονες ἀποστάντος αὐτῆς τοῦ Θεοῦ, εἴτε πόλιν αὐτὴν, εἴτε ψυχὴν ἐθέλοις εἰπεῖν, ἐν ᾗ κατεστραμμένῃ ποιμὴν ἀγαθὸς οὐκ ἐναυλίζει τὴν ποίμνην, ἥτις *καὶ ἦχον πληροῦται* μηδὲν ἐν αὐτῇ τρανὸν ἢ διηρθρωμένον ἔχουσα ῥῆμα, παθῶν δὲ θόρυβον ἄσημον, ἣν κατεπάδουσι πονηραὶ δυνάμεις ἐγκλίσει φωνῆς ὑποθέλγουσαι, ἢ διὰ φωνῆς, ἢ δι' ἄλλου τρόπου τινὸς ἡδονὴν ἐμποιοῦσαι πρὸς θήραμα καὶ λήθην τῆς ἰδίας πατρίδος ἀπεργαζόμεναι. Ἦχὼ δέ ἐστιν ἀνακλωμένη φωνὴ ἀπὸ σωμάτων ἀντιτύπων, ἐπανιοῦσά τε πάλιν ἐπὶ τὸν ταύτην προέμενον, ὅπερ ἐν ἐρημίᾳ μέν ἐστιν

C ἀκώλυτον. Ἐν οἰκουμένοις δὲ τόποις ὑπὸ τῶν ἄλλοθεν ἄλλων ἀντηχούσων φωνῶν, τῶν τε παραφερομένων σκευῶν ἢ σωμάτων διακοπέντος τοῦ ἀέρος, εἴωθε παραθραύεσθαι· ὧν ἡ νὺξ ἀπηλλαγμένη μᾶλλον ἦχώδης ἐστίν. Τοιοῦτος καὶ ὁ κνηθόμενος τὴν ἀκοὴν, ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας ἀποστρέφει· ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους τραπεὶς, εὐτόνου μὲν μὴ ἀνεχόμενος λόγου, μηδὲ τῆς ἐπ' ἐλέγχοις ἐπιτιμήσεως, χαίρων δὲ μόνῳ τῷ κολακεύοντι. Ὀρχεῖσθαι δὲ λέγεται τὰ ἐνεργοῦντα ἐν ἡμῖν τὰ πάθη *δαιμόνια*, ἄλλοτε ἄλλου πάθους ὥσπερ *ὀρχηστοῦ* ὑποδυόμενα πρόσωπον, καὶ ἐξ ἑτέρου πρὸς ἕτερον, ὡς ἐν κινήσει μελῶν μεταβαίνοντα· κατασκιρτᾷ γὰρ ἐν ἡμῖν ἐγχορεύοντα. Τὸ δὲ *τῶν ὀνοκενταύρων* ὄνομα σύνθετον, ἐμφαίνει τινὰ καὶ ἀλλόκοτον δαίμονα, νῦν μὲν ἡμᾶς πρὸς ἀνθρώπινα

D ποιοῦντος ὁρᾷν· νῦν δὲ πρὸς τὰ κτηνώδη παρασύροντος πάθη. Τούτους δὲ, φασὶ, *τριχιῶντας* Ἀκύλας ὠνόμασε, δηλῶν κάθυλον καὶ ἐσκοτισμένον *δαίμονα*. Ὁ δὲ *ἐχῖνος*, δαιμόνιον ἕτερον δύσληπτον καὶ πανοῦργον.

[18] II Tim. iv, 3, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[x] *γρ.* εὐεργετεῖ. [y] *γρ.* τοῦ.

Digitized by Google

choreas ducunt. Est vero ideo *onocentaurorum* nomen haud simplex additum, ut dæmonis monstrosum quoddam genus significetur, cujus impulsu mox ad humanarum rerum contemplationem oculos convertamus; mox item ad brutorum rapiamur affectus. Itaque et istos, aiunt, *hirsutos* nominavit Aquilas, ut obscenum *dæmonem* et caliginosum indicaret. Significat deinde *echinus* et dæmonium aliud astutum, et captu difficile.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

α'ζ'. *Καὶ ἐλεήσει Κύριος τὸν Ἰακὼβ, καὶ ἐκλέξεται ἔτι τὸν Ἰσραήλ. Καὶ ἀναπαύσονται ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῶν, καὶ ὁ γειώρας προστεθήσεται πρὸς αὐτοὺς, καὶ προστεθήσεται πρὸς τὸν οἶκον Ἰακὼβ, καὶ λήψονται αὐτοὺς ἔθνη, καὶ εἰσάξουσιν εἰς τὸν τόπον αὐτῶν, καὶ κατακληρονομήσουσι, καὶ πληθυνθήσονται ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Θεοῦ εἰς δούλους καὶ δούλας*, κ. τ. λ.

Εἰπὼν ἃ πείσεται Βαβυλὼν δυσχερῆ, τὰ περὶ τῶν Ἰουδαίων ἐπιφέρει, χρηστὰ τὴν ἐπὶ Κύρου λέγων ἀνάκλησιν. Ἀντὶ δὲ τοῦ *ὁ γειώρας*, ἐξέδωκαν οἱ λοιποὶ *ὁ προσήλυτος*: Οὐχ ἁπλῶς δὲ *προσήλυτος*, φασί τινες, ἀλλ' ὅτι [z] γεωργίᾳ προσκείμενος. Κυρίως μὲν οὖν ὁ γειώρας δηλοῖ τὸν ἰθαγενῆ, καὶ αὐτόχθονα. Συνανιόντες δὲ Βαβυλωνίων αὐτόχθονες ἤμελλον εἶναι παρ' Ἰουδαίαν *προσήλυτοι*. Φέρει τοίνυν εἰς ταυτὸν ἑκατέρα διάνοια. Εὐπραξίας γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον ἥξειν Ἰουδαίους φησὶν, ὡς τοὺς πρὶν αὐτοὺς ἑλόντας συναναβῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν αὐτοῖς. Τοῦτο μὲν συγγένειαν πρὸς αὐτοὺς ἐσχηκότας, τοῦτο δὲ τῆς αὐτῶν θεοσεβείας ὡς ἐν χρονίῳ μετειληφότας διατριβῇ, καὶ τοὺς πρὶν εἰδωλολάτρας *δούλους καὶ δούλας* γενέσθαι Θεοῦ. Ἔθνη δέ φησι τοὺς Ἰουδαίους προπέμποντα πρὸς τὴν ἰδίαν εἰσοίσουσι γῆν. Ὁ δὴ Κύρου προστάξαντος γέγονεν, ἡνίκα τῶν ἀναβάντων Ἰησοῦς καὶ Ζωροβαβὲλ ἡγήσαντο. Καὶ Ξέρξου τοῦ μετ' αὐτὸν, ἡνίκα τὸν Ἔσδραν μετὰ πολλῶν πέμπων ἐπιστολῶν, παραπέμπειν, αὐτὸν δεξιῶς καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, τοῖς ἐν μέσῳ προσέταξεν ἔθνεσιν. Καὶ Νεεμίου μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν Ἰουδαίαν χωροῦντος πρὸς τὸ γράψαι τοῖς πέραν τοῦ ποταμοῦ καὶ φύλακας αὐτῷ συναπέστειλεν ἄνδρας δυνάμεως ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς· ταυτὶ γὰρ Ἔσδρας ἱστόρησεν. Προλέγει δὲ καὶ τοὺς τὸν Ἰσραὴλ Βαβυλωνίους *αἰχμαλωτίσαντας, δοριαλώτους* ὑπὸ Κύρου δηλονότι γενήσεσθαι. Ἢ καὶ τάχα, διὰ τὸ τοὺς συναναβάντας αὐτοῖς ὑπὸ ζυγὸν γενέσθαι τοῦ νόμου καθάπερ *αἰχμαλώτους*, ἐλωκότας τὴν καλὴν καὶ σωτήριον ἅλωσιν. Κατ' ἐκεῖνο δὲ τοῦ καιροῦ ἀνεθήσει *τοῦ θυμοῦ σου*, φησίν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

ΤΟ ΡΗΜΑ ΤΟ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΜΩΑΒΙΤΙΔΟΣ.

α'-θ'. *Νυκτὸς ἀπολεῖται ἡ Μωαβῖτις. Νυκτὸς γὰρ ἀπολεῖται τὸ τεῖχος τῆς Μωαβίτιδος. Ἀνπεῖσθε ἐφ' ἑαυτοῖς. Ἀπολεῖται γὰρ καὶ Γεβὼν, οὗ ὁ βωμὸς ὑμῶν, ἐκεῖ ἀναβήσεσθε κλαίειν ἐπὶ Ναβὰν τῆς Μωαβίτιδος*, κ. τ. λ.

. . . . . τοῦ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ

[19] I Esdr. ix; II Esdr. i, ii.

CAP. XIV.

219-220 Vers. 1-7. *Et miserebitur Dominus Jacob, et eliget adhuc Israel, et requiescent in terra sua, et adventa illis adjungetur, et adjungetur domui Jacob, et capient eos gentes, et inducent in locum suum, et possidebunt, et implebuntur in terra Dei in servos et servas*, etc.

221 Expositis quas perpessura esset Babylon asperitatibus, jam quæ Judæos læta et prospera sub Cyro maneant, reditum nimirum adjungit. Verum quem hic *advenam*, Græce γειώραν dicit, *proselytum* cæteri interpretantur. At non *proselytum* nonnulli simpliciter, sed qui agrorum cultui incumbat. Est igitur proprie γειώρας, idem quod vernaculus et indigena. Futurum autem erat, ut qui de Babyloniis indigenæ Judæos sequerentur, apud illos *proselytorum* nomen haberent, quo fit, ut in idem cadat utriusque sensus. Eo enim felicitatis res Judæorum perventuras dicit, ut a quibus antea capti essent, iidem sint secum in Judæam, partim contracta cum eis affinitate, partim longa religionis communione persuasi, commigraturi: neque recusent, abjectis idolis quæ antea colebant, *Dei servi et ancillæ* fieri. Significat vero non sine gentium comitatu in patriam reversuros esse Judæos; quod Cyro primum jubente factum legimus, cum Jesum et Zorobabelem reversionis duces habuerunt: deinde imperante Cyri successore Xerxe, cum Esdram multis ad præfectos litteris instructum, multoque gentium præsidio septum, Artaxerxe denique, cum Nehemiam, cui rex, facta redeundi in Judæam potestate, præterquam quod in Mesopotamiam litteras dedit, etiam ad itineris securitatem copias militares adjunxit. Ita enim litteris Esdras consignavit[19]. Prædicit vero Babylonios, qui Israelem *ceperant*, tum quidem etiam sed a Cyro *capiendos*. Vel forsan etiam, quia secuti redeuntes legis jugum subire non recusarent, pulchra illa et salutari ratione *capiendos esse* significat. At eo tempore inquit, remittes *furorem tuum*. . .

CAP. XV.

VERBUM CONTRA MOABITIDEM.

222-223 Vers. 1-9. *Nocte peribit Moabitis, nocte enim peribit murus Moabitidis. Contristemini in vobis. Peribit enim et Gebon ubi ara vestra, illuc ascendetis ad plorandum super Naban Moabitidis*, etc.

. . . . . non venit ad lucem quibus in

VARIÆ LECTIONES.

[z] γρ. ὁ τῇ.

Digitized by Google

nocte versantibus, et *murus* ipse, *noctis* videlicet propugnacula sophistica concidunt. Istis enim, tanquam firmissimis, gloriabantur, quibus jam eversis et dirutis, non sine dedecore lamentantur, qui etiam absurda de Deo sentientes, *aram Deebon* oracula reddentem exstruunt, quam pœnitentes jam ascendere jubentur, non ut prius, cum, Creatore despecto, creaturæ serviebant, **224** inque altaribus alienis laudis sacrificia sua offerebant; pro quibus lugere nunc, eoque, qui secundum Deum est, et salutem affert non pœnitendam, dolore affici jubentur. Tales eos etiam dixerim, qui spem fluxis in rebus habuerunt. Jubet ergo eos *lugere*, quorum boni mores malis commerciis depravati sunt : cum usurpato *calvitii* nomine (quo talis abjiciendus innuitur ornatus) doctrinas eas exuere docet oportere Sunt enim *capitis* instar doctores. Ad litteram autem ignominiam significat, cujus est symbolum *calvitium; ut planctus et luctus ipsa brachiorum dissectio :* vel quia idolorum cultoribus vultum et brachia sibi dissecare esset usitatum. Innuunt autem ista probitate vitæ minuendas et deprimendas esse malorum doctorum de rebus agendis præceptiones, velutique dissectione probandas : qui sæpe probitatis specie in absurda dogmata deducunt, et nisi deprehendantur, vita similes efficiunt, perque *vias latas* ad voluptatis illecebras ducunt. Jubet itaque probatum vitæ genus amplexos et pœnitentes *dissecari*, viamque vitæ angustam et tritam quærere, et *succo* indutos, *lumbos* sibi, quibus tam sæpe peccarunt, præcingere *et lugere. Lumborum* enim vocabulo spermaticas sæpe intelligi partes inde constiterit, quod Levi adhuc in Abrahæ lumbis exstitisse dicat Scriptura [20]; et alibi lumbos habere præcinctos [21], id est appetitus qui generationi subserviunt cohibere admoneat. Describit autem urbis expugnationem, in qua aliis per *plateas* et angiportus magno ejulatu discurrentibus, ipsæ etiam mulieres cum infantibus hostiles copias intuitæ miserabiliter lamentantur. *Tectorum* deinde nomine, sublimes et inanes disciplinas; sicut per *Moabitidis vicos*, cogitationum ipsarum et rationum velut distributiones. Quisquis ergo sive adversus Dei cognitionem sublimis, sive dialecticis rationibus de quavis re proposita ad disputandum idoneus attollitur, jam pœnitentiam amplexus lugeat. Fuerant enim *Moabitarum* non divinis, sed humanis innixæ rationibus præceptiones. **225** Qui autem quod in littera habetur, *Moabitidis lumbos clamare animumque ejus cognoscere* intelligemus? An ideo dictum putabimus, quod insignes, et quæ vitari nequeunt, calamitates magni semper præcurrunt animorum cruciatus?

A φῶς. Ὧν ὄντων ἐν νυκτὶ, καὶ τὸ τεῖχος πίπτειν νυκτὸς τὰ ὀχυρώματα τὰ σοφιστικά. Τούτοις γὰρ, ὡς ἀσφαλέσιν, ἠλαζονεύοντο. Ὧν δὴ πιπτόντων ἐν ἐλέγχοις ὀδύρονται· οἳ καὶ τοὺς περὶ Θεοῦ λόγους ἀστάτους ἔχοντες *βωμὸν* οἰκοδομοῦσι πεσούμενον *Δεηβὼν* χρηματίζοντα, εἰς ὃν ἀνιέναι παρακελεύονται μετανοοῦντες, οὐ θύσοντες, ὡς ὅτ' ἂν ἐλάτρευον τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα, τὴν θυσίαν τῆς ἑαυτῶν αἰνέσεως ἐπ' ἀλλοτρίων θυσιαστηρίων προσάγοντες, ἀνθ' ὧν *κλαιέτωσαν* τῆς κατὰ Θεὸν λύπης σωτηρίαν αὐτοῖς ἀμεταμέλητον προξενούσης. Τοιοῦτοι καὶ οἱ τὰς ἐλπίδας ἐπὶ ῥευστοῖς ἔχοντες πράγμασιν. *Κλαίειν* οὖν κελεύει τοὺς, ὧν τὰ ἤθη τὰ χρηστὰ διέφθειραν ὁμιλίαι κακαί. Ὧν καὶ τῆς διδασκαλίας ἀπογυμνοῦσθαι δεῖν διδάσκει, διὰ *τοῦ φαλακρώματος* μηκέτι τὸν B κόσμον περικειμένους τὸν ἐξ αὐτῶν. Ἀντὶ *κεφαλῆς* γάρ εἰσιν οἱ καθηγηταὶ, κατὰ δὲ τὸ ῥητὸν, ἀτιμίαν δηλοῖ. Σύμβολον γὰρ ἀτιμίας *φαλάκρωμα*, ὥσπερ οὖν *κατατομὴ βραχιόνων*[a], *τοῦ κόπτεσθαι καὶ θρηνεῖν*. Ἢ ὅτι τοῖς εἰδωλολάτραις ἔθος ἐντομίδας ποιεῖν ἐν παρειαῖς καὶ βραχίοσιν. Αἰνίττεται δὲ τὸ, δι' ἀγαθῆς πολιτείας ἐξευτελίζειν τῶν πονηρῶν διδασκάλων τὰς ὑποθήκας τὰς πρακτικὰς εἰς ἔλεγχον ἀγομένας διὰ δὲ [b] τῆς διαιρέσεως· οἳ καὶ πολλάκις τὸν βίον εἶναι δοκοῦντες ὀρθοὶ, πρὸς ἄτοπα καθέλκουσι δόγματα, καὶ ἤδη [c] φωραθέντες ἴσους τὸν βίον ἐργάζονται, ἄγοντες διὰ *τῆς πλατείας ὁδοῦ* τῆς τῶν πρὸς ἡδονὴν φερόντων ψυχαγωγίας. Ἔνθα κελεύει *κόπτεσθαι* τὸν βεβασανισμένον βίον προαιρουμένους ἐπὶ ταῖς ἡδοναῖς μετεγνωκότας, ὀδὸν ζητοῦντας C τὴν στενὴν τε καὶ τεθλιμμένην, *σάκκον τε* περικειμένους *πενθεῖν*, ἐφ' οἷς διὰ *τῆς ὀσφύος* ἐξήμαρτον, ἥτις ἀντὶ τῶν γεννητικῶν πολλάκις παραλαμβάνεται· ἔτι γὰρ ἦν ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς Ἀβραὰμ ὁ Λευΐ· καὶ, Ἔστωσαν αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι διὰ τὸ δεῖν συστέλλειν τὰς ὁρέξεις τὰς ὑπουργοὺς τῆς γεννήσεως. Διαγράφει δὲ πόλιν ὑπὸ πολέμου κατειλημμένην, ὅτε περ οἱ μὲν *ἐν πλατείαις* καὶ στενωποῖς οἰμώζοντες διαθέουσιν, τὸ δὲ θῆλυ γένος, καὶ νήπια ἐνορῶντα ταῖς φάλαγξι [d] τῶν πολεμίων ὀδύρεται. Τὰ δὲ ὑψηλὰ καὶ διάκενα τῶν μαθημάτων ἐκάλεσε *δώματα*. Τὰς δὲ οἱονεὶ διαιρέσεις τῶν νοημάτων *ῥύμας τῆς Μωαβίτιδος*· εἶτ' οὖν τις ἐφ' ὑψωμάτων ἐγένετο ἐπαιρομένων κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· εἶτ' ἐν D διαλεκτικῇ τινι λόγων διαιρέσει δοκούντων εὐκρινῶς περὶ ἑκάστου διαλαμβάνειν τῶν προβλημάτων· ὁ τοιοῦτος ὀλολυζέτω διὰ τῆς μετανοίας. Οὐ θεῖοι γὰρ, ἀλλ' ἀνθρώπινοι λογισμοὶ *τῶν Μωαβιτῶν τὰ διδάγματα*. Πῶς δὲ κατὰ τὴν λέξιν, *ἡ ὀσφὺς βοᾷ τῆς Μωαβίτιδος, καὶ ἡ ψυχὴ αὐτῆς γνώσεται;* ἢ ὅτι προεισβάλλουσιν ἀεὶ τῶν ἀνηκέστων κακῶν ἀθυμίαι δειναί;

[20] Hebr. VII, 10. [21] Luc. XII, 35.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ κατατομή. [b] ἀγρ. τὸ, δέ. [c] γρ. μή. [d] γρ. τὰς φάλαγγας.

Digitized by Google

Δηλοῖ τοίνυν ἡ τῆς ὀσφύος βοή, ὡς ἐν ὠδῖσιν ἡ *Μωαβῖτις* ἐστι κεκρυμμένους ἔχουσα πόνους, φυσικῶς τε συναισθανομένη, καὶ ταῖς φήμαις σαλεύουσα. *Βοᾷ* γὰρ μέχρη[e] Σηγὼρ, ἣν ὁρίζειν τὴν *Μωαβῖτιν* φασὶ, τοῦτ' ἔστιν ἡ πᾶσα χώρα μέχρι περάτων αὐτῆς, ἐξ ὧν ἡ Παλαιστίνη τὴν Ἀραβίαν ἐκδέχεται. Ἄλλως δὲ, τὸ ἐπικείμενον πένθος τῇ Μωαβίτιδι αἴτιον βίου γενόμενον σώφρονος, *Βοᾷ ἐπὶ τῇ κραυγῇ τῆς Ἐσεβὼν καὶ Ἐλεάλη, καὶ Ἰασσά*· τοῦ λόγου τὴν ἐπὶ μετανοίᾳ προκοπὴν ὑπεμφαίνοντος. Ὅτε θρηνοῦμεν ἑαυτούς τε καὶ τοὺς συνημαρτηκότας ἡμῖν, διὰ τῆς βοῆς κἀκείνοις γεγονότες ὑπόδειγμα μέχρι πόρρω, διὰ τῆς βοῆς τῆς μετανοίας τὸν τρόπον δημοσιεύοντες. Κωμῶν δὲ καὶ πόλεων τὰ κατειλεγμένα τῆς *Μωαβίτιδός* ἐστιν ὀνόματα μέχρι τοῦ παρόντος γνωριζόμενα, αἳ πᾶσαι τὴν ἐκ τῶν Ἀσσυρίων ὑπέμειναν ἅλωσιν. Καὶ *Ἀριὴλ* γὰρ μέχρι νῦν μεγίστη καθέστηκεν Ἀρεοπόλεως κώμη, καθὰ καὶ αἱ λοιπαί. Καὶ διάκενον τὸ περὶ τούτων ἀλληγορεῖν, τοσοῦτον γνῶναι δέον, ὡς τῆς εἰδωλολατρείας αὐτῶν τὴν δι' ἐρημίας ἀπώλειαν προφωνεῖ διὰ τοῦ *βωμοῦ τοῦ Δαίμων*[f] καὶ τοῦ ἄρχοντος· παρ' οἷς νῦν ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις ἐκκλησίαι τε πανταχοῦ καθεστήκασιν. Ἐπάγει δὲ τίνος ἕνεκα τὰ προειρημένα συμβαίνει *τὴν Μωαβῖτιν* παθεῖν, λέγων· *Δάμαλις ἐστι τριετής*. Ὁ γὰρ τρίτος ἐνιαυτὸς τοῖς ἀλόγοις τῶν ζώων ἀρκεῖ πρὸς ἀκμὴν, εἴς τε τὸ σφριγῶσαν αὐτοῖς ἐνεργάσασθαι δύναμιν. *Ἡ Μωαβῖτις* τοίνυν ἰσχυρά τις οὖσά καὶ ἀπειρόζυγος ἐπεπήδα τοῖς πέλας, κατασκιρτῶσα πως τῶν ἀσθενεστέρων ἤγουν τελεία τίς ἐστιν *ἡ τριετίζουσα δάμαλις*, τοῦ τε γεννᾶν ἔχει δύναμιν, καὶ τοῦ τὸν τράχηλον ὑπέχειν ζυγῷ, δι' ἧς δείκνυσι τῶν δυναμένων ἐπιστρέφειν τὸ ἴδιον, ὡς τελειοῦσθαι μὲν κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἡλικίαν, ἔχειν δὲ τὸν λόγον δυνάμενον ὑποβαίνειν τῷ ζυγῷ τῆς ἀληθείας. Ὧν τις ἐστερημένος οὐκ ἀπαιτεῖται τῆς μετανοίας τὰ ἔργα.

A Significat ergo *lumborum* clamor iste, occulte jam laborare *Moabitidem*, quæ naturali quodam impetu id præsentiat, et rumore jam perterrita agitetur. *Clamat* enim ad Segor usque, quo *Moabitidis* volunt produci limites : id est, tota ipsa suis terminis comprehensa regio, quibus Arabiam excipit Palæstina. Alias autem fuit iste Moabitidis luctus vitæ eidem temperantioris occasio. *Ad Esebon* porro *clamorem clamant et Eleale et Jassa* : quibus verbis pœnitentiæ progressus et utilitas ostenditur. Cum enim nostram ipsi sortem, et eorum qui nobiscum peccaverunt, lugemus, eo etiam illis in posterum clamore ad pœnitentiam, tanquam edito publice exemplo, auctores sumus. Sunt B vero quæ hoc loco *Moabitidis* urbes et pagi nominantur, huc usque celebres, *Assyriorum* direptionem omnes experturæ et toleraturæ. *Ariel* enim vicus ingens, superest adhuc, ut reliquæ, et Arcopolis dicitur. In his etiam quoniam allegorias sectari vanum et otiosum est, hoc tantum videtur tenendum, cultum idolorum vastitate et solitudine apud eos propter *aram Deebon*, et principem, tollendum significari. Quibus locis nunc verum Dei cultum vigere, et ubique ecclesias exstructas esse constat. Nec vero quare *Moabitidem* ista pati contingat, ignorari voluit, qui *vitulam esse triennem* addidit : cum brutis ad ætatis florem et perfectionem, ad lasciviam denique et conceptum triennium satis sit. *Moabitis* igitur, cum C potens esset neque jugum adhuc experta, vicinis insultabat, et in infirmiores se quodammodo petulantiorem præbebat. Alias certe perfecta quædam est, quæ *trium sit annorum vitulo*, habetque generandi, jugumque collo subeundi facultatem : in qua illorum partes describuntur, qui possunt resipiscere ; nimirum, ut perfectam quidem **226** animæ ætatem, rationem autem, quæ veritatis jugum subire valeat, habeant. Quibus qui destituuntur non est quod ab eis pœnitentiæ opera exspectes.

Διὸ καὶ τῷ Ἀβραὰμ ἔφησεν ὁ Θεός· « Λάβε μοι δάμαλιν τριετίζουσαν, καὶ κριὸν τριετίζοντα. » Τρυγόνα δὲ καὶ περιστερὰν οὐ περιέγραψε χρόνῳ, διὰ τὸ εὐθὺς τὰ ζῶα ταῦτα τῆς γεννήσεως ἄρχεσθαι, *ἐπὶ δὲ τῆς ἀναβάσεως*, φησὶ, *τῆς Λουιδ*[g] *κλαίοντες ἀναβήσονται*. Ἀρχὴ γὰρ εὐφροσύνης ἐστὶ τὸ *κλαίειν* καλῶς, τὴν διὰ προκοπῆς τε *ἀνάβασιν* ἡ κατὰ Θεὸν λύπη ποιεῖ. Ἐφ' ᾗ καὶ Παῦλος εὐφραίνετό τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ὁρῶν εἰς συναίσθησιν ἄγοντας. *Κλαίων* γάρ τις ἐπὶ τοῖς ἰδίοις κακοῖς, μὴ ἔχων ἔτι κατάβασιν, οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς. Πρὸς δὲ τὸ *ἀναβαίνειν* αὐτὸν ἡ τοιαύτη *λύπη* χειραγωγεῖ. Ὑψηλὴν δὲ εἶναί φασι καὶ λεωφόρον τινὰ *τὴν Ἀρωνιείμ*, ἀνακομίζειν τε εἰς αὐτὴν τοὺς ἐξ ἑτέρων φεύγοντας πόλεων. Διό φησι, *κλαίοντες ἀναβήσονται*. Φωνὴ δὲ τοῖς κλαίουσι, *σύντριμ-*

D Hinc et Abrahamum his verbis alloquitur Dominus : « Sume tibi vitulam et arietem triennes [22]. » Columbæ autem et turturis ætatem ideo tempore non definiunt, quod cito id genus animalium generandi facultatem sortiatur. *In ascensu autem luith*, inquit, *lugentes ascendent*. Est enim lætitiæ principium *luctus* idoneus, *ascensumque* cum fructu dolor ille efficit, qui secundum Deum est. Isto et Paulus lætabatur, cum verba sua eos qui sibi essent conscii, commovisse animadverteret [23]. Cum enim peccata sua quis *luget*, gressum ille sistens, in profundissima terræ loca descendere non pergit; et ad *ascensum* fere tali *dolore*, tanquam manu deducitur. Altam autem esse, et viam quamdam publicam *aroniim* dicunt, in quam se qui ex aliis urbibus fugiebant, recipere solebant; unde *lugentes ascensuros* dixit. Vox autem lugen-

[22] Gen. xv, 9. [23] II Cor. vii, 4 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[e] γρ. μέχρι. [f] γρ. Δειβών. [g] γρ. λουείθ.

Digitized by Google

tibus *contritio* fuerit et *concussio*, cum eas calamitates, quas bello urbem et cives ipsos concutiente, sensuri sunt, clamore ante significabunt. *Conteriŭ* vero et fastum ipsa ratio, cum sensus pravitatem invadit; suisque cogitationibus, tanquam salum excitat; dum quæ non bene decreta sunt avellere, quæ meliora autem inducere conatur. Atque inde est, quod cor contritum non destruere Deum legimus [24]. Pravis enim affectionibus contritis, *lugebunt et ascendent* : quorum neutrum, quandiu stare illas contigerit, esse poterit. Sequitur deinde *aquam nebrid desertam fore* : ad quod urbem hanc in extrema regione sitam esse, et Erythræo mari vicinam, aquis deinde et pascuis ita abundare, ut equorum alendæ multitudini (unde bellicosissimi habitatores fiant), apta sit : quæ tamen invadente hoste, *aquis ita deserta futura sit et viridi herba* destituta, ut equos viribus destitutos fame tandem perire contingat. Quod cum fiet, inquit, annon erit quod ita de se magnifice sentiat? Significat vero etiam depravatæ **227** opinionis *aquam*, quæ prius abunde fluebat, esse desituram : cui ea opponitur, quæ refectionis dicitur [25]; qua gregem suum nutrire Dominus consuevit; et quam credentibus largitur, ut in se fontem aquæ in vitam æternam salientis habeant [26] : cum mala *aqua* mox perituram *fenum* tantum, id est animas ad fluxam et caducam hujus mundi gloriam institutas, tanquam sublato irrigatore verbo jamjam marcescentes, brevique morituras enutriat.

Μεθ' ἃ φησιν, *Ἐπὶ τῷ θερισμῷ σου καὶ τῷ τρυγητῷ σου καταπατήσω*, εἰκότως· ὃν γὰρ *θερίζει* σῖτον, καὶ ὃν *τρυγᾷ* οἶνον, ἐναντίως ἔχουσι τῷ ἄρτῳ τῷ στηρίζοντι καρδίαν ἀνθρώπου, καὶ οἴνῳ τῷ εὐφραίνοντι καρδίαν ἀνθρώπου. Διὸ *πατεῖται* παρὰ Θεοῦ τροφὴν ἢ ποτὸν γενέσθαι τοῖς ἐξ ἀδιακρισίας ἀγνοοῦσι κωλύοντος. Καὶ *ἀρθήσεται εὐφροσύνη καὶ ἀγαλλίαμα ἐκ τῶν ἀμπέλων*. Ἀφῃρέθη γὰρ ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐδόθη ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς. Καὶ ἡ τῆσδε ψευδωνύμου γνώσεως φαντασία τὴν μὴ οὖσαν *εὐφροσύνην* ἀληθῆ τοῖς ἀλοῦσιν ἐμβάλλουσα, παραιρεῖται παρὰ Θεοῦ βοηθοῦντος τοῖς ἐκ ταύτης ἀπατωμένοις. Εἴποις δ' ἂν *ὑπολήνια*, τὰς δεχομένας τὴν μοχθηρὰν διδασκαλίαν ψυχάς. Ἡ δὲ *κοιλία* τοῦ προφήτου *ἐπὶ Μωάβ, ὡς κιθάρα ἠχήσει*, μουσικὴν

Sequitur deinde, *messem tuam et vindemiam tuam conculcabo* : nec immerito sane; quando quæ ab ea, sive *messis*, sive *vindemia* colligitur, contraria plane ratione ab ipso pane, qui cor hominis confirmat, et a vino, quod idem lætificat [55], se habeat. A Deo itaque *conculcatur*, ne iis jam, qui certa ratione in potum et cibum eodem uti non didicerunt, nutriendi facultatem retineat. *Et tolletur lætitia et exsultatio de vitibus tuis.* Ab Israel enim *ablatum* est regnum Dei, et genti, quæ fructus ejus ederet, datum. *Ablata* rursus et ipsa, Deo deceptis opitulante, vanæ et absurdæ opinionis persuasio, quæ falsam captis pro vera lætitiam afferebat. *Torcularia* deinde, malis præceptionibus imbutas animas possis appellare. Eo deinde, quod prophetæ *venter ad Moab tanquam citharam sonaturus* dicitur, con-

[51] Psal. LXVIII, 3. [52] Psal. LXXXIII, 3. [53] Matth. XV, 13. [54] Psal. LXXXIII, 6. [55] Psal. CIII, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[x] γρ. καταλείπῃ.

Digitized by Google

centus musicus, qui pulsentis industria perficiatur, describitur; et *ventris* nomine ea significantur, quæ interna Davidappellat, cum animam suam ad Domini laudes, et quæ intra se sunt ad sancti nominis ejus prædicationem hortatur [56]; honestas scilicet, et virtutum omnium parentes **242** animi cogitationes innuens. Ex quibus enim bene intus sentimus, iisdem ipsi Deum laudare et benedicere putamur. Qualis erat Isaias, cui Deus quæ intus erant, tanquam *muro instaurato cinxerat* et munierat, ne cogitationibus malis, a quibus, tanquam hostibus, obsidemur, ad eum accessus pateret. Fortes igitur et validas rationes a Deo sibi in id esse concessas ostendit, ut qui ad eum non revertuntur, argumentorum viribus, quæ ipsis adducuntur, *confundi* possint. Est enim ad *confundendi* verbum, ipsos, quod deest, extrinsecus assumendum. Optime autem Dei nomine *confunditur*, qui pudore suffusus, ita vincenti terga dat, ut bellum adversus veritatem et virtutem amplius non instauret. Quæ postea sequuntur, idolorum cultum, ipso verbi adventu tandem sublatum iri funditus, innuunt: quibus pœnarum ultionisque Moabiticæ tempus definivit, quod *mercenarii triennium* appellat. Accusat vero et mercenarium Salvator [57], tanquam qui pastor non sit, fugaque arrepta, gregem lupis prodere consueverit. Quin et peregrinum *mercede* sacerdoti famulantem: iis, quæ sancta sunt, vesci cavet Moses legislator. Se ipse ergo *mercenarium* fecit *Moab*, qui non amore in Deum, sed mercedis opinione, rerumque corporearum exspectatione, fecerit omnia, quod ii solent qui largiuntur egenis, ut ab hominibus laudentur. Non enim id faciunt, quod eorum miseria moveantur; sed quod gloriam venentur inaniter, quales et ipsi sunt, qui non virtutis studio, sed hominum opinione ducti aliquid aggrediuntur. *Inglorii* ergo tales merito apud Deum sunt, qui *mercenarii ignominiam*, non honesto mentis affectu, sed simulata probitatis specie consequuntur. Quantum deinde refert divitum in hac vita, si vanæ putentur divitiæ: tantum quoque dedecoris et ignominiæ, quo tempore occulta omnibus patere contigerit, *mercedis* nomine reponetur. Quo enim plura quisque scelera admiserit, eo et ille majorem ad *ignominiam* materiam recondit, vana persequitur, et in mortis laqueos eorum beneficio qui in malitia coacervati sunt, **243** deveniet, *egentissimusque et non honorabilis*, relinquetur.

A εὐρυθμίαν ἀπὸ τῆς τοῦ κρούοντος ἐπιστήμης ἀποτελοῦσα. Λέγει δὲ *κοιλίαν*, ἅπερ ἐντὸς ἐκάλεσεν ὁ Δαβίδ, Εὐλόγει, λέγων, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ, τοὺς λογισμοὺς σημαίνων τοὺς ἀγαθοὺς, τοὺς ἑκάστης γεννητικοὺς ἀρετῆς· ἐξ ὧν γὰρ ἔνδον κατορθοῦμεν εὐλογοῦμεν τὸν Κύριον. Οἷος ἦν Ἡσαΐας τὰ ἐντὸς ἔχων ὡς *τεῖχος ὁ ἐνεκαίνισεν* ὁ Θεὸς χάριτι *περιτειχίζων* αὐτὸν, ὡς μὴ διδόναι παρείσδυσιν τοῖς χείροσι λογισμοῖς, δίκην πολεμίων περικαθεζομένοις ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο δὲ, φησὶ, τοὺς ἰσχυροὺς ἐχαρίσω μοι λογισμούς, ὡς *ἐντραπῆναί σε* τοὺς οὐκ ἐπιστρέφοντας ἐπὶ σὲ, διὰ τῆς τῶν προσαγομένων ἐλέγχων αὐτοῖς εὐτονίας· λείπει γὰρ τῷ *ἐντραπῆναι*, τὸ αὐτοὺς ἔξωθεν ὀφεῖλον παραλαμβάνεσθαι. *Ἐντρέπεται* δὲ Θεὸν ὁ καλῶς B νικῶντι νῶτα διδοὺς, μηδὲν ἀψιμαχῶν πρὸς ἀλήθειάν τε καὶ ἀρετήν. Διὰ δὲ τῶν ἑξῆς, τὸν ἐπὶ τέλει δηλοῖ τῆς εἰδωλολατρείας ἀφανισμὸν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ λόγου, καὶ τῆς Μωάβ τιμωρίας ὥριες [y] χρόνον, ὃν *ἔτη τρία* καλεῖ *μισθωτοῦ*. Διαβάλλει δὲ τὸν μισθωτὸν ὁ Σωτὴρ, ὡς μὴ ὄντα ποιμένα, καὶ τῇ φυγῇ τοῖς λύκοις προδιδόντα τὰ πρόβατα. Καὶ πάροικος *δὲ μισθωτὸς* ἱερέως οὐκ ἔδεται ἅγια, καθὰ νομοθετεῖ Μωσῆς· ἐξεμίσθωσεν οὖν ἑαυτὸν *ὁ Μωάβ*, καὶ γέγονεν *μισθωτὸς* οὐκ ἀγαπήσας τὸν Θεὸν, φαντασίᾳ δὲ μισθοῦ, καὶ σωματικῶν ἐλπίδι πάντα ποιῶν, ὡς ὁ ποιῶν τὴν ἐλεημοσύνην εἰς τὸ δοξασθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ἐλεῶν γὰρ οὐ ποιεῖ, μάτην δὲ δόξαν θηρώμενος. Τοιοῦτος καὶ ὁ μὴ *πάθῳ* τῆς ἀρετῆς σωφρονῶν, δοκεῖν δὲ μόνον βουλόμενος. C *Ἄτιμοι* τοίνυν οἱ τοιοῦτοι παρὰ Θεῷ, *ἀτιμίαν* ἔχοντες *μισθωτοῦ*, ὡς οὐκ ἐκ διαθέσεως, τὸ δὲ τῆς ἀρετῆς ἔργον ἐπίπλαστον ἔχοντες· καὶ ὅσον ἐνταῦθα πλουτοῦσι τὸ δοκεῖν πλοῦτον τὸν μάταιον, τοσοῦτον [z] μετὰ τὸ ἀποκαλυφθῆναι ἡμῶν τὰ κρυπτὰ ἀποδοθήσεται τῆς *αἰσχύνης ὁ μισθός*· καὶ ὁ πολλὴν συνάγων ταῖς χερσὶν ἀκαρπίαν, πλείονα τὴν ὕλην ἕξει τῆς *ἀτιμίας*. Καὶ ὁ ἐνεργῶν θησαυρίσματα γλώσσῃ ψευδεῖ, μάταια διώκει, καὶ ἐλεύσεται ἐπὶ παγίδας θανάτου, καὶ *καταλειφθήσεται ὀλιγοστὸς, καὶ οὐκ ἔντιμος*, εὐεργεσίᾳ τῶν ἐπὶ κακίαν συγκεχροτημένων.

D

CAP. XVII.

VERBUM CONTRA DAMASCUM.

VERS. 1-11. *Ecce Damascus tolletur a civitatibus, et erit in ruinam, derelicta in sæculum, in cubile gregum et requiem. Et non erit qui persequatur. Et non erit amplius munita, ut illuc confugiat Ephraim*, etc.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

ΤΟ ΡΗΜΑ ΤΟ ΚΑΤΑ ΔΑΜΑΣΚΟΝ.

α' ια'. *Ἰδοὺ Δαμασκὸς ἀρθήσεται ἀπὸ πόλεων, καὶ ἔσται εἰς πτῶσιν, καταλελειμμένη εἰς τὸν αἰῶνα, εἰς κοίτην ποιμνίων καὶ ἀναπαυσιν. Καὶ οὐκ ἔσται ὁ διώκων. Καὶ οὐκέτι ἔσται ὀχυρὰ τοῦ καταφυγεῖν ἐκεῖ τὸν Ἐφραΐμ*, κ. τ. λ.

244 Antea quidem (ut superioribus patet) Assyriorum principem de Arabia, de Dama-

Ἄνω δὴ μὲν διὰ τῶν ἔμπροσθεν τὸν τῶν Ἀσσυρίων ἄρχοντα παρέστησεν λέγοντα, Καὶ ἔλαβον Ἀρα-

[56] Psal. cii, 1. [57] Joan. x, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[y] γρ. ὥρισε. [z] Ισ. τοσοῦτος.

Digitized by Google

δίαν, καὶ Δαμασκὸν, καὶ Σαμάρειαν, ὃ καὶ δηλοῦται διὰ τῆς ἐν Βασιλείαις Γραφῆς λεγούσης· « Καὶ ἀνέβη βασιλεὺς Ἀσσυρίων εἰς Δαμασκὸν, καὶ συνέλαβεν αὐτὴν, καὶ ἀπῴκισεν αὐτήν. » Νῦν δὲ φησιν ὁ λόγος περὶ μελλούσης ἑτέρας ἁλώσεως, ἣν ὁ Βαβυλώνιος πεποίηται βασιλεὺς, ὅτε τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπῆλθεν αὖθις, καὶ ταύτην ἑλὼν, ἐκ βάθρων τε πᾶσαν ἠφάνικώς. Ἣν δηλῶν Ἱερεμίας φησίν· « Ἐξελύθη Δαμασκός· ἀπεστράφη εἰς φυγήν. » Καὶ μεθ' ἕτερα, « Διατοῦτο πεσοῦνται νεανίσκοι ἐν πλατείαις σου, καὶ πάντες οἱ ἄνδρες οἱ πολεμισταί σου πεσοῦνται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, φησὶ Κύριος τῶν δυνάμεων· Καὶ καύσω πῦρ ἐν τείχει Δαμασκοῦ, καὶ καταφάγεται ἄμφοδα υἱοῦ Ἄδερ. » Πρόσκειται δὲ νῦν κατὰ μόνους τοὺς Ἑβδομήκοντα τῷ *καταλελειμμένῃ* τὸ *εἰς τὸν αἰῶνα*· ὅπερ ἐστὶ περιττόν. Χρονικὴ γὰρ, ἀλλ' οὐ διηνεκὴς ἡ πτῶσις ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων ἐγένετο, ὅτε καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐχειρώσαντο. Ὡς γὰρ αὕτη ὑπὸ τῶν ἀφεθέντων αἰχμαλώτων ᾠκίσθη, οὕτως ἀνοικοδομηθείσης Δαμασκοῦ βασίλειον ἐν αὐτῇ συνέστη πάλιν· ὃ καὶ μέχρι τῶν ἀποστολικῶν διήρκεσε χρόνων. Φησὶ γοῦν ὁ Παῦλος ἐν Δαμασκῷ ὁ ἐθνάρχης Ἀρέτα τοῦ βασιλέως Δαμασκηνῶν ἐφρούρει τὴν πόλιν πιάσαι με.

Τὰ οὖν πρῶτα τῆς προφητείας ἐπὶ τοὺς τῶν Ἀσσυρίων ἀνοίσομεν χρόνους, καθ' οὓς συνέβη Δαμασκῷ πολιορκία διττή. Εἰκὸς δέ φασι, κἀν τοῖς Περσικοῖς τε καὶ Μακεδονικοῖς ἕτερα πάλιν παθεῖν, ἃ καὶ δηλοῦσθαι διὰ τοῦ· *Ἰδοὺ Δαμασκὸς ἀρθήσεται ἀπὸ πόλεων*. Τὸ δὲ *οὐκ ἔσται ὀχυρὰ τοῦ καταφυγεῖν Ἐφραὶμ, καὶ οὐκέτι βασιλεία ἐν Δαμασκῷ*, τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἁρμόσειε χρόνοις. Μετὰ γὰρ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίαν οἱ κατὰ μέρος πανταχοῦ καθῃρηντο βασιλεῖς. Μερικὴν γὰρ πτῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀφανισμὸν παντελῆ τὰ πρῶτα παρίστη τῆς προφητείας, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ, *καὶ οὐκ ἔσται ὀχυρά*. Καὶ πάλιν, *οὐκ ἔσται βασιλεία ἐν Δαμασκῷ*. Ὡς μελλούσης μὲν ἔσεσθαι, *πλὴν οὐκ ὀχυρᾶς*, οὐδὲ βασιλευούσης, οἷα καὶ πρότερον. Εἴποις δ' ἂν καὶ ἄλλως. Φασὶ ταπεινῶσιν αὐτοῖς τὰ παρόντα καὶ βίον δηλοῦν ἰδιωτικὸν, ὥς που λέγεται καὶ πλούσιος ἐκπίπτειν εἰς πενίαν μεταβαλών, ὅτε ἐν ἀξιώματι πρὸς ἀτιμίαν ἐλθών· ὁποῖον καὶ τὸ, οἶκος Ἰσραὴλ πέπτωκεν, οὐκ ἔτι μὴ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι. Οὕτω καὶ νῦν, τὸ *εἰς πτῶσιν*, τὴν καθαίρεσιν δηλοῦν τῆς βασιλείας νοοῖτο. Πάλαι γὰρ ἐκράτει τῶν Σύρων, πρὶν οἱ τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου διάδοχοι τῶν νῦν ἐν Συρίᾳ λαμπρῶν οἰκισταὶ γεγόνασι πόλεων, Ἀντιοχείας, Λαοδικείας, Ἀπαμίας· ἰδιώτας τοίνυν ἔσεσθαι δηλοῖ τοὺς ταύτης οἰκήτορας, δίκην *ἀγέλης* ποιμνίων διὰ τὸ τούτων ἀγέλαιον οἰκήσοντας. Τὸ οὖν *ἀρθήσεται ἀπὸ πόλεων*, βασιλικῶν νοητέον, ὃ νῦν ἐπὶ Ῥωμαίων ἑώραται, οἷς ὑποκύπτει, μηδενὸς ἔτι πολεμίου διώκοντος, διὰ τὴν τῶν κρατούντων ἰσχύν. Εἰς τοῦτο δὲ καταστᾶσα, τῷ τῶν Ἰουδαίων ἔθνει πῶς ἐπικουρῆσαι δυνήσεται, καθάπερ καὶ πρότερον; οὔτε δέ φησιν *ἐν Δαμασκῷ τῶν Σύρων* ἔσται βασί-

A sco, deque Samaria a se occupatis gloriantem initio dixit; quod et in Regum historia legimus his verbis : « Et ascendit rex Assyriorum in Damascum, et cepit eam, et transtulit eam [58]. » Nunc vero de expeditione alia sermo est, quam adversus Hierosolymam movit Babylonius, cum eam iterum expugnavit, et totam funditus delevit; de qua et Jeremias sic loquitur : « Dissoluta est Damascus, in fugam conversa est [59]. » Quibus ita subjicit : « Ideo cadent juvenes ejus in plateis ejus, et tui omnes viri bello strenui cadent in illa die, ait Dominus exercituum. Et accendam ignem in muro Damasci, et devorabit bivia filii Ader [60]. » Hic autem advertendum est, ab interpretibus Septuaginta tantum, post *derelicta* vocabulum, superva- B canee *in sæculum* adjici. Neque enim in perpetuum, sed ad tempus usque aliquod excidium illud fuit, cum et Hierosolymam expugnarunt Assyrii. Ut enim hæc a suis in libertatem restitutis habitata est, sic et Damascum instaurari, et ad apostolorum usque tempora regni regiam habere iterum, vel Paulo teste, contigit, ubi ait Damasci, gentis præfectum Aretam, regis Damascenorum **245** excubias in urbe posuisse, ut se comprehenderet [61].

Prima ergo in prophetia, ad ea Assyriorum tempora, quibus Damascum bis obsidionem pati contigit, referemus. Est vero consentaneum, aiunt, et aliam quoque, sive Persicis, sive Macedonicis temporibus pertulisse, quæ verbis istis : *Ecce Da-* C *mascus auferetur ab urbibus*, significetur. Quod autem *non munitam fore, ut eo confugiat Ephraim, neque amplius futuram in Damasco regiam* adjecit, ad Romana tempora referri queat; cum ab ipso Salvatoris adventu singuli reges ubique sublati sint. Quadam enim ex parte, non integrum et summum interitum prima prophetiæ verba significare hinc primum arbitrer, quod *fore non munitam*, deinde quod *regiam Damascum non habituram* dixit, tanquam futuram quidem; sed *nequaquam munitam*, regnoque ipso, sicut antea, decoratam demonstret. Posset et alio modo explicari. Volunt enim privatæ vitæ humilitatem et abjectionem per hæc illis significari; qua ratione qui dives est, in D paupertatem, qui autem in honore et dignitate, in dedecus atque ignominiam casurus aliquando dicitur. Cujus generis est et illud, quod domum Israel cecidisse, nec postea ut excitetur, effecturam legimus. Pari ratione et hic, quod *in ruinam* legimus; casurum regnum, et sublatum iri significare queat. Syris enim olim potiebatur, cum in ea nondum regione Antiochiam, Laodiceam, Apamiam urbes etiam nunc florentes Alexandri successores condidissent. Privatos igitur et imperio spoliatos, *gregum* more, qui in caulis stabulari solent, ejus incolas fore significat. Quod igitur *ab urbibus auferendam* dicit, de regiis (quando nunc sub Romanorum esse potestate, nec jam propter eorum poten-

[58] IV Reg. xvi, 9. [59] Jerem. xlix, 24. [60] ibid. 26, 27. [61] II Cor. xi, 32.

Digitized by Google

tiam, a quoquam bello vexari constat), intelligendum est. In hunc autem rerum statum cum semel inciderit, num Judæorum genti jam, sicut antea suppetias ferre poterit? Imo vero ne *in Damasco* quidem ipsa *Syrorum*, aut alibi *in Syria* uspiam (hoc enim per reliquum *Syrorum* **246** putant significari) regnum supererit; sed, eadem cum peccatore Dei populo tolerare cogetur. Vocat autem *gloriam Israel et ejus pinguia*, regnum ipsum, ipsum sacerdotium, ipsam sanctificationem, ipsum lege imperatum cultum, ipsam prophetandi gratiam, ipsam denique populi libertatem: quibus ut statim Dei privatus est populus, ita regnum ipsa amisit *Damascus*: ideoque *in die illa*, quo Salvatoris adventum designaret, adjunxit. Vide autem quo pacto non domum *Jacob* universam, sed *gloriam* tantum ipsius sublaturum se interminetur; cum *tanquam spicas, quæ messis tempore colliguntur, relictis inanibus in agro calamis*, Judæorum fore populum significet; a quo jam resectas esse *spicas*, solas autem nunc in eo *stipulas* remanere constet.

λειον, οὔτε *τῆς Συρίας* ἑτέρωθι (τοῦτο γάρ φασι καὶ τὸ κατάλοιπον *τῶν Σύρων* δηλοῦν), ἀλλὰ καρτερεῖ, φησί, μετὰ Θεοῦ λαὸν ἡμαρτηκότα πεισομένη τὰ παραπλήσια. Καλεῖ δὲ *δόξαν Ἰερουσαλὴμ, καὶ ταύτης πίονα*, τὴν βασιλείαν, τὴν ἱερωσύνην. Τὸ ἁγίασμα, τὴν κατὰ νόμον λατρείαν, τὴν προφητικὴν χάριν, καὶ τοῦ λαοῦ τὴν ἐλευθερίαν. Ὅτε δὲ τούτων Ἰσραὴλ ἀπεστέρητο καὶ τῆς βασιλείας *ἡ Δαμασκός*. Διό φησιν, *ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ*, τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας δηλῶν. Ὅρα δὲ ὅπως οὐ παντελῆ *τοῦ Ἰακὼβ* ἀναίρεσιν ἔφησεν ἔσεσθαι, *τῆς δόξης* δὲ μόνης αὐτῶν. Ὅτε φησὶν, *ὡς ἐν ἀμητῷ συναγονται μὲν οἱ ἀστάχυες, καταλείπεται δὲ ἐν τῇ χώρᾳ καλάμη ψιλὴ*, οὕτως ἔσεσθαι καὶ τὸν Ἰουδαίων λαὸν, ἀποτμηθέντων μὲν τῶν πάλαι παρ' αὐτοῖς *ἀσταχύων*, μόνης δὲ τῆς *καλάμης* ἐν αὐτοῖς περιλειφθείσης.

Quod si etiam inter eos reperiatur non contemnendus aliquis; erit, inquit, non ad *spicæ* modum, quæ in agro nasci consuevit, sed in profunda, siccaque et dura *convalle*. *Spicæ* autem nomine, ut ego quidem sentio, discipulorum cœtum, de quibus superius illud: « Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen [65], » usurpavit, intellexit. Cæterum qui inter eos eximii exstitere, alia ratione demonstrant; cum *sicut olivæ grana duo, aut tria in summo cacumine, aut quatuor, aut quinque ipsius ramos esse relinquendos* addidit; quasi designato tempore paucum adeo servatorum forte numerum significet, ut uni omnes *spicæ* comparari queant, quorum *summi duo, aut tres* futuri sint. Nam cum *in sublimi summitate* dixit, eorum eminentiam, quos binos quidem olim, et trinos vocavit Christus, electorum veluti eximios, Petrum, Jacobum, et Joannem; quibus in monte præsentibus non transformatus modo apparuit [66], sed et ipsam synagogæ principis filiam a morte revocavit [67], obscure significavit. Reliquos autem, novem scilicet, *quatuor aut quinque* numerandi vocabulis. Quod si *duo et tres, et quatuor, et quinque* in summam colligas, **247** Paulumque adjungas, qui est et ipse vocatus apostolus [68], et Jacobum denique, qui Domini frater erat, primus ab eodem Hierosolymorum creatus episcopus; quatuordecim numero reperias, qui *in oleæ fastigio* omnes, id est, in ipsa Judæorum successione, quam et idem Paulus radicem sanctam et primitias, et bonam olivam appellat [69], remanserunt. Post apostolorum autem vocationem, congrue valde et ipsam gentium, quæ deorum multitudinem amplexatæ fuerant, conversionem proponit; qui eas non lucos amplius, et erecta in eis altaria curaturas; sed sanctum *Israel* unum agnituras affirmet; cum prius a vera Dei cognitione alieni, testamentorumque promissionis expertes essent [70]; ubi præfixum tempus illud, quo desertæ futuræ sunt urbes Israel, *diem* appellat.

Κἂν εὑρεθῇ δέ τις ἐν αὐτοῖς ἀξιόλογος, ἔσται κατὰ *στάχυν* οὐκ ἐν πεδίῳ φυέντα, ἀλλ' ἐν κοιλάδι καὶ *φάραγγι* καταξήρῳ καὶ στερεᾷ. *Τοῦ στάχυος* οἶμαι τὸν τῶν μαθητῶν δηλοῦντος χορὸν, περὶ ὧν ἔλεγεν· « Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν *σπέρμα*. » Τοὺς δὲ τούτων ἐκκρίτους δι' ἑτέρου δεδήλωκε παραδείγματος, *ὡς ῥᾶγες* εἰπὼν *δύο, ἢ τρεῖς ἐπ' ἄκρου μετεώρου, ἢ τέσσαρες, ἢ πέντε ἐπὶ τῶν κλάδων αὐτοῦ καταλειφθῇ*. Ἐν γὰρ τοῖς δηλουμένοις χρόνοις, τοσαύτη, φησὶν, ἔσται τῶν σωζομένων ἡ σπάνη, ὡς ἑνὶ πάντας παραβάλλεσθαι *στάχυϊ*. Ὧν *τοὺς ἀκροτάτους* ἔσεσθαί που *δύο ἢ τρεῖς*. *Ἐπ' ἄκρου* γὰρ εἰπὼν *μετεώρου*, τὸ τούτων προῦχον αἰνίττεται, οὓς προσεκαλεῖτο ποτὲ μὲν κατὰ συζυγίαν, ποτὲ δὲ κατὰ τρεῖς ὁ Σωτὴρ, ἐκλεκτῶν ὥσπερ ἐκλεκτοτέρους Πέτρον, Ἰάκωβον, Ἰωάννην, οἷς ἐν ὄρει μόνοις τὴν μεταμόρφωσιν ἔδειξεν· τήν τε θυγατέρα τοῦ ἀρχισυναγώγου, πάλιν ἐπὶ τούτων ἀνέστησεν. Τοὺς δὲ λοιποὺς *τέσσαρας ἢ πέντε* φησὶ, τοῦτ' ἔστιν ἐννέα. Εἰ δὲ συντεθείεν *δύο, καὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας, καὶ πέντε*, τὸν Τῶν, ιδ', ποιήσουσιν ἀριθμὸν, προστιθεμένου τοῖς δώδεκα Παύλου, κλητοῦ καὶ αὐτοῦ ἀποστόλου τυγχάνοντος, καὶ Ἰακώβου, ὃς ἀδελφὸς ὢν τοῦ Κυρίου πρῶτος Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος ὑπ' αὐτοῦ καταστῆναι τοῦ Κυρίου διαμνημονεύεται· οἳ δὴ πάντες *ἐπ' ἄκρου τῆς ἐλαίας* δηλαδὴ τῆς Ἰουδαίων διαδοχῆς, ἣν καὶ Παῦλος ῥίζαν ἁγίαν, καὶ ἀπαρχὴν καὶ καλλιέλαιον εἴρηκε. Μετὰ δὲ τὴν τῶν ἀποστόλων, ἀκολούθως σφόδρα καὶ τῶν ἐθνῶν τῶν πολυθέων ἐδήλωσε τὴν ἐπιστροφὴν, οὐκ ἔτι λέγων τοῖς ἄλσεσι προσέξουσιν, οὐδὲ τοῖς ἐνταῦθα βωμοῖς, μόνον δὲ τὸν ἅγιον *τοῦ Ἰσραὴλ* ἐπιγνώσονται, οἱ πρὶν ἀπηλλοτριωμένοι τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ ξένοι τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας, τὸν ἀποδοθέντα χρόνον *ἡμέραν* καλῶν, καθ' ὃν ἐγκαταλελειμμέναι φησὶν αἱ πόλεις ἔσονται τοῦ Ἰσραήλ.

[65] Isa. I, 9. [66] Matth. XVII, 1 seqq. [67] Luc. VIII, 41 seqq. [68] Galat. I, 1. [69] Rom. XI, 16, 24. [70] Ephes. II, 12.

Digitized by Google

Ὡς γὰρ, ὅτε ταύτας Ἀμορραῖοι κατέλιπον, ἀντεισ- A
ῆχθης, φησίν· οὕτω σου, φησὶν, ἐξωσθέντος οἰκή-
σουσιν ἕτεροι. Ἡ γὰρ ἀσέβεια τῆς ἐκβολῆς ἐπ' ἀμ-
φοτέρων αἰτία. Καὶ νῦν ἔστι τὴν Ἰουδαίαν ὑφ' Ἑλ-
λήνων οἰκουμένην ἰδεῖν. Πλείσται δὲ πόλεις, κατὰ
τὴν προφητείαν, ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξηρημώθησαν, ἀνθ'
ὧν φησιν, *αὐτῶν τὸν Κύριον κατέλιπον*, τοῦτ' ἔστι
τὸν Ἰησοῦν, κατὰ τὴν τῶν Ἑβραίων φωνήν. Ὅπως
δὲ γέγονεν αὐτοῖς *ἀεὶ βοηθὸς*, δηλοῖ τὸ, « Ποσάκις
ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, » καὶ τὰ ἑξῆς.
Ὧν τὴν εἰς αὐτὸν ἀπιστίαν δηλοῖ τὸ διότι *ἐφύτευσαν
φυτείαν ἄπιστον*, ὅτε καὶ *ἐπλανήθησαν*. Εἰ δὲ
μεταβαλὼν, φησὶν, ἐπὶ τὴν ἀνατείλασαν τῷ κόσμῳ
τοῦ φωτὸς πρωΐαν τοῦ εὐαγγελικοῦ, καὶ τοῦ τῆς δι-
καιοσύνης Ἡλίου, ἕτερον σπέρμα κατάθοιτο τῇ σεαυ-
τοῦ διανοίᾳ (περὶ οὗ φησιν, « Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων B
τοῦ σπεῖραι. » Καί· « Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐ-
ρανῶν σπείραντι καλὸν *σπέρμα* ἐν τῷ ἰδίῳ ἀγρῷ »)
ἀνθήσει ἐν σοὶ εἰς ἀμητὸν, καὶ διδάξεις ἑτέρους,
ὡς παισὶ τοῦ κλήρου μεταδιδούς. Τινὲς μέντοι
μίαν μόνην ἄλωσιν *Δαμασκοῦ* τὴν ὑπὸ τῶν Ἀσσυ-
ρίων εἰπόντες, τὴν πᾶσαν ῥῆσιν περὶ αὐτῆς, καὶ
τῶν κατ' αὐτὴν ἐξηγήσαντο χρόνων, ἣν ὡς μήπω
γενομένην, ἔσεσθαι νῦν ὁ προφήτης φησὶν, ὅτεπερ
ὑπὸ τῶν οἰκητόρων ἀπολωλότων καταλειφθήσεται.
Ἐν ᾗ δι' ἐρημίαν παντελῆ *κοιτασθήσεται ποίμνια*,
καὶ οὐκ ἔσται, φησὶν, *ὁ διώκων*, *μηδενὸς τοῖς
ποιμέσιν* ἐπιτιμήσοντος. Καὶ οὐχ ἕξει ταῖς δέκα φυ-
λαῖς συμμαχῆσαι ὡς εἰώθει χρηματιζούσαις *Ἐφραΐμ*.
Κατ' ἔμφασιν δέ φασιν τὸ, *καὶ οὐκ ἔσται ἐν* C
αὐτῇ βασιλεία, τὴν ἰσχυρὰν, καθὰ καὶ πρώην, βα-
σιλείαν δηλοῦν. Οἱ γὰρ μετὰ ταῦτα τοπάρχαι καὶ
φύλαρχοι μᾶλλον ἐγένοντο. Ἀτονήσει δὲ καὶ τῶν
Σύρων ἐν αὐτῇ *τὸ λοιπὸν*, τοῦτ' ἔστι πᾶν τὸ ἔθνος
τὸ ὑπ' αὐτήν. Συναλῶναι δὲ *τῇ Δαμασκῷ* καὶ τὰς
φυλὰς τὰς δέκα δηλοῖ καὶ τὰ πλήθη τούτων, ἐφ' οἷς
ἐφρόνουν, ὡς ὄντες ἀνάλωτοι.

Sicut enim prius ab Amorrhæis desertæ sunt, ait, ut in eas inducereris; sic et te expulso easdem occupabunt alii, cum utriusque expulsionis causa sit impietas; cum Judæam etiam a gentibus obtineri constet. Eorum enim urbes per multas a Romanis ideo in solitudinem redactas esse significat, *quod Dominum suum, Jesum* videlicet, juxta vocem Hebræorum, *reliquerunt* : qui tamen quam ipsis *ad auxilium semper paratus* fuerit, ex eo patebit, quod frustra se filios ejus semper studuisse sub alis, gallinæ more, cogere et fovere conqueritur [69]. Eorum itaque vel inde apparet infidelitas, quod *plantationem infidelem*, unde et ipsos errasse certum est, *plantaverunt*. Quod si mutata tamen sententia, ait, ad exorientem mundo evangelicæ lucis, solisque justitiæ matutinam horam intuens, semen in animo tuo aliud (de quo nimirum : « Exiit qui seminat seminare [69]; » et : « Simile est regnum cœlorum ei, qui seminat bonum semen in agro suo [70], » sermo est) adjeceris : *Florebit in te ad messem*, et alios, *tanquam transmissa in filios hæreditate*, docebis. Non desunt, qui unam tantum *Damasci* per Assyrios expugnationem significari putantes, ad eam ejusque tempora (tanquam nondum præterierit, tumque propheta futuram demum innuat, cum pereuntibus **248** incolis capietur) litteram omnem retulerunt. In hac ergo, propter solitudinem summam, *recubituros greges* significatur; *nec fore qui persequatur*, quando nemo pastores urgeat aut reprehendat; imo nec unde tribubus decem, quæ *Ephraim* nomine intelliguntur, usitato more auxilietur habituram. Emphatice autem *non futurum in ea regnum* addidit; ut regni, quod antea potens et, validum fuerat, vires esse diminutas ostendat. Qui enim postea regnum habuerunt, toparchæ magis, gentique præfecti, quam reges exstiterunt. Deficie autem et Syrorum, qui in ea sunt, *reliquum*; gens ea nimirum omnis, quæ ipsi subjicitur. Ideo vero et decem cum *Damasco* tribus, eorumque perituram multitudinem significat; quod de se ita, ac si expugnari nunquam potuissent, sentirent.

Διὸ καὶ *δόξαν* ταῦτα καλεῖ, ὡς καὶ *πίονα δόξης*
τὸν τούτων βασιλέα. Ὡς γὰρ ἡ τετάρτη τῶν Βασι-
λειῶν διδάσκει, Σαλμανασσὰρ ἐπολιόρκησεν ἐπ' ἔτη
τρία Σαμάρειαν, εἶλέν τε ταύτην, καὶ τὸν Ὠσηὲ
μετῴκισεν εἰς Βαβυλῶνα βασιλέα τούτων ὑπάρχοντα.
Εἰ μή που *πίονα δόξης* τοὺς ἐνδόξους ἄνδρας καὶ D
πλούτῳ κομῶντας λέγει, ταῖς τε παρὰ πάντων βα-
ρυνομένους τιμαῖς. Διὰ δὲ τῆς *τῶν ἀσταχύων* παρα-
βολῆς, ἔτι δὲ καὶ *τῆς ἐλαίας* τὴν ἄπονον ἅλωσιν
τὴν ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων παρίστησι κοπτόντων ἄδην
τοὺς ἄνδρας, ὡς ἐπὶ θέρους, καὶ πληγαῖς πολλαῖς ὡς
ἐπ' ἐλαίας τρυγωμένης [a], τοὺς πολεμίους ἐλαυνόντων
τῶν ἐπελθόντων· ἅμα δὲ, καὶ τὸ μὴ παντελῶς ἀπο-
λεῖσθαι τὸ γένος. Βραχὺ γάρ τι λεῖμμα καταλει-
φθήσεσθαι *καλάμην* ὥσπερ ἄτιμον, τοὺς διαλαθόν-
τας, ὡς ἐπ' ἐλαίας, τῶν τρυγώντων τοὺς ὀφθαλμούς.

Et hoc ipsum est, quod *gloriam* quidem, et *pinguia gloriæ*, regem eorum appellat. Ut enim Regum quarto legimus, Samariam tribus annis obsessam expugnavit Salmanasar, Oseamque regem ejus bello captum in Babyloniam transtulit [71]. Nisi forsan *pinguia gloriæ* homines divitiis gloriæque tumidos, et tanquam diffluentes, honoribusque præter cæteros cumulatos intelligat. Per *spicarum* autem et *olivæ* similitudinem, perfacilem Assyriis expugnationem fore significat; quibus ita impune hostes cedere liceat, atque spicas demetere; fugientesque ictibus ita crebris petere et ferire, ut cum olivæ decutiuntur. Nec ob id tamen funditus gentem esse perituram; quando reliquiæ breves (non aliter quam quæ post messem neglectæ jacent *stipulæ*; aut quæ in decutiendis olivis collectorum

[69] Matth. xxiii, 37. [70] Matth. xiii, 3. [71] Ibid. 24. [71] IV Reg. xvii, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *Isc.* πολλαῖς τοὺς πολεμίους ἐπελθόντας ἐλαυνόντων, ὡς ἐπ' ἐλαίας τρυγωμένης.

Digitized by Google

oculos effugiunt) superfuturæ sint; quæ tamen et ipsæ Deum postea agnoscent, ob idque a Paulo ad doctrinam ferendam invitantur [72]. Cum enim prophetis divina benignitate concionantibus minime credidissent; sed in Deum, tanquam jumentorum pulli petulanter se gessissent; et ad ipsum etiam, quod apud Davidem legimus, dum « in camo et freno maxillas eorum constringe [73], » ait, passi sunt, suaque tandem agnita impietate, non sine pœnitudine ab ea recesserunt : **249** quos tamen ante pœnas resipiscere, Deumque agnoscere beatius exstitisset.

A Παιδευθέντες δέ φησιν ἐπιγνώσονται Κύριον. Διὸ καὶ Παῦλος εἰς παιδείαν ὑπομένειν παρακελεύεται. Τοῖς γὰρ προφήταις ἐκ φιλανθρωπίας Θεοῦ μὴ πεισθέντες κηρύττουσι, τοῦ δὲ Θεοῦ καθάπερ πῶλοι κατασκιρτήσαντες ἔπαθον ὃ δή φησι καὶ Δαβίδ, « Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄγξεις » εἰπών· καὶ κατεγνωκότες ἑαυτῶν τῆς ἀσεβείας ἀπέστησαν. Μακαριώτερον δὲ τὸ πρὸ πείρας κακῶν, ἐπιγινώσκειν τὸν Κύριον.

Cæterum *Amorrhæos* imitati, eadem cum illis et isti quoque passi sunt, dum victi sæpe, sæpe etiam victores (Deo nimirum contra ipsos alias, alias etiam pro ipsis stante) evaserunt. Atque hæc ideo contigisse volunt, quod beneficiorum acceptorum *immemores* eo devenerant impietatis, ut parum abfuerit, quin idolorum vitulos compellando, eos esse deos illos, a quibus de terra Ægypti eductus esset Israel, dixerint. Deo enim auxiliante, quæ sunt in nobis gentes, eosque etiam, qui hujus mundi tenebrarum potestatem sortiti sunt, ita superamus, ut non dominatoris spiritus locum in nobis reperiat. Verum simulatque Deo inniti desierimus, tanquam infirmi et ignavi pedibus hostium *conculcamur*. Deinde errasse Israelitas ostendit, qui numeroso exercitu confusi, tanquam a nullo percuti et superari possent, ea spe excideriut; quod autem patriæ restituti, ibi cum liberis in otio et pace vixerunt, vero Dei cultui, quem ipsi amplexi sunt, esse tribuendum. Neque enim, si Deo non pareas ait, *semen tuum*, et genus *fidele*, et constans esse queat. Cum enim multiplicatum illud esse videres, errasti; tanquam expugnari non posses. Sed *spicarum* in morem messorum falce concident. Sin autem mane seminaveris, id est, si in luce versatus ad Salvatorem unum aspexeris, tum tibi, quod seminatum est, non ante maturitatem præreptum perire, sed perfici continget. Atque ita animi tranquillitatem supernique a Deo impetrandi auxilii viam, tanquam hæreditatem aliquam filiis aperies.

B Μιμησαμένοι δὲ *τοὺς Ἀμορραίους*, ἅπερ ἐκεῖνοι πεπόνθασιν ἑλόντες ἀμογητὶ καὶ παθόντες, ποτὲ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν, ἐπικουροῦντος Θεοῦ. Δι' ἅπερ, ὡς φασιν, ἠσέβησαν ὕστερον, μηδὲν ὧν πρώην εὐηργέτηντο *μνημονεύσαντες*, μικροῦ γε πάλιν ταῖς τῶν εἰδώλων εἰρηκότες δαμάλεσιν, οὗτοι οἱ θεοί σου Ἰσραὴλ, οἵ τινες ἀνήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Μετὰ Θεοῦ γὰρ νικῶμεν ἔθνη τὰ ἐν ἡμῖν, καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος οὐχ εὑρήσει τόπον ἐν ἡμῖν. Ἡμεληκότες δὲ τοῦ προσκεῖσθαι Θεῷ, ἀσθενεῖς τε καὶ ἀνανδροι τοῖς ποσὶν *ὑποκεισόμεθα* τῶν ἐχθρῶν. Εἶτα δείκνυσιν ὡς ἐπλανήθησαν οἱ ἐξ Ἰσραὴλ τῇ πολυχειρίᾳ θαῤῥήσαντες, ὡς μηδενὸς αὐτοὺς πατάξοντος, καὶ τῆς ἐλπίδος διήμαρτον. Ὡς δὲ τῆς αἰχμαλωσίας ῥυσθέντες ἐν Ἱερουσαλὴμ τῇ κατὰ Θεὸν λατρείᾳ προσέκειντο αὐτοί τε καὶ παῖδες ἐν ἀσφαλείᾳ κατῴκησαν. *Τὸ γὰρ σὸν σπέρμα* καὶ τὸ σὸν γένος, φησὶν, *ἄπιστον* ἔσται καὶ σφαλερὸν ἀπειθοῦντος Θεῷ· πληθυνθὲν γὰρ τοῦτο θεωρῶν ἐπλανήθης, ὡς ὑπάρχων ἀνάλωτος. Ἀλλὰ πεσοῦνται, φησὶ, δίκην *ἀσταχύων* κειρόμενοι. Ἐὰν δὲ τὸ πρωῒ σπείρῃς γεγονὼς ἐν φωτὶ, τὸν σώζοντα μόνον εἰδὼς, τότε σοι τὸ σπαρὲν τελεσφορηθήσεται μὴ ἀπολλύμενον ἄωρον. Καὶ παραπέμψεις εἰς υἱοὺς καθάπερ τινὰ κλῆρον τὴν εὐθυμίαν, καὶ τῆς ἄνωθεν ἐπικουρίας τὴν μέθοδον.

250 VERS. 12-14. *Væ multitudini gentium multarum. Sicut mare fluctuans, sic turbabimini et humerus gentium multarum, tanquam aqua resonabit. Tanquam aqua multa, gentes multæ; quasi aquæ multæ vi impulsæ*, etc.

Explicata gentium conversione, Judæorumque in Christum pervicacia, ad eam se jam multitudinem convertit, quæ *Damasci*, cæterisque locis perfidiam servans, Christi Ecclesiam esset oppugnatura : quam, *sicut mare fluctibus agitatum*, cum idololatria liberatam ad Evangelii prædicationem admitti contigerit, *conturbatum iri, multarumque gentium humerum, velut aquam sonitum edituram esse* significat. Ut enim *maris terga* cum ventis agitantur, sursum elevantur, et *sonitu* aures audientium obtundunt, sic quæ in incredulitate remansit *multitudo*, si ab invisibilibus *gentibus* vexetur, eorum

ιβ'-ιδ'. *Οὐαὶ πλῆθος ἐθνῶν πολλῶν. Ὡς θάλασσα κυμαίνουσα, οὕτω ταραχθήσεσθε. Καὶ ῥῶτος ἐθνῶν πολλῶν, ὡς ὕδωρ ἠχήσει. Ὡς ὕδωρ πολὺ, ἔθνη πολλά. Ὡς ὕδατος πολλοῦ βίᾳ καταφερομένου*, κ. τ. λ.

Εἰπὼν τῶν ἐθνῶν τὴν ἐπιστροφὴν, καὶ τὴν Ἰουδαίων εἰς Χριστὸν ἀπιστίαν, μεταβαίνει τοὐντεῦθεν ἐπὶ τὰ πλήθη τῶν ἐν αὐτῇ *Δαμασκῷ* καὶ ταῖς λοιπαῖς χώραις ἐν ἀπιστίᾳ μεινάντων, μελλόντων πολιορκῆσαι τὴν Ἐκκλησίαν Χριστοῦ, οἱ καὶ *κλονηθήσονται κυμαινούσης δίκην θαλάττης* ἐπὶ τῷ κηρύγματι τῷ εὐαγγελικῷ ξενιζόμενοι καθαιροῦντι τὴν εἰδωλολατρείαν. *Καὶ ῥῶτος ἐθνῶν πολλῶν ὡς ὕδωρ ἠχήσει.* Ὡς γὰρ *θαλάττης ῥῶτα* μετεωρίζεται τοῖς πνεύμασιν ἀνιστάμενα, καὶ τῷ ἤχῳ καταπλήττει τοὺς ἀκούοντας· οὕτω *τὰ πλήθη* τῶν ἐν ἀπιστίᾳ μεινάντων, ὑπὸ τῶν ἀοράτων *ἐθνῶν* ἐνερ-

[72] Hebr. XII, 25. [73] Psal. XXXI, 9.

Digitized by Google

γούμενα, κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἠχήσει τὴν ἐπανάστασιν· ὧν δηλοῖ τοὺς μὲν θυμοὺς ἡ *κυμαίνουσα θάλαττα*, τὰς δὲ κατὰ τῶν πιστῶν ἀπειλὰς τὸ ἠχοῦν ὕδωρ. Τὸ δὲ *βίᾳ φερόμενον* ὕδωρ, ὡς ὑφ' ἑτέρων ἐνεργούμενοι τολμῶσι ταῦτα κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, ὧν τὸ τέλος δηλῶν ἐπάγει. *Καὶ ἀποσκορακιεῖ αὐτὸν*, κατὰ δὲ τὸν Ἀκύλαν· *Ἐπιτιμήσειεν αὐτῷ*, ἢ *ἐμβριμήσεται* κατὰ Σύμμαχον· δηλονότι, τῷ πλήθει τῶν ἀπίστων ἐθνῶν, καὶ τῷ τούτοις ἐνεργοῦντι διαβόλῳ. Τίς δὲ ἐπιτιμήσει; περὶ οὗ πάντως εἴρηται, « Ἐπιτιμήσει Κύριος ἐν σοὶ ὁ ἐκλεξάμενος τὴν Ἰερουσαλήμ. » *Ἐπιτιμῶν* δὲ τί ποιήσει; *καὶ πόῤῥω αὐτὸν διώξεται ὡς χνοῦν ἀχύρου, καὶ ὡς κονιορτὸν τροχοῦ καταιγὶς φέρουσα.* Οἱ δὲ τοιοῦτοι, καὶ πρὸς δυσμαῖς τοῦ βίου *πενθήσουσιν*, ὅτε οὐκ ἔτι ὑπάρχουσιν· ὅτε *πρωΐ* καὶ νέον φῶς τοῖς δικαίοις ἀνατελεῖ κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα. Οὓς [b] οἱ προνομεύσαντες τοιοῦτον ἕξουσι τέλος καὶ μερίδα καὶ κληρόν. Οὕτω δὲ πάλιν τινὲς τὴν προκειμένην ἐξηγήσαντο ῥῆσιν· ὡς φιλάνθρωπος ὢν ὁ Θεὸς φοβήσας ταῖς ἀπειλαῖς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, οἰκονομικῶς καὶ τὴν ἐπ' ἀγαθοῖς ἐλπίδα προβάλλεται δι' ἀμφοῖν προτρεπόμενος.

A adversus Ecclesiam rebellionem et impetum *sonitu* demonstrabit : quorum quidem furorem per *mare fluctuans ;* minas autem adversus fideles per *resonantem aquam* significavit. Quod autem *vi impulsam esse aquam* adjicit, id ideo facit, ut vi aliena adactos talia in Ecclesiam audere doceat : quorum tamen ut finem ostendat, eos se *exterminaturum* affirmat, quo loco notandum est ab Aquila *increpandi* verbum, a Symmacho autem *comminandi* quod ad infidelium multitudinem, eosque exercentem diabolum referatur, usurpari. Quis est autem qui increpet, nisi de quo legitur : « Increpabit Dominus qui in te Jerusalem elegit [74] ? » Quid porro futurum, ubi *increpuerit ? et longe eum persequetur, tanquam ramentum palearum, et tanquam pulverem* B *rotæ, turbine agente.* Qui sunt ejusmodi, et illi ad vitæ occasum, id est, cum esse desinent, *lugebunt :* **251** tum demum scilicet, cum *mane* etiam nova lux futuro illo sæculo justis orietur. Talem rursum qui deprædantur, exitum, talem partem, talem denique sortem relaturi sunt. Sunt porro, qui ista etiam sic explicent, ut Deum pro sua in homines benevolentia, postquam Israelem minis terruisset, bonorum spe ostentata prudenter utroque modo ad se velint impellere.

Εἰπὼν τοίνυν τὰ μέλλοντα τούτοις δεινά, καὶ τὴν τούτων αἰτίαν, ὅτι Κύριον ἐγκατέλιπον· νῦν ἐπήνεγκεν ἅπερ οἱ τούτους δουλωσάμενοι πείσονται, τὴν συμβᾶσαν πληγὴν τοῖς μετὰ Ῥαψάκου προλέγων, ὃν ἐκ Λάχις ἔπεμψε κατ' Ἰερουσαλὴμ ὁ Σεναχειρὶμ C τῆς Ἰουδαίας τὰς πόλεις ἑλών, ὃς τοῦ τῶν Ἰουδαίων καταφλυαρήσας Θεοῦ, τὴν δι' ἀγγέλου νυκτερινὴν ὑπέστην πληγήν· ταύτην γὰρ ἀκούσας ὁ Σενναχειρὶμ ἀπῆρε φυγάς, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων οὐκ εἰς μακρὰν ἀπώλετο παίδων. Ταλανίζει τοίνυν τὸ μετ' αὐτοῦ *πλῆθος* ἐπελθὼν ὁ προφήτης, ὡς ὅσον οὔπω τεθνηξόμενον, τὴν ταραχώδη τούτων ἔφοδον ἀπεικάζων θαλάττῃ καὶ ὕδασιν. Οὓς καὶ *πολλῶν ἐθνῶν* ἐκάλεσε *νῶτον*, ὡς νικᾷν εἰωθότας. Οἱονεὶ γὰρ *νῶτος* ἐγένοντο, τῶν φευγόντων κατὰ νώτου τούτους διώκοντες. Ἀλλὰ τὸν ἄγοντα, φησὶν, *ἀποσκορακίσας διώξεται, ὡς τροχοῦ κονιορτὸν* ἀνέμου σφοδροτέρου προσβάλλοντος. Πρὸς αὐτὸν γὰρ ἔφη δι' Ἡσαΐου ὁ Θεὸς, « Καὶ ἐμβαλῶ φίμον εἰς τὴν ῥῖνά σου, καὶ χαλινὸν εἰς τὰ χείλη σου, καὶ ἀποστρέψω σε τῇ ὁδῷ ᾗ ἦλθες ἐν αὐτῇ. » Τὸ δὲ τῶν D *Ἰουδαίων πένθος ἐν ἑσπέρᾳ*, τὰ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ὀνειροπολούντων κακὰ, τὰ διὰ νυκτὸς τοῖς πολεμίοις συμβεβηκότα δείξας ὄρθρος παρεμυθήσατο, μαθόντων ὡς ὁ τῶν πολεμίων οὐκ ἔστι στρατὸς· ἤγουν τὸ τῆς *ἑσπέρας πένθος*, φησὶν, οὐκ ἔσται *πρωΐ*. Περὶ οὗ φησι καὶ Δαβίδ, « Τὸ ἑσπέρας αὐλισθήσεται κλαυθμὸς, καὶ εἰς τὸ πρωῒ ἀγαλλίασις. » Οὐκοῦν καὶ ὅτε τὴν ψυχὴν αἱ πονηρὰ πολιορκοῦσι δυνάμεις, δίκην *ὕδατος βιαίου* τὰ ἐν ἡμῖν ἐγείρουσαι πάθη, ἢ τοὺς ἔξωθεν ἐπάγουσαι λογισμοὺς, κατὰ τὸν Ἐζεκίαν,

Postquam ergo impendentium malorum causam, quod a Domino defecerunt, attulit, quæ jam eos maneant, a quibus in servitutem redacti sunt, prædicit : cladem nempe Rapsacis, quem direptis olim universis Judææ urbibus, adversus Hierosolymam miserat Sennacherimus : ubi nonnulla impie adversus Judæorum Deum debacchatus, noctu per angelum deletus est [75]. Hujus enim cladis cum ad Sennacherimum pervenisset nuntius, fugamque arripuisset, non ita multo post a filiis suis interemptus est. Infelicem ergo, quæ eo veluti jamjam moritura venerat, *multitudinem* appellat; tumultuosamque eorum invasionem mari et aquis comparat ; *multarum* denique *gentium dorsum*, quasi vincere illis esset usitatum, nominat. Tanquam enim *dorsum* ipsi fuerunt, qui fugientes a tergo persequerentur. At ducem, inquit, ubi *exterminaverit, persequetur, tanquam rotæ pulverem*, quæ ventorum solet impetu agitari et dissipari. Ita enim eum per Isaiam prophetam alloquitur Dominus : « Et injiciam camum in nares tuas, et frenum in labia tua ; et qua via accessisti, eadem redire te faciam [76]. » Deinde, quod de *vespertino Judæorum luctu* habetur, qui mala sequenti die imminere somniabant, eorum id demonstratione mitigat, quæ noctu hostibus acciderunt, cum hostium non esse exercitum didicerunt, ac si *vespertinum luctum*, Dei alterius *ortu* desiturum significet : De quo et David ipse intellexisse videtur, cum ait : « Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum lætiti-

[74] Zach. III, 2. [75] IV Reg. XIX. 1 seqq. [76] Isa. XXXVII, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[b] γρ. καί.

Digitized by Google

tia [77]. » Ne ergo quotiescunque vel perturbationibus in nobis tanquam *fluctibus excitatis*, vel externis rationibus admotis animum nostrum malæ obsidebunt **252** potestates metuamus; sed Ezechiam secuti Deum invocemus qui timorem Domini amplexos ab ejusdem angelo sopiri et liberari non dubitamus. Similiter, quantumvis hæretici sophisticarum rationum fastu vel veritatem oppugnare vel persecutionem movere conentur, adversus ea omnia confidamus, qui Dominum occulta manu in sæcula sæculorum adversus Amalecum pugnaturum, monente Scriptura, non ambigimus [78].

Α Θεὸν καλοῦντες μὴ δε σωμεν. Παρεμβαλεῖ γὰρ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. Ὁμοίως, κἂν αἱρετικοὶ σοφιστικῶν λόγων κόμπῳ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐγείρωνται ἢ διωγμοὺς, καὶ θλίψεις ἐπάγωσι, προστήκει θαῤῥεῖν. Χειρὶ γὰρ κρυφαίᾳ πολεμήσει Κύριος ἐπὶ Ἀμαλὴκ ἀπὸ γενεῶν εἰς γενεὰς, καθὰ γέγραπται.

CAP. XVIII.

VERS. 1-7. *Væ terræ navium, alæ supra fluvios Æthiopiæ. Qui mittit in mari obsides, et epistolas biblinas supra aquas. Ibunt enim nuntii celeres ad gentem excelsam, et peregrinum populum, et gravem*, etc.

253 Judæorum principes, qui Romæ agebant, Paulum, a quo Christi fidem docebantur, his verbis allocutos esse legimus : « Nos neque litteras de te a Judæa accepimus : neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit [79]. » Et paulo post : « Nam de secta hac notum nobis fit, quod ubique ei contradicitur [80], » quasi scriptis ubique per eos, qui in Judæa essent, litteris, Christi prædicationem non admitti significetur. Verum, pro eo quod *obsides* legimus, *senes* Aquilas, et *apostolos* Symmachus transtulerunt. Eorum ergo vicem non solum, sed terræ ipsius etiam, cujus adeo crevit iniquitas, ut ad *Æthiopas* etiam penetrarit, propheta lamentatur. Indeque est, quod secundum Symmachum : *Væ terræ sonus alatus ultra Æthiopiæ fluvios pervenit*, scriptum legimus. Eorum enim sermo, qui aliis ista per litteras significarunt tanquam *sonus* aliquis, superatis Æthiopiæ montibus, ad ultimos usque orbis fines, navibus, non aliter quam alis, evolavit : ipsi denique ubique gentium terra marique profecti *nuntii*, *biblinas epistolas* detulerunt. Nam et nunc etiam *nuntios* appellamus, qui principum litteras ferunt quocunque ipsi jusserint. Verum quo loco *ibunt nuntii celeres* legimus, *Ite* dicunt cæteri; tanquam hoc primum ad Salvatoris Christi discipulos referatur, quos ut a Judæorum distingueret *apostolis*, hoc nomine appellavit. Neque vero ab istis illa dissentiunt, quibus eos Christus ad perditas primum Israelis oves, tum ad gentes jubet proficisci [81]. Quod ut fieret facilius et expeditius, nihil, quod iter impediret, assumere, non aurum, non argentum, non ferrum, non peram, non tunicas duas, non baculum, non calceos denique possidere permisit [82]. Jubet vero ad *gentem excelsam et peregrinam, populumque gravem abire.* **254** Mittebantur enim ad alienigenas cum gentibus degentes, qui nihil certum firmumque habebant; sed qui erroris vento deorum multitudinem spirantis, circumferebantur; unde graves ipsis fiebant. Imo ad ultimos orbis usque limites perve-

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

α'-ζ'. Οὐαὶ γῆς πλοίων, πτέρυγες ἐπέκειντα ποταμῶν Αἰθιοπίας. Ὁ ἀποστέλλων ἐν θαλάσσῃ ὄμηρα, καὶ ἐπιστολὰς βιβλίνας ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Β *Πορεύσονται γὰρ ἄγγελοι κοῦφοι πρὸς ἔθνος μετέωρον, καὶ ξένον λαὸν καὶ χαλεπόν*, κ. τ. λ.

Οἱ ἐπὶ Ῥώμης ἄρχοντες Ἰουδαίων τὰ περὶ Χριστοῦ τῷ Παύλῳ διδάσκοντι λέγουσιν· « Ἡμεῖς οὔτε γράμματα ἐδεξάμεθα περὶ σοῦ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης γνωστὸν ἡμῖν ἐστιν, » ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται· ὡς τῶν ἐν Ἰουδαίᾳ πανταχοῦ γεγραφότων τὸ περὶ Χριστοῦ μὴ προσίεσθαι κήρυγμα. Ἀντὶ δὲ τοῦ *ὄμηρα*, ὁ μὲν Ἀκύλας *πρεσβυτὰς*, ὁ δὲ Σύμμαχος *ἀποστόλους* ἐξέδωκε. Τούτους οὖν καὶ τὴν γῆν αὐτῶν ὁ προφήτης ὀδύρεται, ἧς ἡ κακία καὶ μέχρι τῆς Αἰθιόπων ἀφίκετο. Διὸ καὶ κατὰ Σύμμαχον εἴρηται· *Οὐαὶ γῆς, ὁ ἦχος πτερωτὸς ἡ πέραθεν ποταμῶν* C *Αἰθιοπίας*. Ὁ γὰρ τῶν γραφάντων ἦχος μέχρι καὶ τῶν Αἰθιοπίας ὅρων, καὶ τῶν τῆς γῆς περάτων διέδραμεν, ὡς διὰ πλοίων τινῶν ἱπταμένων. Οἵτε διακομίζοντες *τὰς ἐπιστολὰς τὰς βιβλίνας ἀπόστολοι* πανταχοῦ γῆς οὐ διοδεύοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ναυτιλλόμενοι. Μέχρι δὲ νῦν *ἀποστόλους* καλοῦσι τοὺς ἐν κύκλῳ παρὰ τῶν ἀρχόντων περιφέροντας γράμματα. Ἀντὶ δὲ τοῦ *πορεύσονται ἄγγελοι κοῦφοι, πορεύεσθε*, φασὶν οἱ λοιποὶ, ὡς ἀρχὴν εἶναι προστάγματος πρὸς τοὺς μαθητὰς εἰρημένου τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, οὓς πρὸς τοὺς τῶν Ἰουδαίων διέστειλεν *ἀποστόλους*. Σύμφωνα δὲ τοῖς παροῦσι πρὸς αὐτούς φησιν ὁ Χριστός· Πορεύεσθε δὲ μᾶλλον πρὸς τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραήλ. Καὶ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη· καὶ τὸ εὐσταλὲς τε καὶ κοῦφον αὐτοῖς ὑποτίθεται ῥᾴστην αὐτοῖς D τὴν πορείαν ποιῶν· μηδὲν ἄρητε κατὰ τὴν ὁδόν· καὶ, μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μὴ χαλκὸν, μὴ πήραν, μὴ δύο χιτῶνας, μὴ ῥάβδον, μὴ ὑποδήματα. Ἰέναι δὲ κελεύει *πρὸς ἔθνος μετέωρόν τε καὶ ξένον, καὶ πρὸς λαὸν χαλεπόν*. Πρὸς τοὺς ἐν ἔθνεσι γὰρ ἀλλογενεῖς ἀπεστέλλοντο βέβαιον ἔχοντας οὐδὲν, ἀνέμῳ δὲ τῆς πολυθέου πλάνης περιφερουμένους παντὶ, καὶ χαλεπῶς ἔχοντας πρὸς αὐτούς. Καὶ διέβαινον μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς, ὅ δηλοῖ τὸ, *τίς αὐτοῦ ἐπέκεινα;* ἀνθ' οὗ Σύμμαχος *μεθ' ὃν οὐκ ἔστιν ἐπέκεινα* λέγει. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος ἀνέλπιστον ἦν, κατὰ τὸν Ἀπόστολον εἰπόντα, ἐλπίδα

[77] Psal. xxix, 6. [78] Exod. xvii, 8-13. [79] Act. xxviii, 21. [80] ibid., 22. [81] Matth. xv, 24 [82] Matth. x, 10.

Digitized by Google

μὴ ἔχοντες καὶ ἄθεοι ἐν κόσμῳ. Ὧ δὴ σύμφωνα προϊὼν ὁ προφήτης ἐρεῖ, καὶ οἱ ἀπηλπισμένοι τῶν ἀνθρώπων ἐμπλησθήσονται εὐφροσύνης· ὅπερ ἦν ἔθνος καὶ ὑπὸ τοῦ διαβόλου *καταπεπατημένον*. Παραθαρρύνων δὲ τούτους φησὶ, *νῦν οἱ ποταμοὶ τῆς γῆς ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ πορείᾳ κατοικηθήσονται*. *Ποταμοὺς* λέγων τῶν εἰς Θεὸν ἐπιστρεφόντων τὸ πλῆθος, ὥσπερ οὖν καὶ *χώρας* τούτων, τὰς Ἐκκλησίας. Ὡς γὰρ κύμασι θαλάττης τεταραγμένης τοὺς ἀπίστους ἀνωτέρω παρέβαλλεν· οὕτω νῦν τοὺς πιστοὺς γλυκέσι *ποταμοῖς* εὐσταθῶς κινουμένοις, περὶ ὧν ἀλλαχοῦ φησιν· « Ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ, Κύριε, ἐπῆραν οἱ ποταμοὶ φωνὰς αὐτῶν. » Καὶ, « Ποταμοὶ κροτήσουσι χεῖρας ἐπὶ τὸ αὐτό. » Οἱ πρότερον ὄντες ἀοίκητοι, ἀλλότριοι ἦσαν Θεοῦ, ἔρημός τε αὐτῶν θεοσεβείας *ἡ χώρα*· ἥντινα, καὶ τοὺς *ποταμοὺς κατοικεῖσθαι* ποιήσει τὸ ὑμέτερον κήρυγμα. Καὶ τοῦ σταυροῦ *τὸ σημεῖον* οὕτως ἔσται πᾶσι *πρόδηλον*, ὡς *ἐπ' ὄρους ὑψούμενον*. Καὶ *σάλπιγγος ἦχος*, τὸ ὑμέτερον εἶναι δόξειε κήρυγμα πᾶσι χωροῦν εἰς ἐπήκοον. Εἶτα διδάσκει πῶς ἀταράχως *οἰκεῖσθαι* δυνήσεται. Τῇ γὰρ *ἰδίᾳ πόλει* χορηγεῖ Θεὸς *τὴν ἀσφάλειαν*, ὡς εἰκότως εἰρῆσθαι περὶ αὐτῆς· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, » καὶ, « Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. » Ἐν ᾗ καὶ *φῶς* οὐ τὸ τυχὸν ἔσται, ἀλλ' ἐοικὸς *ἡλίῳ μεσημβρινῷ*. Καὶ ἀβλαβὲς ἔσται τοῖς ὁρῶσι φησί. Σὺν αὐτῷ γὰρ καὶ *νεφέλη δρόσου* γενήσεται. Καὶ *φῶς* μὲν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τὴν Ἐκκλησίαν φωτίζων. *Νεφέλη δὲ δρόσου* τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπισκιάζον τοῖς μὴ δυναμένοις τὴν ἄκραν τοῦ Μονογενοῦς χωρῆσαι θεολογίαν.

A nerunt, ut docet sequentibus verbis, dum *quis ultra illum* sit, quærit : quorum loco Symmachus *post quem non ultra haberi* interpretatus est. Erat vero gens ista sine spe, quales ii sunt, quos nec fidem nec Deum in mundo habere dicit Apostolus [83]. Cui certe non erit illud incongruum, quod pergens apponet propheta, cum non spe destitutos homines lætitia impletum iri dicet ; qualis illa *gens* extitit, quæ a diabolo *conculcata est*. Hos autem ut confidere, bonoque esse animo faciat, *nunc fluvii terræ in vestra via habitabuntur* adjicit ; *fluviorum* nomine, eorum multitudinem intelligens, qui ad Deum confluxerunt, ut et *regionum* appellatione Ecclesias ipsas significavit. Sicut enim infideles antea agitato mari similes fecit, sic et fideles B jam dulcibus aquis sedatisque *fluminibus* comparavit. De his et alibi legimus, cum ait : « Elevaverunt flumina, Domine, elevaverunt flumina vocem suam [84], » et : « Flumina plaudent manu simul [85]. » Ideo nimirum, quod cum prius minime habitarentur, a Deo alienos esse, et *regionem* pietate carere contingebat : quam jam, ipsaque adeo *flumina* vestra *habitari* faciet Evangelii promulgatio. Ita deinde crucis manifestum et conspicuum *signum* futurum est, ut *in monte elevari* ; ita rursus *buccinæ sonus* ingens futurus ; ut ab omnibus, qui attendere velint, exaudiri facile et intelligi vestra queat prædicatio. Deinde, qua ratione tuto *habitari* possit, ostendit. Neque enim *civitatem suam* (de qua « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [86] ; » C et rursus : « Fluminis impetus lætificabunt civitatem Dei [87], » legimus) : *securitate* carere patietur Dominus. Nec est quod in ea vulgare *lumen* aliquod exspectes ; sed quale *meridiana luce*, nullo intuentium dispendio, *roris nube* temperatum conspicitur. **255** Lumen est ad hæc et ipsum Dei Verbum, quod Ecclesiam illustrat ; ut *roris nubes* sanctus ipse Spiritus, quo ii inumbrantur, qui ad summam unigeniti Filii divinitatem intendere aciem non possent.

Οὕτω γὰρ τὸ ταύτης ἄκρατον κεκραμένον ἔσται, διὰ τὴν τοῦ θείου Πνεύματος ὥσπερ τινὸς *νεφέλης* ὑποδρομήν. Ἅπερ ἔσται, φησὶ, *πρὸ τοῦ θερισμοῦ*, τὰς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ δηλῶν δίκην ἀσταχύων *ἀνθούσας*, καθὰ προύλεγε· καὶ « Εὐφρανθήσονται ἐνώπιόν σου, ὡς οἱ εὐφραινόμενοι ἐν ἀμήτῳ· » ἃς λευκὰς χώρας φησὶν ὁ Σωτὴρ δεομένας πολλῶν ἐργατῶν. Καὶ ταῦτα μὲν ἔσται περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ *πόλιν* πρὸ τῆς *συντελείας*. Μετὰ δὲ τοῦ παρόντος βίου *τὸν θερισμὸν*, καὶ αὐτῆς ἀκράτου μεθέξουσι τῆς θεότητος οἱ τοῦ *τέλους* ἐκείνου καταξιούμενοι. D Ὅτε καὶ διάκρισις τῶν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ συναγομένων Ἐκκλησίᾳ γενήσεται, τῶν περιττῶν τῆς ἀμπέλου *κλημάτων*, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ *βοτρύων ἀφαιρουμένων*, εἰς βορὰν τε ταῖς κολαστικαῖς ἐκδιδομένων δυνάμεσιν, τῶν δὲ καρποφόρων ψυχῶν τῆς παρὰ τῷ Θεῷ τευξομένων ἐλπίδος. Τίς δὲ *ἀφέλει*, καὶ τίς *ἐκκόψει*, δεδήλωκεν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ παριστὰς τὴν ἄμπελον καὶ τὰ κλήματα, τούς τε ἀγαθοὺς καὶ ἀνονήτους καρποὺς, λέγων· « Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός. » Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ

Ita enim divini Spiritus auxilio, tanquam *nubis* alicujus effusione, ejus temperabitur puritas. Atque hæc quidem erunt, inquit, *ante messem*, ut in Dei Ecclesiis, spicarum more *florentes* significaret, sicut antea, cum « Lætabuntur coram te, tanquam qui lætantur in messe [88], » dixit ; quas etiam regiones albescere [89], et operariis multis indigere [90] ipse etiam docuit Salvator. Atque hæc quidem de Dei *civitate* ante *consummationem* futura sunt. Post autem hujus vitæ *messem*, et meræ deitatis evadent participes qui hujus *consummationis* digni reperientur, quo tempore collectorum in Ecclesia Dei discrimen habebitur : *amputatis* nimirum superfluis de vite *sarmentis*, *sublatisque* ab eodem *racemulis*, et ultricibus in cibum potestatibus abjectis ; animis autem, qui fructus ediderunt, sua spe in Deo potientibus. Quis autem esset *ablaturus*, quos item *amputaturus*, non etiam Salvator ignorari voluit, cum de vite, de sarmentis, de bonis inutilibusque fructibus in hæc verba locutus est : « Ego sum vitis vera, Pater meus est

[83] Ephes. II, 12. [84] Psal. XCII, 3. [85] Psal. XCVII, 8. [86] Psal. LXXXVI, 3. [87] Psal. XLV, 5. [88] Isa. IX, 3. [89] Joan. IV, 35. [90] Luc. X, 2.

Digitized by Google

agricola [91]. » Omnem palmitem in me, qui fructum non facit, tollet eum, ut uberiorem fructum edat. Idem rursum fusius, cum ablata similitudine adjunxit : Si quis in me non manet, foras, tanquam palmes, ejectus est, et aruit, qui postea collectus, et in ignem missus comburetur : quasi vitem se ipse, *palmites* autem discipulos appellaret. Neque vero incongruum fore arbitror, eos *racemorum* nomine, qui ab apostolis edocti sunt, significari : de quibus tanquam demortui *racemuli*, vitalisque facultatis expertes, tum demum illi abjiciuntur, qui ipso consummationis tempore nihil fructus edidisse reperientur. Sic Judas ille proditor, non aliter quam *botrus* inutilis, abscissus est. In Ecclesia deinde, quot *racemorum*, tot et animarum differentias reperias; quarum, cum *palmitum* instar habeant doctores, **256** *uvam acerbam* producit alius; alius item perfectam et maturam, alius denique ventorum malignitate corruptam. Talis eorum ergo, qui fructus edere nullos consueverunt, futurus est finis. Aliorum deinceps qui frugiferi dicuntur, ratio sequitur, cum ait : *Et afferentur munera Domino exercituum de populo attrito, et divulso.* Enimvero is fortasse fuerit, qui angustum et *tritum* ad vitam iter ingressus, a communi hominum vitæ genere separatur, ac *divellitur;* hunc etiam *magnum* evasurum affirmat apud Deum; quippe cui nec rationalia dona, nec sanguine carentes hostiæ, quæ Deo nostris istis futurisque temporibus perpetuo offerantur, unquam defuturæ sint. Aiunt vero qui *hic populus* habetur, gentem illam, quam *conculcatam et sperantem* dixit antea, significari. *Sperantem* quidem, propter patientiam : « Patientia enim magno teste Apostolo, spem operatur; spes autem non confundit [92] : » sed a persequentibus *conculcatam.* Vertit enim et Aquilas ipse, *gentem tolerantem et conculcatam.* Deinde adjicit propheta : *Quæ est in parte fluminis regionis ejus.* Verum cujusnam tandem, si non Dei? Eam enim, cum in Ecclesia versari continget, ex parte cognoscere, ex parte autem prophetare, audiemus [93]. Neque enim omne flumen Dei Verbum declarata *regio* excepit. Alios deinde *cujus terram flumina diripuerunt* transtulisse reperiemus. Hujus enim persecutores *terram diripuisse*, cum Dei civitatem conculcarunt, vel eo constat, quod fluvios venisse, et flavisse ventos, et torrentem animam nostram pertransisse legimus [94]. Cæterum liberatus Dei *populus munera Domino in monte Sion*, cœlesti nimirum civitate, qua per summum pontificem Christum dignus est habitus, deferet; cum ad montem Sion, ad civitatem Dei viventis, cœlestem Jerusalem, ascendere jubeamur [95]. At sunt, qui verba ista aliter interpretari, mirum putant, cur, cum sit in Damascum prophetia, in *Æthiopiæ* **257** mentionem inciderit. Volunt itaque Deum, qui variis modis in se peccantem Israelem castigare statuisset, id crebris hostium incursionibus effecisse; quibus cum resi-

μὴ φέρον καρπὸν, αἴρει αὐτό. Καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον καθαίρει αὐτὸ, ἵνα καρπὸν πλείονα φέρῃ. Καὶ πάλιν πλατύτερον εἰπὼν, τὴν παραβολὴν ἐπήγαγεν, Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοὶ, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη · καὶ συνάξουσιν αὐτὸ, καὶ εἰς πῦρ βαλοῦσι, καὶ καίεται · ἑαυτὸν μὲν ἄμπελον εἰπὼν, *κλήματα* δὲ, τοὺς μαθητάς. Οἷς ἀκόλουθον *βότρυς* νοεῖν τοὺς ὑπὸ τοῖς ἀποστόλοις μαθητευομένους · ὧν τὰ ὥσπερ νεκρίμαῖα *βοτρύδια*, καὶ ζωτικῆς δυνάμεως ἄμοιρα, κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρὸν, μετὰ τῶν μὴ φερόντων καρπὸν κλημάτων ἀποβληθήσεται. Οὕτως Ἰούδας ὁ προδότης, ὡς *βότρυς* ἄχρηστος ἀπεκόπτετο · καὶ ἐν Ἐκκλησίᾳ δὲ, ὅσαι *βοτρύων* διαφοραὶ, τοσαῦται ψυχῶν. Τῶν διδασκάλων *εἰς κλημάτων* λόγον λαμβανομένων κυπρίζει τις, ἡ δὲ *ὄμφαξ*, ἡ δὲ τελεία, ἡ δὲ ἀνεμόφθορος. Τῶν μὲν οὖν ἀκάρπων τὸ τέλος τοιοῦτον · τῶν δὲ καρποφόρων ἐπήνεγκε λέγων · *Καὶ ἀνεκζητήσεται δῶρα Κυρίῳ Σαβαὼθ ἐκ λαοῦ τεθλιμμένου καὶ ἐκτετιλμένου.* Εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ τὴν στενὴν καὶ *τεθλιμμένην* ὁδεύων τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν, ὃς *ἐκτέτιλται* τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων ἠλλοτριωμένος ζωῆς. Ὃν καὶ *πολὺν* φησιν, ὡς παρὰ Θεῷ τοιοῦτον ὑπάρχοντα, οὗ τὰ λογικὰ δῶρα, καὶ τὰς ἀναιμάκτους θυσίας μὴ διαλείπειν φησὶ Θεῷ προσφερομένας ἔν τε τῷ νῦν αἰῶνι καὶ μέλλοντι. Ὁ δὲ *λαὸς οὗτος*, τὸ ἄνω ῥηθὲν ἐστιν *ἔθνος καταπεπατημένον* φασὶ καὶ *ἐλπίζον*. Διὰ μὲν τὴν ὑπομονὴν *ἐλπίζον*. « Ἡ γὰρ ὑπομονὴ ἐλπίδα [κατεργάζεται], ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, » κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον. Ὑπὸ δὲ τῶν διωξάντων *καταπεπατημένον*. Καὶ γὰρ Ἀκύλας ἐξέδωκεν, *ἔθνος ὑπομένον καὶ συμπεπατημένον*. Μεθ' ἃ φησιν ὁ προφήτης, *ὃ ἐστιν ἐν μέρει ποταμοῦ τῆς χώρας αὐτοῦ*. Τίνος δὲ, ἢ τοῦ Θεοῦ; ἐρεῖ γὰρ ἐν Ἐκκλησίᾳ πολιτευόμενον, ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν. Οὐδὲ γὰρ τὸν πάντα *ποταμὸν* ἐχώρει τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἡ δηλωθεῖσα *χώρα*. Κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους ἑρμηνευτὰς, *οὐ διήρπασαν ποταμοὶ τὴν γῆν*, εἴρηται · τούτου γὰρ *τὴν γῆν* οἱ διῶκται *διήρπασαν*, τὴν τοῦ Θεοῦ καταπατήσαντες πόλιν, ὡς δηλοῖ τό · ἦλθον οἱ ποταμοὶ καὶ ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, καὶ τὸ χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ *λαὸς* ἐλευθερωθεὶς ἀνοίσει *δῶρα Κυρίῳ ἐν ὄρει Σιὼν* τῆς ἐπ' οὐρανίου πόλεως καταξιωθεὶς ὑπ' ἀρχιερεῖ τῷ Χριστῷ. Προσεληλύθατε γὰρ, φησὶ, Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπ' οὐρανίῳ. Τὴν δὲ παροῦσαν ῥῆσιν ἄλλως τινὲς ἐξηγούμενοι θαυμαστόν φασιν εἰ κατὰ Δαμασκοῦ μὲν ὁ λόγος, *Αἰθιοπίας* δὲ πεποίηται μνήμην. Πρὸς ὃ φασιν, ὡς διαφόρως ἀσεβοῦντα Θεὸς παιδεύων τὸν Ἰσραὴλ, πυκνὰς αὐτοῖς πολεμίων ἐπήγετο προσβολὰς · καὶ δίον ἐπὶ τούτοις μετανοεῖν, ποτὲ μὲν τοὺς Σύρους, ποτὲ δὲ τοὺς Αἰγυπτίους πρὸς συμμαχίαν ἐκάλουν, ὧν καὶ τὰς λατρείας ἐζήλουν · Ἄχαζ γ' οὖν ἐν Δαμασκῷ γεγονὼς, περιττὸν ἰδὼν ἐκεῖ τῇ κατασκευῇ βωμὸν, ἐμφερὲς ποιήσας ἀνέθηκεν ἐν οἴκῳ Κυρίου.

[91] Joan. xv, 1. [92] Rom. v, 4, 5. [93] I Cor. xiii, 9. [94] Psal. cxviii, 5. [95] Hebr. xii, 22.

Digitized by Google

pisci ere, ad eumque redire debuisset, ad Syros potius, et Ægyptios, quos in belli societatem imitato religionis cultu advocabant, sese contulisse. Achazus enim operosam et vario instructam ornatu Damasci aram intuitus, eidem persimilem in Domini domum excitari et consecrari curavit.

Γέγονε τοίνυν ἡ ὅρασις κατὰ *Δαμασκοῦ*. Τὸν δὲ A λόγον ἐπὶ τοὺς *Αἰγυπτίους* μεθίστησιν, ὧν οἱ ἐξ Ἰούδα μάλιστα τῆς συμμαχίας ἐξήρτηντο, καθ' ὃν αὐτοῖς καιρὸν ἐπῆλθον οἱ Βαβυλώνιοι. Φωνὴ δὲ τοῦτο προφήτου παρίστησιν, οὐαὶ λέγουσα οἱ καταβαίνοντες εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ βοήθειαν, οἱ ἐφ' ἵπποις καὶ ἅρμασι πεποιθότες. Ὅτε δὲ Ναβουχοδονόσωρ κατὰ Ἰουδαίας ἐστράτευσεν, ὁδοῦ πάρεργον τὰς τῆς ἑῴας ἐληΐζετο πόλεις. Τὴν δὲ Σύρον [e] νῆσον οὖσαν ἀπορίᾳ πλοίων ἑλεῖν μὴ δυνάμενος, μέσῳ χώματι συνάψας πρὸς ἤπειρον πεζῇ διαβὰς ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. Τὸ δὲ μέλλον δεδιότες οἱ Τύριοι, μετεσκευάσαντο πρὸς τὰς ναῦς ἐρήμην ἀφέντες τὴν πόλιν. Διὸ ταύτην ἀφεὶς, τὴν *Αἰγυπτίων* ἐλθὼν ἐχειρώσατο, θεοῦ παραδόντος διὰ τὴν ἀλαζονείαν, ἣν εἶχον κατ' αὐτοῦ, καὶ τῶν Ἰουδαίων Αἰγύπτιοι πρὸς ἐπικουρίαν B ὑπὸ τούτων καλούμενοι, ὡς δὴ τούτους τοῦ Θεοῦ μὴ σώζειν ἰσχύοντος, δυνατωτέρους θεοὺς τοὺς ἰδίους νομίζοντος. Ταῦτα δηλῶν πρὸς Ἰεζεκιὴλ φησιν ὁ Θεός· « Υἱὲ ἀνθρώπου, Ναβουχοδονόσωρ βασιλεὺς Βαβυλῶνος κατεδουλώσατο αὐτοῦ τὴν δύναμιν δουλείᾳ μεγάλῃ ἐπὶ Τύρον. Πᾶσα κεφαλὴ φαλάκρωμα, καὶ πᾶς ὦμος μαδὼν, καὶ μισθὸς οὐκ ἐγενήθη αὐτῷ, καὶ τῇ δυνάμει αὐτοῦ, ἀντὶ τῆς δουλείας τῆς σκληρᾶς ἧς ἐδούλευσεν ἐπὶ Τύρῳ. Ἀντὶ τούτου ἔδωκα αὐτῷ γῆν Αἰγύπτου. » Διόπερ ὁ προφήτης αὐτῇ ἐπιφωνεῖ τὸ, *Οὐαί. Αἰθιοπίας δὲ ποταμοὺς* τὰ ἑπτὰ στόματα τοῦ Νείλου δηλοῖ· γῆν δὲ ἐπέκεινα *ποταμῶν* ὀνομάζει τὴν νῦν Ἀλεξάνδρειαν, τότε καλουμένην *Ὦρ* [d]. Καὶ *Ἀμὼρ* δέ φασί τινες ἐξηγησάμενοι τὸν C Ἱερεμίαν, ἐλέγετο. Ἀφέστηκε δὲ τοῦ τελευταίου στόματος, ὅπερ Ἡράκλειον ὀνομάζεται, σταδίοις τάχα που τὸν ἀριθμὸν ὀγδοήκοντα. Διὸ ταύτην *ἐπέκεινα*, φησὶ, *ποταμῶν*. Οὗτοι δὲ τὸν Νεῖλον ἄνω κάτω διέπλεον, τὰ μὲν ἐξάγοντες, τὰ δὲ κομιζόμενοι. Διὸ ταλανίζει τὰς τούτων *ὁλκάδας*, δι' αὐτῶν δηλῶν τοὺς ἐμπλέοντας, ὡς διαφθαρησομένης αὐτοῖς, καθ' ὃν ἁλώσονται χρόνον, τῆς ἐμπορείας. *Πτέρυγας* δὲ *πλοίων* τὰ ἱστία καλεῖ. Πτηνοῦ γὰρ δίκην ἐμπιπτόντων αὐτοῖς τῶν πνευμάτων αἱ νῆες διέρχονται.

Est ergo in *Damascum* visio quidem : sed ad *Ægyptios* etiam, ad quorum auxilium Judas eo tempore confugerat, quo a Babyloniis premebatur, oratio transfunditur. Atque id ipsum quidem vel prophetæ sermo indicat, cum illis imprecatur, qui ab Ægyptiis in equis et curribus gloriantibus auxilium petere non dubitarunt. Nabuchodonosor autem cum in Judæam exercitum duceret, orientis urbes obiter deprædabatur. Verum cum navigiorum penuria, et Tyrum quoque adhuc insulam capere non posset, opere interjecto continenti additam pedestri milite tandiu oppugnare non destitit, quoad rei eventum exstimescentes Tyrii deserta urbe salutem sibi tutam navibus esse maluerunt. Itaque cum urbe relicta in *Ægyptios* movisset, illis potitus est, propter arrogantiam, qua adversus ipsum et Judæos usi fuerant, a quibus se in auxilium accersitos putabant, tanquam eos servare Deus non posset, aut potentiora numina haberent. Quod Dei ipsius ad Ezechielem verbis pateat, cum ait : « Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis servire fecit exercitum suum servitute magna adversus Tyrum. Omne caput calvum est redditum, et omnis humerus detritus est, et merces non est reddita ei, neque exercitui ejus de Tyro, pro servitute dura, quam servivit mihi adversus eam. Ob id dedi ei terram Ægypti [96]. » Hinc est igitur, quod *væ* in eam exclamat Isaias. Deinde per *Æthiopiæ fluvios*, septem Nili ostia significat, ut per terram supra *fluvios* urbem nunc Alexandriam nomine, vel *No* tunc temporis, vel, ut nonnullis placet, qui Jeremiam explicarunt, *Amon* appellatam. Abest autem ab ultimo fluvii ostio, quod Heraclium vocant, **258** stadiis fere octoginta : unde est, quod *supra fluvios* esse dicit. Verum quia sursum deorsum ab illis Nilus mercibus partim educendis, partim inducendis navigabatur, eorum ideo *naviculas*, id est naviculis delatos, infelices dicit, quod quo capientur tempore, ista etiam illis mercaturæ exercendæ peritura sit facultas. Deinde cum irruentibus in ea ventis, more avium per mare ferri naves videamus.

quod *alas navium* dixit, vela certe significare voluit;

Ὅμηρα δὲ διὰ *θαλάσσης καὶ βιβλίνας ἐπιστολὰς* οὕτω φασί. Κινύραν λέγουσί τινες ποιῆται Μύρρᾳ τῇ θυγατρὶ συγγενόμενον, παῖδα ποιῆσαι τὸν Ἄδωνιν. Τὴν δὲ πρᾶξιν αἰδεσθεὶς ἐν ὄρει τοῦτον ἐξέθετο. Νύμφαι δὲ τοῦτον ὀρεάδες ἐξέθρεψαν. Εὐπρεπὴς δὲ τὴν ὥραν γενόμενος μετῆρχετο κυνηγέσια. Ὃν συνῆλθεν Ἀφροδίτη τὸ κάλλος θαυμάσασα· ἐφ' ᾧ ζηλοτυπήσας Ἄρης (ἦν γὰρ αὐτῆς ἐραστὴς) εἰς σῦν μεταβληθεὶς θηρῶντα τοῦτον ἀπέκτεινε. Τὸ δὲ πάθος Ἀφροδίτη μὴ φέρουσα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐγώσει τὸν

D Præterea cur *obsides per mare et biblinas epistolas* addidit, sic explicat. Placet poetis quibusdam Cinyram olim cum Myrra filia rem habuisse, natumque inde filium Adonim nomine, cujus rei cum patrem puderet, in monte fuisse expositum, et a nymphis Oreadibus educatum. Cum autem ad florem ætatis pervenisset, et venatione delectaretur, Venerem ejus pulchritudine victam, cum adolescente esse congressam : Martem deinde Veneris amore captum, et id ipsum ægre ferentem, cum se

[96] Ezech. xxix, 18, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[e] γρ. Τύρον. [d] γρ. Νῶ.

Digitized by Google

in aprum mutasset, venantem interemisse : Venerem autem cum mortis dolorem ferre non posset, etiam ad inferos, ut amasium inde referret, penetrasse. Verum cum et ibi etiam a Plutonis conjuge adamari eumdem contigisset, anno in duo tributo, ut adolescente sex mensibus divæ alternis potirentur inter easdem convenisse. Postea vero, cum id reversa amicis narrasset, instituta festorum celebritate sicut antea desiderium absentis luctu testati fuerant, eosdem revertenti esse congratulatos. Atque horum utrumque in posterum ad nostra etiam usque tempora (si hujus sententiæ auctori credimus) Alexandriæ celebrari cujusmodi ritum orgiorum etiam Judæi veræ pietatis immemores postea sibi assumpserunt. Nam et apud Ezechielem in hæc verba legimus : « Et vidi, et ecce sedentes mulieres Thammuz (id est Adonim) lugebant[97]. » Tale vero quiddam erat, quod urbis illius cives efficiebant. In testam litteras ad mulieres, quæ *bibli* erant, tanquam Adonide reperto, conjiciebant ; quod,obsignata postea, sacrisque peractis in mare demissa, ut dicebant, qui mittebant, Biblum sponte deferebatur, lugendique civitatis mulieribus finem adventu **259** faciebat. *Væ* ergo cum *navibus*, inquit, tum iis etiam, *qui in mari obsides mittunt*, nimirum qui traditis inter se sceleris societatisque pignoribus, eodem impietatis morbo laborarunt, *neque nares*, sed commissam *maris tergo* testam mittunt.

Non solum itaque qui *supra Æthiopiæ fluvios* degunt, petentibus Israelitis auxilium promiserunt, sed quod fuerant polliciti, quanquam nec ita valde profecerunt, miserunt. Exacerbati siquidem inde Babylonii cum in Ægyptios arma pararent, missis ex Judæa cursoribus, quos *celeres nuntios* appellat Isaias, belli hujus apparatus certiores facti sunt. Quod deinde *gentem excelsam Ægyptios* dicit, id ideo facit, ut eorum vel fastum, vel dementiam designet. Non aliter quam cum *peregrinam et gravem*, ut omnes asperitate vincere demonstret. *Quis* enim, inquit, *supra illum?* id est *quis* in his quæ dicta sunt, *Ægyptiis* superior? Fuerunt autem idololatriæ addictissimi Ægyptii, unde *gentem esse conculcatam*, veluti quæ fide in Deum destituta, dæmonumque fraudibus objecta ab Assyriis etiam *conculcaretur*, significavit. Neque vero expugnationis modum reticuit, cum *Ægypti fluvios*, id est aquæ divortia ; cum paludes ipsas quibus tantum superbiebant, ut iis inexpugnabilem esse Ægyptum crederent, transituros Assyrios cum omni aquarum denique congerie desiccata, regionem eam tanquam habitabilem futuram esse dixit. Ita autem cunctis *Ægyptiorum*, ait, nota erit afflictio, ut palam *signum* exercitui intuendum elevari, aut *ipsam tubæ vocem*, quo possit audiri facilius, attolli putes. Nec in his tamen est, ait, quod *urbem meam perire* me passurum arbitreris ;

A ᾄδην ἀνοίσουσα τὸν ἐρωμένον. Ὡς δὲ καὶ ἡ τοῦ Πλούτωνος ἀντήρα τούτου γυνὴ, συνέθεντο πρὸς ἀλλήλας μερισθέντος εἰς δύο τοῦ ἔτους, πρὸς ἥμισυ συνεῖναι τῷ νέῳ. Ὡς δὲ ἀνελθοῦσα τοῦτο τοῖς φίλοις ἀπήγγειλε, πανήγυριν ἦγον τὴν ἄνοδον, ὥσπερ οὖν καὶ θρῆνον τὴν κάθοδον. Ἅπερ ἄμφω καὶ διὰ τῶν μετὰ ταῦτα χρόνων ἐκράτησεν. Καὶ δὴ καὶ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἡ τοιαύτη πανήγυρις ἦγετο μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, φησὶν ὁ τὴν ἐξήγησιν τὴν παροῦσαν εἰπών. Τῶν τοιούτων ὀργίων καὶ Ἰουδαῖοι δυσσεβοῦντες μετέλαβον. Φησί γ' οὖν Ἰεζεκιήλ, « Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ γυναῖκες καθήμεναι θρηνοῦσαι τὸν Θαμμοὺζ, ὅπερ ἐστὶ τὸν Ἄδωνιν. » Ἐποίουν δέ τι τοιοῦτον οἱ τὴν εἰρημένην πόλιν οἰκοῦντες. Κέραμον λαβόντες ἐνέβαλλον ἐπιστολὴν πρὸς τὰς ἐν

B βίβλῳ γυναῖκας ὡς εὑρηθέντος Ἀδώνιδος. Εἶτα σφραγίσαντες ἐνέβαλλον τῇ θαλάττῃ, τελετάς τινας ἐπ' αὐτῷ ποιησάμενοι, καὶ, ὡς οἱ πέμποντες ἔλεγον, αὐτομάτως εἰς βίβλον ἀπεκομίζετο, καὶ πέρας θρήνου ταῖς ἐκεῖ γυναιξὶν ἀπειργάζετο. *Οὐαὶ* τοίνυν, φησὶ, *πρὸς τοῖς πλοίοις καὶ τοῖς ἀποστέλλουσιν ἐν θαλάσσῃ ὅμηρα*, τοῦτ' ἔστι τῆς ὁμοφροσύνης ἐνέχυρα τοῖς τὴν αὐτὴν νοσοῦσιν ἀσέβειαν, *οὐ πλοίοις*, ἀλλ' ἐπὶ *νώτων θαλάττης* ἀφιεῖσι τὸν κέραμον.

Οἱ οὖν *ἐπέκεινα ποταμῶν Αἰθιοπίας* αἰτοῦσιν C ἐπικουρίαν τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ οὐκ ἐπηγγείλαντο μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ πεπόμφασιν, εἰ καὶ ὤνησαν οὐδὲν ἀποστείλαντες. Διόπερ ἀγανακτήσαντες ἐπῆλθον Αἰγυπτίοις οἱ Βαβυλώνιοι. Μελλόντων οὖν αὐτοῖς τούτων ἐπιστρατεύειν, δρομαῖοί τινες ἐκ τῆς Ἰουδαίας τὴν μέλλουσαν ἀπήγγελον ἔφοδον. Τούτους ὁ προφήτης *κούφους ἀγγέλους* καλεῖ. *Ἔθνος* δὲ *μετέωρον τοὺς Αἰγυπτίους* καλεῖ, τὸ ὑπερήφανον, ἢ τὸ ἄφρον δηλῶν. *Σέον δὲ καὶ χαλεπὸν*, ὡς ξενίζον ἐν χαλεπότητι, καὶ πρὸς τοῦτο μηδένα ἔχον ἐπέκεινα. *Τίς* γὰρ *αὐτοῦ ἐπέκεινά* φησι; Τοῦτ' ἔστι, *Τίς* ἐν τοῖς εἰρημένοις *Αἰγυπτίους* νικᾷ ; Σφόδρα δὲ ἦσαν εἰδωλολάτραι. Διὸ καὶ *ἀνέλπιστον ἔθνος* καὶ καταπεπατημένον τούτους εἶναί φησιν, ὡς οὐκ ἔχον ἐπὶ Θεῷ τὴν

D ἐλπίδα, καὶ ὑπὸ δαιμόνων ταῖς ἀπάταις *καταπατούμενον*. Διὸ καὶ ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων *καταπεπάτηνται*. Τὸν δὲ τῆς ἁλώσεως τρόπον ἐπήνεγκεν, οὕτως εἰπὼν τοὺς Ἀσσυρίους διαβήσεσθαι *τῆς Αἰγύπτου τοὺς ποταμοὺς*, τὰς διώρυχας. Οὕτω καὶ τὰς λίμνας εἰπὼν, ἐφ' οἷς ἐφρόνουν ὡς ἀνάλωτον αὐτοῖς ποιοῦσι τὴν Αἴγυπτον, ὡς δοκεῖν πως; καὶ χώραν εἶναι τούτους [a] κατοικουμένην ἀποξηραινομένης πάσης ὑδάτων συστάσεως. Τὸ δὲ *τῶν Αἰγυπτίων* πάθος φησὶν, οὕτω πᾶσι δῆλον γενήσεται, *ὡς σημεῖον* ἀφ' ὕψους σύνθημα στρατοπέδῳ γινόμενον, καὶ *ὡς φθεγγομένη σάλπιγξ* ἀκουστόν; Ὧν δὴ γινομένων φησὶ, *τὴν πόλιν σώσω τὴν ἐμαυτοῦ*, τὰ κατὰ Ῥαψάκην, καὶ

[97] Ezech. VIII, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. τούτων.

Digitized by Google

τας ρπε' χιλιάδας ἀπολομένας δηλῶν. Οὕτω δέ φησι τὰ τῆς σωτηρίας ἔσται πᾶσι περιφανῆ, καθ' ἃ δὴ καὶ *φῶς ἡλίου μεσημβρινὸν*, καὶ τοῖς κινδυνεύουσι τὰ τῆς ἐμῆς ἐπικουρίας καὶ σκέπης *ὡς νεφέλη δρόσου γενήσεται πρὸ τοῦ θερισμοῦ*. *Δρόσου* γὰρ οἱ *θερίζοντες* δέονται εὐαφεῖς αὐτοῖς προποιούσης τοὺς στάχυας. Καὶ κατ' εὐχὰς αὐτοῖς ἡ *δρόσος* δεομένοις ἐγγίνεται, καθὰ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἡ παρὰ Θεοῦ σωτηρία. Μεταφορικῶς δὲ λοιπὸν ἀπὸ τῶν γεωργούντων τὰ μέλλοντα πάθη παρίστησιν, ἢ τοῖς πολιορκήσασιν Ἱερουσαλὴμ Ἀσσυρίοις [ἢ καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις]· ἐπειδ' ἂν γὰρ *οἱ βότρυες ἐξανθήσωσιν καὶ δμφακες γένωνται*, περικόπτουσι *τῶν κλημάτων* καὶ τῶν *βοτρύων* τὰ περιττὰ, καὶ οἷον ἐπιφυλλίδας, ὡς μὴ συμπνίγειν τὰ κρείττονα καὶ χρηστότερα.

A Rapsacen his verbis [98], et virorum centum octoginta quinque millium, qui postea pericrunt, exercitum significans. Ita autem, ait, quæ ad ejus salutem spectant, clara omnibus et manifesta apparebunt; ut cum Solis *lumen ipso meridie* intuemur. Ille deinde, qui in periculo versantur, *tanquam roris* **260** *nubes ante messem*, protectio mea, meumque auxilium nunquam defuturum est. *Rore* enim *messores* indigent, ut stipularum mollior exsistat complexus: qui se egentibus fiat tum ex voto contingit maxime: non aliter quam Judæis a Domino cum salus concessa est. Deinceps autem sumpta ab agricolis metaphora, quæ ab Assyriis Jerusalem obsidentibus, vel Ægyptiis etiam eventura sint declarat. Solent enim *in sarmentis et botris*, qui *flore deposito* in *fructum acerbum* jam evaserunt, superflua et tanquam tenuiorum pampinorum luxuriem, ne quod melius et præstantius est suffocetur, amputare agricolæ.

Οὕτως οὖν ἐπὶ μὲν τῶν Ἀσσυρίων τὸν πολὺν καὶ λεπτὸν ἀνεῖλε λαὸν ὁ Θεός. Ὧν τὰ πτώματα τρυφὴ [f] γέγονε *τοῖς θηρίοις καὶ πετεινοῖς*. Ὁ δὲ *μεγάλου βότρυος* δίκην ἐπέχων ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐπηκόοις οὐ συναπόλωλεν. Ἐπὶ δὲ τῶν Αἰγυπτίων νοήσεις, ὅτι μὴ πᾶσαν αὐτῶν τὴν χώραν εἶλον οἱ δυσμενεῖς· ἀλλ' οἷον μικροῖς *βοτρυδίοις*, ταῖς κατὰ τόπους συνοικίαις ἢ κώμαις ἐπαφιέντες τὴν μάχαιραν, συνεμέτρησαν τοὺς θυμοὺς τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, παιδεύοντος μὲν τοὺς προσκρούοντας, οὐκ εἰς ἅπαν δὲ συγχωροῦντος τοὺς παιδευομένους ἀπόλλυσθαι. Τοιγαροῦν ἐφεξῆς περὶ τῆς αὐτῶν ἐπιστροφῆς διεξέρχεται. Τὴν γὰρ τῶν εἰδώλων ἀσέβειαν ἀρνησάμενοι, τὴν εἰς Θεὸν τῶν ὅλων προσδέξονται πίστιν, *δῶρα προσφέροντες* εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ἐλπίδα, πίστιν, ἀγάπην. Διὰ δὲ τὰς ἐκ Θεοῦ παιδείας ἐπενεχθείσας αὐτοῖς, *λαὸν* αὐτὸν *τεθλιμμένον* [g] πρὸς ἀμείνω ζωὴν, δίκην μοσχείας ὠφελούσης πρὸς αὔξησιν. Ὥσπερ γὰρ ἐκ πλάνης εἰς θείας ἐννοίας μετεφυτεύθησαν καὶ καρποφοροῦσι διηνεκῶς. Ὅθεν αὐτοὺς καὶ μέγαν ὀνομάζει λαὸν ἐν τοῖς κατὰ Χριστὸν πᾶσιν ἀκμάζοντας ὅσον ἐν πλάνῃ τὸ πρότερον. Οὗ γὰρ ἐπερίσσευσεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. Τὸν δὲ τῆς καρποφορίας *τόπον* διὰ τῆς *Σιὼν* τὴν Ἐκκλησίαν ἐκάλεσεν, διὰ τὸ ταύτης ὕψος ὄρος εἰπών. Οὐδὲν γὰρ χθαμαλὸν ἐν αὐτῇ, καὶ δηλοῖ τοὔνομα σκοπευτήριον. Τὸ δὲ, Ὃ ἐστιν *ἐν μέρει ποταμοῦ τῆς χώρας αὐτοῦ*, ὅτι περ ἡ πρὸς Θεὸν τῶν Αἰγυπτίων ἐπιστροφὴ ἐκ μέρους ἀρξαμένη τῆς χώρας, διὰ πάσης διέδραμεν Ῥινοκορούρων, τυχὸν ἢ τινος τῶν αὐτόθι πόλεων *ἐπέκεινα* κειμένων *τοῦ ποταμοῦ*. Λέξει γὰρ προῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσται θυσιαστήριον τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ Αἰγυπτίων, καὶ στήλη πρὸς τὸ ὅριον αὐτῆς τῷ Κυρίῳ. *Πεπατημένον* δέ φησι *τὸν λαὸν* τοῖς τοῦ πολέμου δεινοῖς, *ἐλπίζειν* δὲ ὡς δὴ θέμενον ἐπὶ Θεῷ τὴν ἐλπίδα.

B Ad hunc igitur modum qui inter Assyrios numerosior et tenuior erat populus, a Domino sublatus est, eorumque cadavera rege excepto qui *magni botri* instar cladem evasit, *feris et avibus* in escam relicta. Possis vero ad Ægyptios referre, si non universam ipsorum regionem hostes cepisse, sed in ædes aliquot et vicos, dum se ad clementis et mansueti Dei in puniendo rationem temperarent, qui castigare magis, quam delere funditus consuevit, tanquam in *racemulos* gladium convertisse intellexeris. Atque hinc quidem est quod de eorum conversione, in iis quæ postea sequuntur disputari videmus. Fidem enim, ait, in Deum universi, abjurata idolorum impietate, *donisque* in suavitatis odorem, spe, fide atque C dilectione oblatis, amplexabuntur. *Populum* autem ipsum, propter pœnas, quas immittente Deo perpessus est, *afflictum* vocat. Vocat et avulsum, ut facto ad vitam præstantiorem transitu, ista tanquam vivi radicum usitata agricolis translatione, nonnihil ad incrementum profuisse ostendat. Ab errore enim in veram Dei cognitionem veluti transplantati, fructus edere nunquam desinunt. Atque hinc est, quod eos populum magnum, id est, tantum jam fidei in Christum, quantum antea errore potentes et florentes appellat. Ubi enim abundavit peccatum, ibi et gratia. Nec vero offerendorum fructuum *locum* ignorari voluit, qui *Sionis*, id est Ecclesiæ, quam ab altitudine montem appellavit, D meminerit. **261** Nihil enim in ea humile, vel ipsa nominis ratione, quæ speculum significet reperias. Ideo autem quæ est *in parte fluvii regionis ejus* adjecit, ut Ægyptiorum ad Deum conversionem, sumpto a parte initio, universam regionem percurrisse, et ad Rinocoruros usque, vel aliam aliquam urbem quæ *supra fluvium* sit, pervenisse demonstret. Dicet enim postea fore die illa altare Domino in Ægyptiorum regione, et columnam in finibus ipsius Domino. At quod *populum attritum* addidit, ad belli calamitates retulit. Quod item *sperantem*, ad spem, quæ in Deum est.

[98] IV Reg. xix, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[f] γρ. τροφή. [g] Ἰσ. λείπει, καὶ εἶτα καὶ τετιλμένον, ὡς μεταβάσεως.

Digitized by Google

CAP. XIX.

VISIO ÆGYPTI.

262 VERS. 1 - 15. *Ecce Dominus sedet super nubem levem et veniet in Ægyptum, et movebuntur manufacta Ægypti a facie ejus, et cor eorum superabitur in eis; et excitabuntur Ægyptii in Ægyptios, et bellabit homo adversus fratrem suum, et homo contra proximum suum, civitas adversus civitatem, regio adversus regionem*, etc.

263 Superioribus, quæ mari fluvioque Ægypti convenirent (unde et eorum, qui Christum annuntiarent, viam fore perfacilem patuit), allata sunt. Jam Ægyptiis quæ faustissima impendeant, istis demonstrantur. Neque vero in præcedentium visionum ulla *venire in nube leni* Dominum, sed peculiaria quædam de singulis dici reperias. Inscribitur autem *Ægypti visio*, non adversus Ægyptum, ut superiores nonnullas, vel quod perspicaciori mente, quæ dicuntur, *intuitura sit Ægyptus*, vel quod *Ægypto* quæ conducant, prophetia contineat. Quid enim quam quod in ea peregrinatus est Dominus, et suæ participem cognitionis effecit, habeat beatius? *in nube* autem, ait, id est, eo quod de Spiritu sancto, sanctaque Virgine assumpsit, corpore *veniet*. Ut enim aere terræque exhalatione *nubem*, sic Spiritu sancto, terrenaque substantia Domini corpus constare credimus : quo cum veheretur, puer in *Ægyptum venit*, ut eam ineffabili quadam virtute, sua ista peregrinatione maximis cumularet beneficiis. Ea enim maxime omnium præter cæteros *Ægyptii* indigere videbantur, qui tam longe a religione recesserant, ut ne a brutorum quidem animalium cultu abstinerent ; qui regem rursus, magno adversus providentiam universique gubernationem fastu, Deum a se ignorari publice profitentem haberent ; qui denique Israelitas hostili semper infestoque animo fuissent insectati. Hinc est igitur quod eum maxime ignorantibus, sublato omni idolorum cultu, hujus futura longo ante tempore cognitio prædicitur. Quod si *in nube* non adjecisset, virtute quadam corporis experte, qua omnia in omnibus exsistens moderatur, id facere videatur. In mundo enim erat, mundusque per ipsum factus est [99], qua ratione et in *Ægypto* etiam ante fuisse, in qua Moseu et Aaronem allocutum esse constat, nemo negabit. Erat præterea et Dominus cum Josepho : superfluumque videatur ad singulas regiones ejus virtutem accommodare. Enimvero *nubis* nomine, corpus ipsum, in quo nobiscum versatus est, ideo forsitan significavit, quod terrenis motibus liberatus, peccatum ullum admisisset, nec in ore fraudis

Sunt tamen qui per *levem nubem* sacrosanctam Virginem, a qua in Ægyptum ulnis est delatus,

[99] Joan. I, 10. [1] Isa. LIII, 9 ; I Petr. II, 22.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

ΟΡΑΣΙΣ ΑΙΓΥΠΤΟΥ.

α'-ιε'. *Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσεται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ἠττηθήσεται ἐν αὐτοῖς. Καὶ ἐπεγερθήσονται Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους, καὶ πολεμήσει ἄνθρωπος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ, πόλις ἐπὶ πόλιν, καὶ νομὸς ἐπὶ νομόν*, κ. τ. λ.

Συγγεγενημένη [h] δὴ τοῖς εἰρημένοις ἐῤῥέθη περὶ θαλάσσης Αἰγύπτου καὶ ποταμοῦ. Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἐδήλου ῥᾴστην ὁδὸν ἔσεσθαι τοῖς εὐαγγελιζομένοις Χριστόν· τὰ δὲ παρόντα προεφώνει [i] τοῖς Αἰγυπτίοις τὰ κάλλιστα. Ἐπ' οὐδεμιᾶς δὲ τῶν εἰρημένων ὁράσεων ἤξειν ὁ Κύριος *ἐπὶ νεφέλης κούφης* ἐλέγετο. Ἕτερα δέ τινα περὶ αὐτῶν ἰδιάζοντα· Αἰγύπτου δὲ ὅρασις, ἀλλ' οὐ κατ' Αἰγύπτου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων προγέγραπται· ἢ ὡς αὐτῆς Αἰγύπτου *μελλούσης ὁρᾶν* νῷ διορατικῷ τὰ λεγόμενα· ἢ ὡς τῆς προφητείας περιεχούσης Αἰγύπτῳ τὰ κάλλιστα· τί γὰρ μακαριώτερον τοῦ ἐπιδημῆσαι ταύτῃ τὸν Κύριον, καὶ γνώσεως μεταδιδόναι τῆς ἑαυτοῦ; Ἥξει δέ φασιν *ἐπὶ νεφέλης κούφης*, ἤ [j] οὗπερ ἀνείληφε σώματος ἐξ ἁγίου Πνεύματος καὶ τῆς ἁγίας Παρθένου. Ὡς γὰρ ἡ *νεφέλη* οὐκ ἄλλοθεν ἔχει σύστασιν, ἢ ἐξ ἀέρος καὶ ἀναθυμιάσεως τῆς γῆς· οὕτως ἐπὶ τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα ἐξ ἁγίου Πνεύματος ὑπέστη καὶ γεώδους οὐσίας. ὯΙ δὴ Θεὸς ἐποχούμενος κατὰ τὴν νηπίαν ἡλικίαν *ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον* ὠφελουμένην ἀῤῥήτῳ δυνάμει διὰ τῆς εἰς αὐτὴν ἐπιδημίας τὰ μέγιστα. Ταύτης γὰρ οἱ κατ' *Αἴγυπτον* ἐξαιρέτως ἐδέοντο δεισιδαιμονέστατοι γεγονότες ἁπάντων, ὡς καὶ μέχρι τῆς τῶν ἀλόγων ζώων ἐκπεπτωκέναι λατρείας· ὡς καὶ γυμνῇ κεφαλῇ τὸν τούτων βασιλέα βοᾷν, οὐκ οἶδα τὸν Κύριον. Οὕτως ἀδέσποτόν τε καὶ ἀπρονόητον ἡγοῦντο τὸ πᾶν. Διαπαντὸς δὲ καὶ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὑπῆρχον πολέμιοι. Διὸ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἄγαν αὐτὸν ἡ τούτου προθεσπίζεται γνῶσις, πάσης εἰδώλων ἀσεβείας ἀνῃρημένης. Εἰ δὲ μὴ τὸ, *ἐπὶ νεφέλης* προσέκειτο, ἔδοξεν ἂν ἀσωμάτων [k] λέγεσθαι δυνάμει, καθ' ἣν διέπει τὸ πᾶν, ὑπάρχων ἐν ἅπασιν. Ἐν τῷ κόσμῳ γὰρ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. ὯΙ τρόπῳ καὶ ἐν *Αἰγύπτῳ πρότερον* ἦν. Εἶπεν γὰρ Κύριος πρὸς Μωσέα καὶ Ἀαρὼν ἐν γῇ *Αἰγύπτου*. Καὶ πάλιν ἦν Κύριος μετὰ Ἰωσήφ. Καὶ περιττὸν ὑπῆρχεν ἐπὶ πάσης χώρας ἁρμόσαι δυνάμενον [l]. Ἀλλὰ γὰρ τὴν μετὰ σώματος ἐπιδημίαν ἐδήλωσεν, τοῦτο *νεφέλην* εἰπών. Τάχα καὶ διὰ τὸ κινημάτων ἀπηλλάχθαι γεωδεστέρων, ἐπιθυμίας τε σωματικὰς ὑπερίπτασθαι, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος.

264 corporeisque perturbationibus, qui nec quidquam habuisset [1], superior semper fuerit.

Ἕτεροι δὲ *κούφην* ὑπειλήφασιν εἰρῆσθαι *νεφέλην* τὴν ἁγίαν Παρθένον, ἧς ἐν ἀγκάλαις εἰς Αἴγυ-

VARIÆ LECTIONES.

[h] *γρ.* συγγεγενημένα. [i] *ἴσ.* προσφωνεῖ. [j] *γρ.* ἐφ. [k] *γρ.* ἀσωμάτῳ. [l] *ἴσ. γρ.* ὑπῆρχεν ἂν ἐπὶ πάσης χώρας ἁρμόσαι δύναμιν αὐτοῦ.

Digitized by Google

πτον ἐκομίζετο· ἤγουν φασὶν, ὡς ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ τοῦτον εἶδεν Ἡσαΐας ὑπὸ δυνάμεων θείων ὑμνούμενον. Καὶ παλαιὸν ἡμερῶν ὁ Δανιὴλ ἐπὶ θρόνου καὶ ὡς ὢν [ἀνθρώπου] μετὰ τῶν νεφελῶν ἐρχόμενον. Ἰεζεκιὴλ τε εἶδος ἀνθρώπου ἐξ ἠλέκτρου τε καὶ πυρός. Ἅπερ ἐμφασίν τινα δόξης θεοπρεποῦς καὶ μυστηρίου τοῦ κατὰ Χριστὸν ὑπαινίττεται. Οὕτω καὶ νῦν *τὴν νεφέλην* ληπτέον ἐφ' ὑετοῦ τε καὶ *δρόσου* πνευματικῆς, αὐτοῦ τε τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος. Τοιγαροῦν τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ Παῦλος βεβαπτίσθαι φησὶν ἐν τῇ νεφέλῃ, καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ. Προηγεῖτο δὲ αὐτῶν ἐν μὲν ἡμέρᾳ, νεφέλη· ἐν δὲ νυκτὶ, στύλος πυρός. Εἰ χρὴν[m] οὖν ἐπὶ καθαιρέσει τῶν Αἰγυπτίων θεοπρεπῶς ἰόντα τὸν Κύριον ἐπὶ *κούφης* ὁρᾶσθαι *νεφέλης*, δι' ἧς ἦν καὶ μόνης τῆς εἰδωλολατρείας, ἀποσμήχεσθαι τὰς κηλίδας. *Κούφῃ* δὲ *κούφους* ἐργάζεται τὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἀποθεμένους φορτίον. Ἡ δὲ *κάθισις* ἢ ἀνάπαυσιν, ἤγουν ἐξουσίαν αἰνίττεται. Ἐπαναπαύεται γὰρ οὐ νομικῇ λατρείᾳ Χριστὸς, τῇ δὲ τελειώσει τῇ διὰ τοῦ βαπτίσματος, δι' ἧς καὶ βασιλεύει τῶν ἐπὶ γῆς. Κατορθοῖ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιδημῶν, τὸ[n] σεισθῆναι τούτων τὰ εἴδωλα, ὅτε Θεοῦ μὲν Ἐκκλησίαι καθ' ὅλης Αἰγύπτου καθίδρυντο. Ἐπεσκόπει δὲ ταύτας ἐπιδημῶν ὁ Θεὸς κατὰ τὸ, ὅπου δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰσὶν εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. *Καρδίαν* δὲ *τῶν Αἰγυπτίων* φησὶν *ἠττηθήσεσθαι*, μὴ ἀντιβαινόντων τῷ θείῳ κηρύγματι, τὴν δὲ καλὴν ἧτταν ἡττησομένων. Τινὲς δὲ *καρδίαν* φασὶν εἰρῆσθαι τῶν ἀγαλμάτων τοὺς δαίμονας, οὓς *ἠττηθήσεσθαι*, ἢ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνέας, *τακήσεσθαι* ἀφανεῖ καὶ ἀοράτῳ δυνάμει. Τούτων γὰρ ἡ πλάνη, ἐξ οὗ γεγόνασιν αὐτοῖς Ἐκκλησίαι, κατ' ὀλίγον ἐσβέννυτο. Ἐπεδήμει δὲ ταύταις ὁ Κύριος ἐνδόξῳ σώματι, τὸ[o] ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ὅπερ ἂν εἴη *νεφέλη κούφη* μεταβληθὲν τῆς φθαρτῆς καὶ γεώδους οὐσίας.

A intelligi arbitrentur : vel qua plane ratione ab Isaia cœlestium virtutum hymnis ipse laudari visus est [2] : quo pacto item Antiquus dierum in throno tanquam Filius hominis in nubibus a Daniele venire [3] ; quo denique modo humana specie, electro et igne constante Ezechieli apparere. Quæ quidem ut divinæ gloriæ et arcani in Christo mysterii speciem demonstrant, sic et *nubis* nomen, pluviæ, *rorisque* spiritualis, et salutaris etiam baptismi significationem habet. Indeque est, quod in nube et mari Israelitas, quos die ipso nubes, nocte autem columna ignis anteibat, Paulo teste, baptizatos esse legimus [4]. Dominum igitur oportuit, qui ad purgandos Ægyptios observato divinitatis decoro proficiscebatur, in nube levi, qua sola idololatriæ B sordibus abluerentur, apparere. *Levem* autem ideo dicit, ut, deposito peccatorum onere, agiliores nos fieri intelligas : sicut et *sessione* ipsa vel requiem, vel certe potentiam significari. Neque enim in legis observatione, sed in ea, quæ per baptismum est, perfectione, qua etiam regnat in terris, Christus requiescit. Prospere autem ideo feliciterque Ægyptiis hic cedit adventus, quod eorum idola, quo tempore tota regione propagari Ecclesias contigit, commoveri necessum fuit. Obiisse vero ipsas, et in eis esse Deum versari solitum inde credimus, quod ubicunque duo vel tres ejus nomine congregari animadvertisset eorum in medio futurum se pollicitus sit [5]. Cæterum quod *superatum iri cor Ægyptiorum* dixit, C non divinæ prædicationi reluctaturos, sed pulchra ista utilique ratione in victoriam sese præbituros significavit. Non desunt, qui *cordis* nomine latentes in simulacris dæmonas (quos vel *superari debere*, vel, ut alii interpretantur, ignota quadam et invisibili virtute *tabe confectum iri* aiunt) ideo significari putent, quod ex quo tempore Ecclesias eos habere contigit, eorumdem fraudes excidisse paulatim videamus. **265** Ad eas vero accedebat Dominus suo illo post resurrectionem glorioso corpore (quod *nubes levis*, propter corruptibilem terrenamque substantiam immutatam dici queat) quod cum illis per Ægyptum invisibiliter ferebatur, quibus annuntiabatur.

Ἐφ' ᾧπερ ἀοράτως ὀχούμενος ἐπεδήμει συμπράττων ἐν Αἰγύπτῳ τοῖς αὐτὸν καταγγέλλουσιν. Κἂν ὅτε δὲ παῖς ὢν Αἰγυπτίοις ἐπεδήμησεν, εἴπωμεν ἀῤῥήτῳ δυνάμει, τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ νοητέον ἠσθενηκέναι τοὺς δαίμονας καθῃρημένης αὐτῶν τῆς δυνάμεως. Ὅτε καὶ *ἐπαναστήσονται*, φησὶν, *Αἰγύπτιοι ἐπ' Αἰγυπτίους*. Ἀντὶ δὲ τοῦ *ἐπαναστήσονται*, *ἡττήσω*[p] μὲν Ἀκύλας *Αἰγυπτίους Αἰγυπτίοις· συμβαλῶ* δὲ Σύμμαχος εἰρηκεν· κατὰ τὸ, « Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν. » Οἱ μὲν γὰρ προσέτρεχον, οἱ δὲ ἀντέτεινον τῷ κηρύγματι, ὡς διεστάναι πάντα μὲν *οἶκον*, πᾶσαν δὲ κώμην, καὶ πόλιν, *καὶ χώραν*. *Νομοὺς* γὰρ ἐκάλουν τὰς χώρας. Καὶ ἄλλως δὲ, δαιμόνων *νόμος* λατρείας τῷ κατὰ Χριστὸν ἀντετάσσετο πρὸς αὐτοῦ καθαιρούμενος

Nec male præterea cum puer in Ægypto versatus est, ineffabili quadam præsentia virtutis ejus dæmonas ipsos erepta sibi potestate *superatos fugisse* dicamus, quo tempore etiam in *Ægyptios* ipsos *insurrecturi sunt Ægyptii*. Quo loco *seditionem* quidem *inter Ægyptios* dominum *excitaturum*, D Aquilas ; *in sese* autem *commissurum* dixit Symmachus ; qua ratione idem se, non ut pacem, sed ut gladium in terram mittat, venisse profitetur [6]. Cum enim ad Evangelii promulgationem acclamarent alii, alii contra reluctarentur, eo ventum est, ut *domus* omnis omnisque vicus, omnis etiam civitas, omnis denique *regio*, *νομός* vocabulo hic significata, divideretur. Alio deinde interpretationis modo, et ipsa dæmonum lex de colendis idolis,

[2] Isa. VI, 1-3. [3] Dan. VII, 13. [4] I Cor. X, 2. [5] Matth. XVIII, 20. [6] Matth. X, 34.

VARIÆ LECTIONES.

[m] *gr.* ἐχρῆν. [n] *gr.* τῷ. [o] *gr.* τῷ. [p] *gr.* στασιάσω.

Digitized by Google

Græce *νόμος* appellata, quam dissipato malarum voluntatum consensu in Ægypto abrogavit Dominus, ut *excitandi, in se committendique* verbis significavit) Christianæ repugnabat. Hoc enim demum est, quos duos in tres, et tres in duos dividendos esse legimus. Ideo ergo *Ægyptiorum spiritum turbatum* iri (quod *rumpendi* quidem verbo Symmachus, *dividendi* autem Theodotio, Aquila vero *laxandi* extulerunt), **affirmant.** Quæ certe omnia, dissipato religionis impiæ consilio, in Ægyptiorum utilitatem futura sunt, quo tempore in angustias redacti ad nullum non genus oraculorum et vaticiniorum, sicut ipsis usitatum erat, convertentur. *Vocat* autem *de terra loquentes*, eos qui per mortuos vaticinantur; et *ventriloquos*, qui de suo corde vel inhabitantis in eo vel dæmonis opera loquuntur : quales exsistunt et arioli ipsi, et qui ex viscerum inspectione de futuris pronuntiant, quibus omnibus, eo præcipue tempore cum in Romanorum potestatem venerunt, utebantur. **266** Appellat enim *duros*, tanquam invictum infractumque clade qualibet animum possiderent. Nec vero quo tempore idola peritura sint, reticuit, cum Ægyptiaci regni interitum notavit. Quo enim in Ægyptum tempore salutis ingressa est promulgatio, ab eodem quoque, si non ab ipso potius Salvatoris natali, Cæsare Augusto imperante, regni cœpit abrogatio. Primus enim iste devictam Ægyptum imperio Romano adjecit, quam, qui postea secuti sunt imperatores, missis in regionem ducibus et copiis, sibi servire coegerunt. Nec vero illorum *duritiem* male significavit, cum ferreum imperium eorum, ferreisque unguibus et dentibus præditam feram nominavit [7].

Sequitur deinde : *Et bibunt aquam Ægyptii, quod est juxta mare :* quo loco Aquilas *aquæ a mari absorbentur* interpretatus est, Symmachus autem, *exterminabuntur*. Significatur vero per *mare* ipsa Ægyptiorum multitudo, quo pacto gentes multas antea, tanquam mare fluctibus agitatum dixit. Quo deinde loco de radice Jessæ disseruit, et mare Ægypti desertum se redditurum minitantem Dominum introduxit. Hujus quoque amplitudinem et Jeremias ipse locustis et saltui comparavit, ubi ait : « Succidite saltum ejus, dicit Dominus, quia non supputabitur, quia multiplicabit super locustam, et non est eis numerus [8]. » Ad quod *desiturum fluvium* dixit, de regno certe, non aliter quam antea (cum de radice Jessæ sermo esset) in ejus fluvios immissurum manum, cæteraque alia, Dominum monuit, intellexit. Et mox etiam *desiturum fluvium, omnemque aquæ congregationem aridam futuram* adjecit. Quod autem cum *principe fluvio et fossas* etiam *defecturas* dixit, cum regno ipso et *principes* etiam sigillatim perituros demonstravit, ipsas quoque militares copias *congregationis* nomine significans. Neque sane ab istis discrepant

λυομένης Αἰγύπτῳ [q] τῆς ἐπὶ κακῷ συμφωνίας, δ δηλοῖ μάλιστα τὸ, *στασιάσω καὶ συμβαλῶ*. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, ἔσονται μεμερισμένοι δύο ἐπὶ τρεῖς, καὶ τρεῖς ἐπὶ δυσίν. Διὸ καὶ *ταραχθήσεται τὸ Πνεῦμα τῶν Αἰγυπτίων*, φησὶ, κατὰ Σύμμαχον δὲ *ῥαγήσεται*, *σχισθήσεται* δὲ κατὰ Θεοδοτίωνα. Κατὰ δὲ Ἀκύλαν *πλαδαρωθήσεται*. Ἃ δὴ πάντα ἐπὶ προκοπῇ τῶν Αἰγυπτίων γενήσεται, διασχεδαννυμένης τῆς δεισιδαίμονος ἐκείνων βουλῆς, ὅτε καὶ ἀποροῦντες κατὰ τὸ σύνηθες αὐτοῖς ἐπὶ χρησμοὺς καὶ μαντείας διαφόρους τραπήσονται. Ἐκ γῆς δὲ *φωροῦντας* τοὺς νεκρομάντεις φησίν. Ἐγγαστριμύθους δὲ, τοὺς ἐκ τῆς αὐτῶν καρδίας, ἢ δαίμονος τοῦ ἐνοικοῦντος ἐρευγομένους, ὥσπερ οὖν καὶ γνώστας, τοὺς σπλαγχνοσκοποῦντας ἐκάλεσεν. Μάλιστα δὲ ταύταις τῶν Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐπιόντων ἐκέχρηντο. Τούτους γὰρ *σκληροὺς* ὡς ἀνικήτους, καὶ πρὸς πᾶσαν ἧτταν ἀνενδότους καλεῖ. Δηλοῖ δὲ διὰ τούτων τῆς τῶν εἰδώλων καθαιρέσεως τὸν καιρὸν, τῆς τῶν Αἰγυπτίων βασιλείας ἐκβαλλομένης. Συνεισῆλθε γὰρ τῷ σωτηρίῳ κηρύγματι καὶ ἡ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέων καθαίρεσις· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῇ τῇ τοῦ Σωτῆρος γεννήσει ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος γενομένη. Δυνατὸς γὰρ ὢν οὗτος βασιλεὺς τὴν Αἴγυπτον πρῶτος τοῖς Ῥωμαίοις ὑπέταξε. Μεθ' ὃν ὁμοίως οἱ Ῥωμαίων ἅπαντες κραταιοὶ βασιλεῖς κατεδουλοῦντο τὴν Αἴγυπτον, στρατιωτικοὺς αὐτοῖς ἐκπέμποντες ἄρχοντας. Ὧν τὸ *σκληρὸν* ἐδήλωσε Δανιὴλ, σιδηρᾶν αὐτῶν τὴν βασιλείαν εἰπών. Καὶ θηρίον ἔχον ὀδόντας σιδηροῦς, καὶ ὄνυχας σιδηροῦς.

Οἷς ἐπιφέρεται· *Καὶ πίονται ὕδωρ Αἰγύπτιοι τὸ παρὰ θάλασσαν*. Ἀνθ' οὗ φησιν Ἀκύλας, *Ἀναποθήσεται ὕδατα ἀπὸ θαλάσσης*. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *Ἀφαρισθήσεται*. Τροπικῶς δὲ *θάλασσα*, τὸ ταραχῶδες πλῆθος τῶν Αἰγυπτίων [r] διὸ καὶ ἀνωτέρω τὰ πολλὰ ἔθνη ὡς θάλασσαν ἔφη κυμαίνουσαν. Καὶ ἐν οἷς περὶ τοῦ ἐκ ῥίζης Ἰεσσαὶ διελάμβανεν, ἔλεγε· καὶ ἐρημώσει Κύριος τὴν θάλασσαν Αἰγύπτου. Ταύτης δὲ τὸ πλῆθος καὶ Ἱερεμίας ἀκρίσιν ἀπείκασε καὶ δρυμῷ, λέγων· « Ἐκκόψατε τὸν δρυμὸν αὐτῆς, λέγει Κύριος, ὅτι οὐ μὴ εἰκασθῇ, ὅτι πολὺ πληθυνεῖ ὑπὲρ ἀκρίδα, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀριθμός. » Ἡ δὲ τοῦ *ποταμοῦ ἐκλείψις*, τῆς βασιλείας ἐστὶ σημαντικὴ, ὡς κἂν τοῖς περὶ τοῦ ἐκ ῥίζης ἔφασκεν Ἰεσσαὶ, καὶ ἐπιβαλεῖ Κύριος τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ εἴρηται, *Ὁ δὲ ποταμὸς ἐκλείψει, καὶ ξηρανθήσεται πᾶσα συναγωγὴ ὕδατος*. Μετὰ δὲ τὸν *πρῶτον ποταμὸν*, καὶ ἑτέρους *ἐκλείψειν* φησὶ καὶ *τὰς διώρυγας*, μετὰ τῆς βασιλείας καὶ *τοὺς ἄρχοντας* τοὺς κατὰ μέρος δηλῶν. *Συναγωγὰς* δὲ τὰς πολεμικὰς αὐτῶν δυνάμεις ἐκάλεσε. Καὶ Ἰεζεκιὴλ δὲ συνῳδὰ τούτοις φησί· Τάδε λέγει Κύριος· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ σὲ Φαραὼ τὸν ἄρχοντα τὸν

[7] Dan. II et VII. [8] Jerem. XLVI, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[q] *γρ.* Αἰγύπτου. [r] *Ισ. λ.* λέγεται.

Digitized by Google

μέγαν, τὸν καθήμενον ἐν μέσῳ τῶν ποταμῶν αὐτοῦ.» Μεθ' ὃ καὶ φησι· « Προσκολλήσω τοὺς ἰχθύας τοῦ ποταμοῦ πρὸς πτέρυγάς σου. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Καὶ ἐκχενώσουσι πάντες τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον, καὶ πλησθήσεται ἡ γῆ τραυματιῶν. Καὶ δώσω τοὺς ποταμοὺς αὐτῶν ἐρήμους. » Καὶ πάλιν· « Ἐξεράτιζες τοῖς ποταμοῖς σου, καὶ κατεπάτεις τοὺς ποταμούς σου. »

Καὶ Ἱερεμίας δέ φησι· « Τίς οὗτος ; ὡς ποταμὸς ἀναβήσεται, καὶ ὡς ποταμοὶ κυμαίνουσιν ὕδωρ. Ὕδατα Αἰγύπτου [ὡς ποταμὸς ἀναβήσεται].» Δι' ὧν δηλοῦται τὰ πλήθη τῶν παρ' αὐτοῖς στρατευομένων, ὧν μέσων ἐγκαθήμενον τὸν δράκοντα [a] εἰκὸς ἦν μεγαλαυχεῖν. Ἰχθύας δὲ τοὺς ὑποκειμένους τοῖς κατὰ μέρος νοήσομεν ἄρχουσιν. Ἐξεράτιζε δὲ τοῖς ὑπ' αὐτῷ στρατευομένοις οὓς [b] καὶ καταπατεῖν αὐτὸν ἔφη τυραννικῶς δυναστεύοντα. Τροπικῶς γάρ φασιν ἀνάγκη ταῦτα νοεῖν, ὡς καὶ τὸ πρόσθεν ῥηθὲν ἔθνος ἀνέλπιστον καὶ καταπεπατημένον, οὗ οἱ ποταμοὶ διήρπασαν τὴν γῆν. Εἰ μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις καὶ ἀνθρώπων ἀφανισμὸν ἐπῆγεν ἡ προφητεία, οὐδὲν ἐλείπετο ζητεῖν. Ἀκόλουθον γὰρ ἦν καὶ τὰ ζῶα πᾶσι τοῖς ὕδασι συναπόλλυσθαι. Νῦν δὲ μετὰ τὴν τῶν *ὑδάτων* ἀπώλειαν, πολυπληθίας ἐσομένης κατ' *Αἴγυπτον* μέμνηται, καὶ ὡς ἔσται θυσιαστήριον Κυρίῳ, ἐν ᾧ θύσειν τοὺς Αἰγυπτίους [φησί]. Καὶ πῶς ἐγίνοντο [c], εἰ τὸ ὕδωρ ἅπαν ἐξέλιπεν ; ὅθεν τροπικῶς νοητέον ταῦτα σημαίνοντα τῶν Αἰγυπτίων τὴν βασιλείαν καὶ τὰ πλήθη τῆς μαχίμου δυνάμεως. Ἄλλοι δὲ ῥητῶς τὰ προειρημένα νοοῦντές φασιν, ὡς Οὐασπασιανὸς τὴν Ἰουδαίαν ἑλὼν κατ' Αἰγυπτίων ἐστράτευσε. Καὶ Θεὸς αὐτῷ κατὰ πάντα ποιήσας, *πᾶσαν ὑδάτων συναγωγὴν ἀπεξήρανεν*, ὡς *ὑδάτων* ἐνδεία, τοῖς παρ' αἰγιαλὸν ὀρύγμασιν πότιμον πῶς ὕδωρ Αἰγυπτίους ζητεῖν, δι' ὧν τὸ τῆς θαλάσσης διηθούμενον ὕδωρ ποτιμώτερον γίνεται. Τότε φασὶν εἰς Αἴγυπτον ἐλθεῖν καὶ τοὺς τὸ σωτήριον κήρυγμα διαγγέλλοντας. Τῶν δὲ τὴν Αἴγυπτον οἰκούντων οἱ μὲν τὰ πεδία, οἱ δὲ τὰ ἕλη κεκλήρωνται, οἵπερ ἕλειοι καὶ βούκολοι διὰ πλῆθος τῶν παρ' αὐτοῖς γινομένων βοῶν ὀνομάζονται. Χρῶνται δὲ οὐ σίτῳ καὶ οἴνῳ τούτων ἀποροῦντες, *ἰχθύσι* δὲ καὶ γάλακτι καὶ ζύψῳ [d] καὶ τοῖς ἐξ ἑλῶν ἁπαλοῖς τεμνομένοις οἷ καὶ *τὸ λινὸν ἐργαζόμενοι τὸ σχιστόν*. Ὧν ἔνδεια, φησί, πάντων ἐκλελοιπότων τῶν ὑδάτων γενήσεται.

Οἱ δὲ τὴν πρώτην ἐκδεδωκότες ἐξήγησιν, καὶ τοῦτον αὖθις ἀλληγοροῦσι τὸν τρόπον. Νόει *ποταμὸν* λέγοντες καὶ τὴν πάλαι παρ' Αἰγυπτίοις φιλοσοφίαν ἀκμάζουσαν. Εἴρηται γάρ, καὶ ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, ἧς λόγος ἔρρει πολύς. Οὗ μέρη καὶ *ποταμοὶ* καὶ *διώρυχες* τῶν καθ' ἕκαστον παρ' αὐτοῖς μαθημάτων οἱ λόγοι, ἐξ ὧν ἐφύοντο οὐκ

A quæ in hæc verba apud Ezechielem legimus, « Ecce ego contra te Pharao, princeps magne, qui cubas in medio fluminum tuorum [9]. » **267** Deinde adjicit : « Agglutinabo pisces fluvii alis tuis [10]. » Rursum post nonnulla : « Et stringent omnes gladios suos in Ægyptum, terraque vulneratis implebitur, et dabo fluvios eorum desertos [11]. Et rursum : « Insultabas fluviis tuis, fluviosque tuos conculcabas [12]. »

Et apud Jeremiam : « Quis iste ? tanquam fluvios ascendet, et tanquam fluvii inundant aquam. Aquæ Ægypti tanquam fluvius ascendent [13]. » Quibus certe verbis militares copias innuit ; quarum in medio cum princeps sederet, extulisse se, et superbisse par est. Pisces autem cum nominat, B suis quosque ducibus subjectos milites intelligit, in quos ita insultasse significat, ut eos præ sævitia et crudelitate pedibus conculcare non dubitaverit. Tropice porro et ista, sicut illud prius : Gens infidelis et conculcata, cujus fluvii terram diripuerunt, intelligi volunt. Si istis ergo et hominum interitum prophetia adjecisset, nihil amplius, quod postulares reliquisset. Sequebatur enim, ut cum aquis omnibus et animalia etiam ipsa simul interirent. Nunc vero post *aquarum* interitum, magnæ etiam in *Ægypto* futuræ multitudinis, imo altaris etiam, in quo Domino sacra facturi sint, meminit. Verum qui fiat, si aqua omnis deficiat ? Hinc ergo Ægyptiorum imperium et bellici exercitus amplitudinem C tropice ista nobis innuere arbitramur. Alii plane ad Vespasiani tempora referri arbitrantur, quibus armis Ægyptum occupavit : cui quidem ita per omnia favit Dominus, ut *omni dessiccata aquarum congregatione*, propter earum penuriam, fossas ipso in littore, in quas marinæ receptæ mora aliqua potui aptiores evaderent, Ægyptios conficere, itaque aquam quærere necesse fuerit ; eoque maxime tempore salutaris nuntii præcones in Ægyptum penetrasse. Quia vero eorum, qui in Ægypto degunt, agros quidem alii, alii autem paludes incolunt, ob id palustres alios, alios autem armentarios, a boum, quibus abundant, copia, nominari. Neque vero pane et vino, qui illis careant, sed *piscibus*, lacteque, et *zytho*, cæterisque tenellis D aliis quibuscunque possunt, per paludes in cibum refectis, vesci, *linumque fissile operari* : quorum omnium, deficientibus **268** aquis, summam fore penuriam significat.

Verum qui primam attulerunt explicationem, et istum rursus allegoriæ sensum proponunt. Intellige, aiunt, *fluvii* nomine, veterem illam, quæ apud Ægyptios olim viguit, philosophandi rationem. Nam et Mosen ipsum universa Ægyptiorum sapientia, fama apud omnes celebri, instructum fuisse legimus, cujus partes *fluviorum et fossarum* appella-

[9] Ezech. xxix, 3. [10] ibid. 4. [11] ibid. 10. [12] Ezech. xxxii, 2. [13] Jerem. xlvi, 7, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *γρ.* ἄρχοντα. [b] *γρ.* ὡς. [c] *γρ.* γένοιτο. [d] *γρ.* ζύθῳ.

Digitized by Google

tione designatæ, ipsi sunt, qui de singulis disciplinis apud eos habentur libri ; ex quibus nec olea, nec vitis, nec rerum necessariarum utiliumve quidquam, sed *calamus* tantum, *juncusque et papyrus* producantur. Dicitur et draco, quem fecit, ut illuderet ei, apud Jobum [14], juxta *papyrum, et calamum*, et batonium, cubile suum ponere. Vocavit vero et Ezechiel Pharaonem draconis nomine. Merito igitur ut apud istos draco ille Ægyptius, ejusque cesset philosophia, peregrinatur Dominus, qui illa præsentia sua tollit, in eorumque locum recentium aquarum salutarem potum (quo de prius intellexit, cum hausturos aquas de fontibus Salvatoris dixit) et pro *flumine* flumen, cujus impetus civitatem Dei lætificet, reponere consuevit. Vides ergo ut in Ægyptiorum utilitatem ista prædicentur? Atque inde est, quod interpretes Septuaginta, *et bibent Ægyptii aquam juxta mare : fluvius* autem *deficiet*, reddiderunt. Quibus enim nihil Ægyptiacæ aquæ supersit, cum sit ad potum marina inutilis, novum aliud aquæ genus annuntiatur. Sed enim cum Ægyptiacæ aquæ defecerint, tum illi demum *lugebunt*, quibus pisces, id est hominum animas, venari usitatum fuerat ; quia illis plane repugnent, qui piscatores hominum ut fierent, a Domino vocati sunt [15]. Sua enim illi philosophia et incantatione deceptas animas, verborum involucris, tanquam *retibus* contraria ejus omnino *sagenæ* ratione, quæ in mare missa omne piscium genus amplectitur, regnumque cœlorum, et homines ipsos significat [16], involvebant. *Lugeant* ergo qui eas artes sibi per Christi adventum ablatas esse vident, juxta illud : « Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam **269** prudentium destruam [17]. » *Et confusio apprehendet eos, qui operantur linum*, id est, qui non solidam et firmam, sed præfractam et minime cohærentem rationem sequuntur. *Et byssus* deinde *Ægyptiorum fluvio irrigabatur*. Lugebunt itaque rerum istarum opifices, quando non sibi amplius ad amictum, suæque sapientiæ ornatum, telas istas, quibus falsa verborum lenocinio, tanquam velis obtegere solebant, suppetere deprehendent. Cum his *lugebunt* et illi, qui *adulterinum vinum*, non quod *ex vite* nasci solet, effecerunt. Quæ certe omnia cum ab Ægypti fluvio suppeditari alius propheta cerneret, ita verbis avertere conatus est, cum ait : « Quid tibi cum Ægypti terra, ut bibas aquam Geon [18] ? » Quæ autem deinceps sequuntur, et *principibus* obscuris, qui magnis et illustribus civitatibus, *Tani* videlicet, et *Memphi* insidiabantur, prædicuntur. . . .

A ἐλαία καὶ ἄμπελος, οὐκ ἀναγκαῖον ἢ κάρπιμον οὐδὲ ἕν, *κάλαμος* δὲ *καὶ ἄχι, καὶ πάπυρος*. Ὁ δὲ δράκων, ὃν ἔπλασεν ἐμπαίζειν αὐτῷ, παρ' Ἰὼβ λέγεται κοιτάζεσθαι παρὰ *πάπυρον* καὶ *κάλαμον* καὶ βούτομον. Καὶ Ἰεζεκιὴλ δὲ τὸν Φαραὼ κέκληκε δράκοντα· Ἵν' οὖν ἐκλείπῃ ταῦτα, δράκων τε Αἰγύπτιος, καὶ ἡ τούτου φιλοσοφία, Κύριος εἰκότως τούτοις ἐπιδημεῖ, ταῦτα μὲν παύων τῇ παρουσίᾳ, ἀντιδοὺς δὲ ποτὸν καινῶν ὑδάτων σωτήριον, περὶ οὗ πρόσθεν ἐλέγετο, καὶ ἀντλήσετε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. Καὶ ἀντὶ *ποταμοῦ* ποταμὸν, οὗ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. Ὁρᾷς ὡς ἐπὶ ὠφελείᾳ ταῦτα τῶν Αἰγυπτίων θεσπίζεται ; Διὸ κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα λέγεται· τὸ, *πίονται οἱ Αἰγύπτιοι τὸ ὕδωρ τὸ παρὰ θάλασσαν*.

B Ὁ δὲ *ποταμὸς ἐκλείψει*. Μὴ ὑφεστῶτος γὰρ ὕδατος Αἰγυπτιακοῦ, μηδὲ ποτίμου τοῦ θαλαττίου τυγχάνοντος, καινὸν ὕδωρ αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται. Ἀλλὰ γὰρ ἐκλειπόντων τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑδάτων, οἱ θηραταὶ τῶν ἰχθύων, δηλαδὴ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, *πενθήσειν* λέγονται τυγχάνοντες ἐναντίοι τοῖς, πρὸς οὓς ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· Δεῦτε, καὶ ποιήσω ὑμᾶς *ἁλιεῖς* ἀνθρώπων. Ἐκεῖνοι γὰρ διὰ τῆς παρ' αὐτοῖς φιλοσοφίας καὶ γοητείας, τὰς ψυχὰς ἐδελέαζον οἱονεὶ *σαγήνῃ*, ταῖς τῶν λόγων πλοκαῖς συλλαμβάνοντες. Ἐναντία δὲ ταύτῃ *σαγήνῃ* περὶ ἧς εἴρηται· ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ συλλαβούσῃ ἀπὸ παντὸς γένους ἰχθύων. Τὸν λόγον τὸν περὶ τῆς βασιλείας τῆς παραβολῆς καὶ ἰχθύας τοὺς ἀνθρώπους ὑποδηλούσης. *Πενθοῦσιν*

C οὖν, ὡς μηκέτι διὰ τὸν παύσαντα Χριστὸν ἔχοντες ἐργασίαν, κατὰ τὸ, « Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. » *Καὶ* [x] *τοὺς ἐργαζομένους τὸ λίνον*, οὐ τὸ στέρρον καὶ ἀρραγὲς, ἀλλὰ τὸν λόγον τὸν διερρωγότα καὶ ἐσχισμένον. Καὶ *βύσσος δὲ τοῦ τῶν Αἰγυπτίων ἠρδεύετο ποταμοῦ* [y]. Οἱ τοίνυν τούτων ἐργάται στενάξουσιν, ὅτε μηκέτι αὐτοῖς πρὸς περιβολὴν, καὶ κόσμον τῆς παρ' αὐτῶν σοφίας εὐπορεῖτο τὰ τούτων ὑφάσματα λόγοις τὸ ψεῦδος καλύπτουσιν ἀπατηλοῖς τε καὶ πιθανοῖς. Μεθ' ὧν *στενάξουσι* καὶ οἱ *τὸν κόθορνον οἶνον*, οὐ τὸν ἐξ *ἀμπέλου* κατασκευάζοντες. Ὧν δὴ πάντων χορηγὸς ὁ Αἰγυπτιακός ἐστι ποταμὸς, οὗ ἀποτρέπων ἕτερος προφήτης φησί· Τί σοι καὶ τῇ γῇ

D Αἰγύπτου τοῦ πιεῖν ὕδωρ Γηών ; Τὰ δὲ τούτων ἑξῆς περὶ ἀφανῶν *ἀρχόντων* προλέγεται, οἳ ταῖς περιφανέσι καὶ μεγίσταις ἐφέδρευον πόλεσι, τῇ τε *Τάνει* καὶ *Μέμφει*.

270 VERS. 16-25. *Die illa erunt Ægyptii tanquam mulieres in timore, et tremore, a facie manus Domini Sabaoth, quam ipse immittet. Et erit regio Judæorum Ægyptiis in terrorem. Quicunque eam no-*

[ις'-κε'.] *Τῇ δὲ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔσονται οἱ Αἰγύπτιοι ὡς γυναῖκες, ἐν φόβῳ, ἐν τρόμῳ, ἀπὸ προσώπου τῆς χειρὸς Κύριου Σαβαὼθ, ἣν αὐτὸς ἐπιβαλεῖ αὐτοῖς. Καὶ ἔσται ἡ χώρα τῶν Ἰουδαίων τοῖς Αἰγυπτίοις*

[14] Job XL, 10 seqq. [15] Matth. IV, 19. [16] Matth. XIII, 47. [17] Isa. XXIX, 14 ; I Cor. I, 19. [18] Jerem. II, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[x] *J.* αἰσχύνη λήψεται. [y] γρ. τῷ τῶν Αἰγυπτίων ἠρδεύετο ποταμῷ.

Digitized by Google

εἰς φόβητρον. Πᾶς ὃς ἐὰν ὀνομάσῃ αὐτὴν αὐτοῖς, φοβηθήσονται διὰ τὴν βουλὴν ἣν βεβούλευται Κύριος ἐπ' αὐτούς, κ. τ. λ.

. . . ἐν κρίσει τοὺς θλίβοντας μετερχόμενος. Τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ καὶ γνώσονται τὸν Κύριον ἐν τῷ τῆς θλίψεως καιρῷ, ὃν ἡμέραν ἐκάλεσε. Τινὲς δὲ πρὸς αὐτὴν ὅλως τὴν ἐπιδημίαν τὸν λόγον ἐξέλαβον. Τῆς γὰρ ἀνθρωπίνης φύσεως ὑπὸ τῶν δαιμόνων τυραννουμένης, φορτίῳ τε κακῶν συνεχομένης πολλῷ, ὡς αὐτοῦ βοῶντος τοῦ πράγματος, Θεὸς τὸ γένος ἠλέησεν. Οὕτω γὰρ λέγεται καὶ αἷμα τοῦ Ἄβελ βοᾷν, τὴν ἀτοπίαν τοῦ πράγματος βδελυξαμένου Θεοῦ. Πῶς γὰρ ἐκάλουν, φασὶν, ὃν ἠγνόουν τὸ πρότερον, ἀλλ' ἢ δι' ὧν ἔπασχον μόνον, ὅτε καὶ τὸν Λόγον αὐτοῖς ἐν ἀνθρωπείᾳ πέμπει μορφῇ; *Καὶ σέσωκε κρίνων*, τοῦτ' ἔστι δικαίαν ἐπ' αὐτοῖς ἐκφέρων τὴν κρίσιν, σειραῖς ζόφου τοὺς θλίβοντας παραδούς. Διό φησιν αὐτός· Νῦν κρίσις ἐστὶν τοῦ κόσμου τούτου· νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. Οὕτω Χριστὸς *ἐδίκασε* τυράννῳ καὶ κόσμῳ, εἵλκυσέν τε καὶ *τοὺς Αἰγυπτίους* πρὸς ἑαυτόν· ἀνθ' ὧν χαριστηρίους *θυσίας* ἐκτελοῦσιν ἐπαγγελλόμενοι, μέχρι τε παντὸς τοῖς τῆς πίστεως ἐναθλοῦσιν ἀγῶσι κατὰ τό· « Εὔξασθε καὶ ἀπόδοτε. »

Ἐπιστῆσαι δὲ τὸν νοῦν ἀνάγκαῖον, ὡς καινοῦ νόμου καὶ Καινῆς Διαθήκης παρίστησιν ὁ λόγος εἰσαγωγήν. Μωσέως γὰρ ἀπαγορεύσαντος ἐκτὸς, Ἱερουσαλὴμ μὴ δεῖν γενέσθαι *θυσιαστήριον*, καὶ τὴν τοῦ Λευῖ μόνην ἱερατεύειν φυλὴν ἐπιτάξαντος, πῶς ἡ προφητεία *θυσιαστήριον ἐν Αἰγύπτῳ* καθίστησιν, ἱερέας τε Θεοῦ τοὺς Αἰγυπτίους γενέσθαι φησί; Κατὰ δὲ τὸν Ἀπόστολον, μετατιθεμένης ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. Μετὰ δὲ τὰ εἰρημένα φησὶν ὁ προφήτης· *Καὶ πατάξει Κύριος τοὺς Αἰγυπτίους πληγῇ, καὶ ἰάσεται αὐτούς.* « Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει. Μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. » *Πληγὴν* οὖν *ἐπάγει τοῖς Αἰγυπτίοις*, ὅτ' ἂν τύχωσι τούτου δεόμενοι, μὴ μηκύνων αὐτοῦ τὴν ὀργήν. Τινὲς δέ φασιν ὡς *πληγὴν* καλεῖ τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις δουλείαν, δι' ἧς αὐτοὺς ἴάσατο, πάροδον εἰς αὐτοὺς παρασχὼν τῷ σωτηρίῳ κηρύγματι. Πρότερον γὰρ οὐκ ἦν ἐπιφοιτᾶν ἀμίκτως διακειμένοις. Πλὴν ὠφελείᾳ, καὶ οὐ θυμῷ *πληγὴν ἐπάγει* Θεός. Ὅπερ εἰδότες οἱ προφῆται φασι· « Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν θυμῷ. » Καὶ πάλιν· « Ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν. » Καὶ τῇ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγῇ φησιν· Ἐν πόνῳ καὶ μάστιγι παιδευθήσῃ, Ἱερουσαλήμ. Μεθ' ἃ φησι· *Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ*, κατὰ τὸν αὐτὸν δηλονότι καιρὸν, *ἔσται ὁδὸς Ἀσσυρίοις πρὸς Αἰγυπτίους*, οὕτω λέγων κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν, τούς τε Συρίαν καὶ Μεσοποταμίαν οἰκοῦντας, οἳ τοῖς Αἰγυπτίοις πολέμιοι διετέλεσαν, ὅτε πρὸ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἰδίοις βασιλεῦσιν ἐκέχρηντο·

A *minaverit ipsis, expavescent propter consilium quod consuluit Dominus in eos*, etc.

. . . in judicio supplicium de *opprimentibus* sumens. Hoc enim pacto, id est, ipso afflictionis tempore, quod *diei* nomine significavit, Dominum agnoscent. Sunt autem nonnulli, qui ad ipsam omninò incarnationem locum referri existiment. Cum enim in homines tyrannidem exercerent dæmones, malorumque onere gravissimo, ut rebus ipsis patuit, premerentur, eorum tandem misertus est Dominus. Ita siquidem et Abelis sanguis indignum facinus abominante Deo, clamare dicitur [19]. Qui enim aiunt, cum invocassent, **271** quem antea ignorabant; nisi iis tantum adducti, quæ misso B in hominis forma Verbo passi sunt? *Et salvavit judicans*; id est, justa sententia tenebrarum catenis eos a quibus opprimebantur, tradidit. Atque hoc est, quod jam adesse mundi hujus judicium, jamque ejusdem principem foras expulsum iri dixit [20]. Sic igitur tyrannum et mundum Christus *judicavit*; sic denique *Ægyptios* omnes ad se ipse pertraxit. In quorum memoriam premissis gratiarum *hostiis*, fideique in perpetuum certaminibus defuncti (juxta illud, quo vovere, votaque persolvere monetur [21]) certamen ineunt.

[60] IV Reg. xxv, 6 seqq.; Jerem. xxxix, 5 seqq. [61] Psal. xliii, 7. [62] ibid. 8. [63] Jerem. iii, 6. [64] Jerem. ii, 27. [65] Jerem. vii, 16,18. [66] Eccle. x, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[f] σταῖς. [g] *al.* τὸ δεικνύς. [h] *gr.* εἰσδύντες.

Digitized by Google

Καὶ ἴδοσαν, φησίν, *ὅτι πλείους εἰσίν*. Πρὸς τοὺς οἰομένους ὅτι καὶ μόνοι τῶν πολεμίων ἐπικρατήσουσιν· μὴ γὰρ ἂν διὰ τοσαύτης ὁδοῦ πολύ τι πλῆθος πολεμίων ἐλθεῖν. Ἤγουν, ἐπειδὴ τὸ κατὰ τὴν πόλιν ὕδωρ μὴ νομίσαντες ἀρκέσειν αὐτοῖς; [i] *ὡς δὴ πλείοσιν* ὑπάρχουσιν Ἰουδαῖοι, ἐστοχάσαντο δὲ [j] *τὰς οἰκίας* κατὰ Σύμμαχον *ἀριθμήσαντες*, [k] *τὸ τῆς ἀρχαίας κολυμβήθρας ὕδωρ εἰς τὴν πόλιν μετοχετεύσαντες*, Θεῷ μὲν οὐ προσεῖχον, *ἀνθρωπίναις* δὲ *παρασκευαῖς* ἐπεποίθεσαν. Ὡς ἐν ἤθει γὰρ αὐτοῖς ὀνειδίζων φησίν, ὅτι δὴ πρὸς τὸ πλῆθος ἑαυτῶν, *τὸ ὕδωρ* συνεμετρήσαντο πρὸς τὴν πολιορκίαν οὕτως ἀρκέσειν οἰόμενοι, κἂν εἰς χρόνον ἐκτείνοιτο, καὶ *τὰς οἰκίας* καταλύοντες ἀσφαλέστερα *τὰ τείχη* κατεσκευάζοντο· δέον εἰς Θεὸν ὁρᾷν καὶ τὴν πόλιν ποιήσαντα, καὶ τεῖχος ταύτῃ γενόμενον. « Ὄρη γάρ, φησὶ, κύκλῳ αὐτῆς, καὶ Κύριος κύκλῳ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. » Τοῦτο καὶ διὰ προφήτου φωνῆς ἐπαγγέλλεται· « Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει Κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, καὶ εἰς δόξαν ἔσομαι ἐν μέσῳ αὐτῆς. » Εἶτά φησιν, ὡς κινδύνων αὐτοῖς ἐκ Θεοῦ τοσούτων ἐπικειμένων, δέον αὐτὸν εὐμενίζεσθαι πάσῃ σπουδῇ· οἱ δὲ [l] πρὸς ἀπόγνωσιν ἐλθόντες ἐπανηγύριζον κατὰ τό· « Ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς πλῆθος κακῶν, καταφρονεῖ. » Τοιγαροῦν πεπόνθασιν εἰς τέλος ἅπερ ἔδει πρὸς ὀλίγον αὐτοὺς παθεῖν τὸν Θεὸν ἱκετεύοντας μετὰ δακρύων καὶ πένθους, καὶ τὰ τοῦ Δαβὶδ ἀνακράζοντας· « Ἴδε τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ τὸν κόπον μου, καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου. » Τοῖς γὰρ ταῦτα ποιοῦσι καθὰ Μιχαίας [m] φησί· « Ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων ἐστὶ, μακρόθυμος καὶ πολυέλεος καὶ μετανοῶν ἐπὶ κακίαις » [n] ἐπὶ τούτοις. Τὴν προκειμένην δὲ ῥῆσιν οὕτω τινὲς ἐξηγήσαντο, ὡς μὴ προσωπολήπτης ὁ Κύριος τὸν περὶ τῆς Σιὼν λόγον ἐν μέσοις τοῖς κατὰ τῶν ἀλλοφύλων ἐλέγχοις ἐνέθηκεν, ὡς ἀλλοφύλοις τοῖς Ἰουδαίοις χρησάμενος, πρὸς οὓς φησι δι' Ἀμώς· « Οὐχ ὡς υἱοὶ Αἰθιόπων ὑμεῖς ἐστέ μοι, λέγει Κύριος, οὐ τὸν Ἰσραὴλ ἀνήγαγον ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ τοὺς ἀλλοφύλους ἐκ Καππαδοκίας, καὶ τοὺς Σύρους ἐκ βόθρου; Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ πάσας τὰς βασιλείας τῆς γῆς. » Ὅθεν νῦν τὴν παντελῆ τούτων ἀποβολὴν παριστῶν, τοῖς ἀλλοφύλοις αὐτοὺς ἐγκατέλεξεν. Ὃ καὶ δηλοῦται διὰ *τῆς φάραγγος*. Οὐ γὰρ ὁπλῶς εἶπε *Σιὼν*, ἀλλὰ *φάραγγα*, τὴν πτῶσιν δηλῶν τὴν ἐξ ὕψους τοῦ θεοσεβοῦς πολιτεύματος καὶ ἐν κοιλάσι καὶ βάθει τῆς κακίας κειμένους αὐτοὺς αἰνιττόμενος.

Et viderunt, ait, *quod plures sunt*; quæ verba ad eos referuntur, qui se solos hostibus esse posituros credebant, cum tam longo itinere tantas hostium copias accedere posse non arbitrarentur. Vel ideo hæc dicit, quod cum aquam in urbe existentem minime sibi Judæi (qui *numerosiores*, *essent*) sufficere posse conjicerent, *Numeratis* secundum Symmachum, *Domibus*, *piscinæ veteris aquam in urbem derivare*, humanæ potius quam divinæ opi confidentes, ausi sunt. Tanquam enim graviter ferens *aquam* non ad suam ipsos tantum multitudinem commensurasse, quo posset ad obsidionis longioris tempus satis esse; sed dirutis etiam *domibus muros* urbis munivisse exprobrat; cum in Deum unum potius, urbis atque murorum conditorem intueri decuisset. « Montes enim, ait, in circuitu ejus, et Dominus in circuitu populi sui [67]. » Quod vel prophetæ voce patuerit, qui ait: « Ego ei, dicit Dominus, ero murus ignis in circuitu et in gloriam in medio ejus [68]. » Addit deinde tantis in eos ingruentibus a Deo periculis, cum omni cura eumdem placare debuissent, tanquam desperata salute luxu diffluentes esse feriari solitos, juxta illud: « Cum venit impius in malorum multitudinem, contemnit [69]. » Itaque senserunt tandem, quæ ipsos merito non ita multum postea pati decuit, cum Deum supplices non sine lacrymis voce Davidis ita inclamarent: « Vide humilitatem meam, et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea [70]. » Est enim in eos, Joele auctore, qui ista faciunt « benignus et misericors, patiens et multæ miserationis, quique pœnitentia super malo ducatur [71], » cæteraque quæ sequuntur. Neque vero desunt, qui proposita verba ita explicent, ut Dominum, quia personarum discrimine non ducatur, Judæisque pariter atque externis utatur, sermonem de Sione mediis alienarum gentium reprehensionibus inseruisse velint: ei hoc nomine etiam in eos hæc Amos prophetæ verba exsistere: **289** « Nunquid tanquam Æthiopum filii estis mihi? ait Dominus. Nunquid ego Israelem eduxi de terra Ægypti, et alienigenas gentes e Cappadocia, Syrosque de fovea? Ecce oculi Domini in omnia regna terræ [72]. » Unde nunc, quo plane rejectos esse doceat, inter alienigenas recenset. Quod ut magis etiam significet, *vallis* nomen addidit. Neque enim *Sion* dixit simpliciter, sed *vallem* adjunxit, ut pio illo et excelso vitæ genere, quo utebantur antea, excidisse, et in profundis jam vitiorum vallibus jacere doceat.

Σιὼν μὲν γὰρ ὄρος ἐστὶν [ὑψηλὸν] ἐφ' οὗ ὁ νεὼς τοῦ Θεοῦ ᾠκοδόμητο· Διό φησιν· « Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών. » Καί· « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. » Σημαίνειν δὲ καὶ τὸν εὐαγγελικὸν ἐλέγετο λόγον. Οἱ δὲ ταύτης τῆς ἐλπίδος ἐκπεπτωκό-

Est enim *Sion* mons peraltus, in quo constructum Domini templum fuerat, unde legitur: « In montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion [73]. » Deinde: « Accedite ad montem Sion, et ad urbem Dei viventis, cœlestem Jerusalem [74]. » Dicatur vero et evangelicum verbum innuere, a cujus fide qui

[67] Psal. CXXIV, 2. [68] Zach. II, 5. [69] Prov. XVIII, 3. [70] Psal. XXIV, 18. [71] Joel II, 13. [72] Amos IX, 7, 8. [73] Isa. XL, 9. [74] Hebr. XII, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[i] *γρ.* αὐτοῖς ἢ ἑαυτοῖς. [j] *ἄρ.* ἐστοχάσαντο δέ. [k] *λείπ.* καί. [l] *γρ.* μέν. [m] *γρ.* Ἰωήλ. [n] *λ.* καὶ τά.

Digitized by Google

deflexerunt, in ipsa *valle*, quæ *Sioni* adjacet prostrati sunt. Virtuti enim cuilibet malitia semper adjacet, in istamque delabatur necesse est, qui illa excidit : quales exsistunt, qui a fide in incredulitatem, ipso nimirum Evangelii fastigio cœlestique *Sione* deturbati inter gentes exteras Judæi numerantur; qui tamen in tam infelici rerum successu ita temere intumescunt, ut a propheta audiant : *Quid factum est tibi, quia ascendistis omnes in tecta vana?* et adversus Christum : « Tolle, tolle, crucique affigito [75], » clamare, iisque vocibus totam urbem replere non desistis. Deinde, quando peccatum ad mortem illud est, quo quæ peccavit, anima interit [76], *vulnerati tui, non vulnerati ferro*, ait. Rursus quod *principes omnes fugisse* dixit, *deturbatos esse* Symmachus posuit, Theodotio *commotos*, unde regibus jam et principibus, pontificibusque et prophetis, et Pharisæis, et Sadducæis etiam carere innuit. Qui vero etiam nunc animarum expugnatore capti sunt, misere ac duriter in vinculis detinentur. At eorum gravem adeo casum intuitus propheta, luctu ad calamitatis modum temperato, gentis instare non repudium tantum, sed urbis etiam expugnationem, trepidationem, civium errationem et derelictionem significavit. **290** Deinde quod *Elamitas* nominat, eo id facit, ut invisibiles hostilesque potestates, quibus a Deo traditi sunt, designet, qui et nominis proprietate ideo contemptores sonant, quod pereuntium salutem aspernati cuiquam non parcant.

Illi autem, ait, *ingredientur portas suas* : non nunc quidem, sed *in die illa*, id est tempore per prophetiam designato; *et retegent abscondita arcis David*, regni nimirum symbola, et quæ in sanctuario ipso recondita, summo tantum sacerdoti intuenda recondebantur. Cæterum pro eo quod, *Et viderunt quod plures sunt*, habemus : *Et verba domus David videbitis, quoniam impleta sunt*, interpretatur Symmachus. Erat vero ipsa *piscinæ veteris in urbe exsistentis aqua* nihil aliud, quam Scripturæ veteris et divinitus inspiratæ sermo, quem aversati, alienam *aquam* quæsiverunt, docentes disciplinas, mandata hominum, et evertentes verbum Domini propter traditionem suam [77] : de quibus ita est apud Jeremiam : « Me reliquerunt fontem aquæ viventis, et foderunt sibi rimosas cisternas [78]. » Ideo autem peregrinam *aquam inter muros* ab eis quæsitam significat, ut vitæ nostræ cum Deo rationem tanquam *muris duobus*, Veteri scilicet et Novo Testamento inniti debere doceat; quorum neutrius sunt participes seniorum illæ traditiones, quarum nomine auctores ipsi apud eos superbiunt. Deinde aliud etiam ausi, *civitatis domos in muri* sui constructionem everterunt. Usurpatas enim Scripturæ sanctæ voces excogita-

A τες ἐν φάραγγι τῆς Σιὼν παρακείμενοι πεπτώκασι. Πάσῃ γὰρ ἀρετῇ κακία παράκειται, εἰς ἣν ἐκπίπτει τις ἐκείνης διαμαρτών, ὡς ὁ εἰς ἀπιστίαν ἐκ πίστεως. Εἰς ἣν οἱ ἐκ περιτομῆς κατηνέχθησαν ἐξ ὕψους εὐαγγελικοῦ καὶ τῆς ἐπουρανίου Σιών. Διόπερ ἐν ἀλλοφύλοις ἐτάχθησαν, ἀλλὰ καὶ οὕτω δυσπραγοῦντες, εἰκῇ φυσιώμενοι παρὰ τῆς προφητείας ἀκούουσι, *Τί ἐγέρετό σοι, ὅτι ἀνέβητε πάντες εἰς δώματα μάταια;* καὶ κατὰ Χριστοῦ τὸ, « Ἆρε, ἆρε, καὶ σταύρου, » βοησάντων, φησὶν, ἐνεπλήσθη ἡ πόλις βοώντων. Καὶ ἐπεὶ ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον, καθ' ἣν ψυχὴ ἁμαρτάνουσα αὐτὴ ἀποθνῄσκει, *αἱ τραύματίαι σου*, φησὶν, *οὐ τραυματίαι μαχαίρας*. Καὶ *πάντες*, φησὶν, *οἱ ἄρχοντές σου πεφεύγασιν*. Κατὰ δὲ Σύμμαχον *ἀνεστατώθησαν*, κατὰ δὲ Θεοδοτίωνα *μετεκινήθησαν*. Ὅθεν οὐκ ἔτι παρ' αὐτοῖς, οὐ βασιλεῖς, οὐχ ἡγούμενοι, οὐκ ἀρχιερεῖς, οὐ προφῆται, ἀλλ' οὐδὲ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι. Οἱ δὲ εἰσέτι νῦν ἁλόντες ὑπὸ τοῦ τῶν ψυχῶν πολιορκητοῦ πικρῶς καταδέδενται. Τὴν δὲ τοσαύτην αὐτῶν πτῶσιν ὁ προφήτης εἰδὼς, συμμετρεῖ τῷ πάθει τὸν θρῆνον, τὴν τοῦ γένους ἀποβολὴν, καὶ τὴν ἅλωσιν προβλέπων τῆς πόλεως, τάς τε ταραχὰς, καὶ τὴν πλάνησιν, ἣν ἐπλανήθησαν [1*] ἐγκαταλειφθέντες. Εἶτα τοὺς *Ἐλαμίτας* εἰπὼν, ἀφανεῖς δυνάμεις δηλοῖ καὶ πολεμίους, οἷς ὑπὸ Θεοῦ παρεδόθησαν, οἳ καὶ παραβλέποντες ἑρμηνεύονται, τῶν ἀπολλυμένων παρορῶντες τὴν σωτηρίαν, φειδόμενοι μηδενός.

B

C *Οὗτοι δὲ*, φησὶν, *εἰσελεύσονταί σου τὰς πύλας*, ἀλλ' οὐχὶ νῦν, ἀλλ' *ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ*, τῷ προφητευομένῳ καιρῷ, *ἀποκαλύψουσί τε τὰ κρυπτὰ τῆς ἄκρας Δαβὶδ* τῆς βασιλείας τὰ σύμβολα, καὶ τὰ ἐν τῷ ἁγιάσματι κείμενα τὰ μόνῳ τῷ ἀρχιερεῖ θεατά. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Καὶ εἴδοσαν ὅτι πλείους εἰσὶ*, Σύμμαχος ἔφη · *Καὶ τὰ ῥήματα οἴκου Δαβὶδ δψεσθε, ὅτι ἐπληθύνθη*. Ὕδωρ δὲ ἦν *παλαιᾶς κολυμβήθρας ἐν τῇ πόλει*, τῆς παλαιᾶς θεοπνεύστου Γραφῆς ὁ λόγος, ὃν ἀποστραφέντες, ἀλλότριον *ὕδωρ* ἑαυτοῖς ἐπενόησαν, διδάσκοντες διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώπων, ἀκυρώσαντές τε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ τὴν παράδοσιν αὐτῶν. Περὶ ὧν πρὸς τὸν Ἱερεμίαν φησίν · « Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους. » Τὸ δὲ ξένον *ὕδωρ μεταξὺ τῶν δύο τειχέων* ἐπενόησαν. *Δύο* δὲ *τείχη* τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας ἥ τε Παλαιὰ καὶ Καινὴ Διαθήκη, ὧν οὐδετέρας αἱ τῶν πρεσβυτέρων μετέχουσι παραδόσεις ἐφ' ἃς οἱ δευτερωταὶ λεγόμενοι παρ' ἐκείνοις ἁλιζονεύονται, καὶ ἄλλο δέ τι τολμήσαντες, *τῆς πόλεως τοὺς οἴκους*, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ ἰδίου *τείχους* κατέλυσαν. Τὰ γὰρ ῥήματα τῆς θείας Γραφῆς ἀπολαμβάνοντες, τὰς οἰκείας μυθολογίας περιτειχίζουσι, μὴ προσεσχηκότες Θεῷ τῷ πεποιηκότι τὴν παλαιὰν τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν,

D

[75] Joan. XIX, 15. [76] I Joan. V, 16, 17. [77] Matth. XV, 6. [78] Jerem. II, 13.

VARIÆ LECTIONES.

[1*] γρ. πλανηθήσονται.

Digitized by Google

κολυμβήθραν τὴν ἀπὸ πηγῶν τοῦ θείου Πνεύματος προχεσμένην. Ὁ μὲν οὖν Θεὸς μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ, θρηνεῖν αὐτοὺς παρεκελεύετο τὴν ἰδίαν ἀπώλειαν. Οἱ δὲ τοὐναντίον, ὡς ἀπεγνωκότες τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν, ἐποίουν, τὴν μετὰ τοῦτον τὸν βίον τοῦ Θεοῦ κρίσιν οὐ λογισάμενοι. Διὸ τοῖς ῥητοῖς ὁ Παῦλος χρησάμενος εἶπεν· « Εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, *φάγωμεν καὶ πίωμεν. Αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν.* » Ὡς δὲ δεσμῷ Θεοῦ καταδεθείσης αὐτῶν τῆς ἁμαρτίας· ἐπάγει· *Καὶ οὐκ ἀφεθήσεται αὐτὴ ἡ ἁμαρτία ὑμῶν ἕως ἂν ἀποθάνητε.* Καὶ ὅρα τὸ μέγεθος τῆς ἀπειλῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς οὐδαμοῦ τὸν λαὸν ἐπ' εἰδωλολατρείᾳ διέβαλεν, ὅτι δὲ *εἰς δώματα ἀνέβησαν μάταια*, καὶ βοῶν ἐπλήρωσαν τὴν *πόλιν*, καὶ ξένον *ὕδωρ* ἐξεῦρον *τὴν παλαιὰν κολυμβήθραν* ἀποστραφέντες, καὶ συνεστήσαντο *τεῖχος τοὺς οἴκους καθελόντες τῆς πόλεως*. Καὶ αὐτοὶ μὲν ἀναισθήτως ἐπὶ τούτοις διέκειντο. Ὁ δὲ προφήτης ἀπέκλαιεν. Τῶν δὲ πικρῶν δακρύων ἡ πρόφασις ἡ κατ' αὐτῶν ἀπειλὴ τὴν ἁμαρτίαν ταύτην μὴ συγχωρηθήσεσθαι λέγουσαν [m*].

tis a se fabulis muniverunt, nihil omnino de Deo solliciti, a quo per sanctos homines Scriptura vetus, ipsa nimirum de Spiritus sancti fontibus piscina profluit. Deus ergo, resipiscere improbum magis quam interire cupit [79], quantumvis ad suum ipsos interitum lugendum hortatus sit, contra illi omnino, tanquam propriæ salutis, et judicii illius, quod post hanc vitam futurum est, abjecta ratione fecerunt : ideoque contigit, ut ista Paulus usurparit. « Si mortui non resurgunt, *edamus et bibamus :* **291** *eras enim morimur* [80]. » Cæterum, tanquam Dei jam vinculo ipsorum constricta teneatur iniquitas, addit : *Et non dimittetur vobis hoc peccatum, donec moriamini.* Intuere porro Dei minarum gravitatem, et adverte populum non idololatriæ nomine reprehendi, sed quod *in domos vanas ascenderit, urbemque* bubus repleverit; deinde quod peregrinam *aquam*, neglecta *vetere piscina*, quæsiverit; quod *muros*, item *destructis ipsius urbis* ædibus, muniverit; quod nihil denique istiusmodi rerum sensu commotus sit, quarum intuitu luget propheta. Complectuntur vero amararum lacrymarum causam verba illa, quibus nequaquam eis dimissum iri peccatum istud comminatur.

ιε-κε'. *Τάδε λέγει Κύριος Σαβαὼθ· Πορεύου εἰς τὸ παστοφορεῖον, πρὸς Σομνὰν τὸν ταμίαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· Τί σοι ὧδε; καὶ τί σοι ὧδε ἐστιν, ὅτι ἐλατόμησας σεαυτῷ ὧδε μνημεῖον, καὶ ἐποίησας σεαυτῷ ἐν ὑψηλῷ μνημεῖον, καὶ ἔγραψας σεαυτῷ ἐν πέτρᾳ σκηνήν;* κ. τ. λ.

292 Vers. 15-25. *Hæc dicit Dominus exercituum : Abi, ingredere in pastophorium ad Somnam quæstorem, et dic ei : Quid tibi hic? et quid tibi hic est, quod excidisti tibi monumentum hic? et fecisti in excelso monumentum? et scripsisti tibi in petra tabernaculum?* etc.

Σομνὰς καὶ Ἐλιακεὶμ, ὧν ἐνταῦθα μέμνηται, σύγχρονοι γεγόνασιν Ἐζεκίᾳ τῷ βασιλεῖ, ὅπερ ἐκ τῆς ἱστορίας ἔστι μαθεῖν. Οἳ καὶ ἐξῆλθον πρὸς τὸν Ἀσσύριον ἐπιστάντα τῇ πόλει, καθὰ διὰ τῶν ἑξῆς ὁ προφήτης φησίν. Τὸν δὲ *Σομνὰν* ἔλεγεν ὁ Ἑβραῖος ἀσεμνόν τε καὶ ἀλαζόνα γενέσθαι καὶ ἀβροδίαιτον ἀρχιερέα, αὐτομολῆσαί τε πρὸς Σενναχερεὶμ προδεδωκότα τὸν λαόν. Πρὸς ὃν ὁ προφήτης κελεύεται βαδίζειν ἐπὶ τὸ *παστοφόριον*. Ἦν δὲ χῶρος ἐν τῷ ναῷ. Ἀνθ' οὗ Σύμμαχος *τὸν σκηνοποιοῦντα*, φησίν. Ὁ δὲ Ἀκύλας *τὸν σκηνοῦντα*. *Μνημεῖον* δὲ κατὰ *πέτρας ὑψηλὸν* ἑαυτοῦ *λατομήσας* ἐπέγραψε τούτῳ *σκηνῇ*, ὡς δὴ *σκηνώσων* ἐν αὐτῷ μετὰ θάνατον, πρέπον δὲ σύμβολον τῆς ἑαυτοῦ διανοίας ἐπέγραψεν, ὡς τὰ ἔξω μόνον ὑπάρχων λαμπρός. Μάτην δὲ τοῦτο, φησὶ, *λατομεῖς*. Οὐ γὰρ μεθέξεις αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ τὸ, *τί σοί ἐστιν ὧδε*, δηλοῖ. *Συντρίψει* γὰρ ὁ Κύριος *ἄνδρα*, ἁπῴχοντο γὰρ αἰχμάλωτοι μετὰ τῶν ἀγελαίων οἱ δυνατώτατοι. Κομισθήσῃ δὲ καὶ σὺ μακρὰν τῆς ἀξίας ἀφῃρημένος, καὶ στάσεως τῆς κατὰ τῷ Θεῷ λειτουργεῖν.

Somnas et Eliacim, quorum hic meminit, eadem cum Ezechia vixerunt ætate, quantum ex historia licet colligere; qui etiam ad Assyrium, cum urbem obsidione premeret, sicut est a propheta postea significatum, egressi sunt [81]. Hebræi vero *Somnam* fœditate et superbia, vitæque deliciis insignem narrant pontificatum gessisse, et ad Sennacherimum, cui populum prodiderat, defecisse. quem nunc ad *pastophorium* (certum nempe in templo locum, pro quo *tabernaculorum confectorem* Symmachus, *tabernacula figentem* Aquilas expresserunt) jubet proficisci. *Sepulcrum* autem *in petra excelsum cum excidi* sibi curasset, tanquam ibi quieturus, *Somnæ tabernaculum* inscripserat. Dignum certe hominis mente symbolum, dignaque inscriptio, qui rebus externis tantum clarus esset. Verum id frustra in petra, ait, *excidis*, quo nequaquam sis potiturus. Ita enim futurum, cur *quid tibi est hic?* quæritur, ostenditur. *Virum* enim, addit, *conteret* Dominus; quando cum **293** plebe ipsa potentiores etiam in hostis potestatem venturos esse, captivosque futuros, te autem longe a dignitate spoliatum, divinique ministerii gradu deturbatum, longe asportatum iri certum est.

Τί οὖν ἔδει σοι τύφου καὶ χρημάτων καὶ ἅρματος; οὐ [n] γὰρ *τοῦ ἄρχοντος ἡ δόξα καθαιρεθήσεται.*

Quid tibi igitur fastus, quid pecuniæ, quid currus denique profuerint; cum et ipsa a *principe*

[79] Ezech. xviii, 32. [80] I Cor. xv, 32. [81] Ezech. xxxvi, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[m*] γρ. λέγουσα. [n] γρ. καί.

Digitized by Google

auferatur gloria? cum male administrato pontificatu judex iniquus evaseris? At amicum tuum *Eliacim*, quem sibi *servum* esse voluit Dominus, in tuum idem locum, quod subjectos filiorum loco habiturus sit, subire faciet. Erit enim non ingrati animi, aut arrogantis; sed ita humani et moderati, ut *Davidis* mansuetissimi *gloriam* possit adæquare. *Imperabit* porro tam magna cum potestate, ut *contradicentem* habeat neminem. Habebit et *potentiam;* id est, populos sibi subjectos coercere et retinere poterit. Erit denique firmiter ad suum munus obeundum stabilitus. Nihil enim aliud, cum *tuto in loco collocaturum* se dixit, quam immotum se imperium et stabile effecturum significavit. Erunt præterea omnes, qui ab ejus cura et sollicitudine pendent, tanquam bono confidentes. Unde discimus, adepto nos in alios dominatu, nec inflari oportere, nec divini judicii oblivisci. Recte autem ad ea, quæ de Sionis valle dicta sunt, et ista quoque adduntur quibus ad Dominicæ passionis tempus relatis qui tum, veluti *Somnas* iste, non superbi modo et arrogantes, sed avari, ex Mosaicæ legis instituto sacerdotii munere fungebantur corporaliter, exciderunt; de quibus antea locutus propheta [83], cum multa alia exprobraret, eosdem conquestus est et dona amare, et orphanorum viduarumque jura patrociniumque negligere, homicidas denique, ut Domini necem notaret, exsistere: quos et Salvator etiam exsecratus est; cum quæ sunt in lege graviora, judicium, misericordiam, et fidem negligere diceret [84]. Erat vero istorum in *Somna* typus præmissus; in *Eliacin* autem (cujus appellatione resurrectio significatur) sacerdotii recentis adumbratio, quod a Salvatoris resurrectione, tota per orbem universum Ecclesia creatum est. Ut enim **294** Somnæ successit *Eliacim;* sic in illorum locum subiit Christus, summus pontifex appellatus. « Non enim, » auctore Apostolo, « sibi quisquam sumit honorem; sed qui vocatus est a Deo. Quemadmodum Christus non seipsum clarificavit, ut pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech [85]. » Dicitur autem et *Davidis gloriam*, id est, imperium et regnum in Israelem adepturus. « Neque enim omnes, ait, qui ex Israel et ipsi sunt Israel [86]; » et quæ postea sequuntur. Christo autem pontifici, addit, *Non erit, qui contradicat.* « Non enim proficiet inimicus in ipso, nec filius iniquitatis apponet nocere ei [87]. » Alias autem, si etiam contradicat Israel, ipsæ jugum subire gentes non recusabunt. Ideoque de illo quidem legimus: Libera me a contradictione populi [87]. » De his autem: « Constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi servivit mihi, in auditu auris obedivit mihi [88]. » De illis rursum sunt ista:

Τὴν γὰρ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀναξίως μετῆλθες οἰκονομίαν, κριτὴς γενόμενος ἄδικος. Τὸν δὲ σὸν ἕταῖρον *Ἐλιακεὶμ δοῦλον* ἑαυτοῦ δοκιμάσας εἶναι Θεὸς, εἰς τὴν σὴν αὐτὸν καταστήσεται χώραν τοῖς ὑπὸ χεῖρα πατρὸς ἐφέξοντα τάξιν. Ἔσται γὰρ οὐκ αὐθάδης, οὐ βάσκανος. Πρᾶος δέ τις ὢν, *τὴν δόξαν* ἕξει τοῦ πραοτάτου *Δαβίδ*. Ἄρξει δὲ μετὰ πολλῆς ἐξουσίας, ὡς μὴ ἔξειν *τὸν ἀντιλέγοντα. Καὶ κράτος* ἕξει. Τοῦτ' ἔστι τὸ δύνασθαι κρατεῖν τῶν ὑπὸ χεῖρα λαῶν. Καὶ ἔσται βεβαίων [a] ἱδρυμένος ἐπὶ τὴν αὐτοῦ λειτουργίαν. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ, *Ἐν τόπῳ πιστῷ ἐστάναι τὴν ἀρχὴν ἀσάλευτον ἔχοντα.* Τῆς δὲ τούτου κηδεμονίας ἠρτημένοι πάντες γενήσονται ὡς ἐπ' ἀγαθῷ πεποιθότες. Διὰ δὲ τούτων μανθάνομεν μὴ χαυνοῦσθαι δυναστείᾳ, μηδὲ τῆς κρίσεως ἀμνημονεῖν τοῦ Θεοῦ. Εἰκότως δὲ συνῆπται ταῦτα τοῖς περὶ φάραγγο; Σιὼν τοῦ σωτηρίου πάθους ἐπὶ τὸν καιρὸν ἀναγόμενα, καθ' ὃν οἱ κατὰ *Σομνὰν* ἀλαζόνες καὶ φιλοχρήματοι, κατὰ τὸν Μωσέως νόμον ἱερατεύοντες σωματικῶς, ἐκπεπτώκασιν. Περὶ ὧν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔλεγεν ὁ προφήτης μετ' ἄλλων ὅσων καὶ τὸ, Ἀγαπῶντες δῶρα, καὶ τὸ, ὀρφανοῖς οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσιν χήρας οὐ προσέχοντες. Καὶ φονευτὰς δὲ, ὡς κυριοκτόνους, ἐκάλεσεν. Οἷς καὶ ταλανίζων ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· « Καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸ ἔλεος, καὶ τὴν πίστιν. » Προετύπου δὲ τούτους ὁ *Σομνάς*. Ὁ δὲ *Ἐλιακεὶμ*, Θεοῦ ἀνάστασις ἑρμηνευόμενος, σύμβολον τῆς νέας καὶ καινῆς ἱερωσύνης ἐγένετο, ἣν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάστασις ἐν τῇ ἑαυτοῦ Ἐκκλησίᾳ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συνεστήσατο. Κέκληται γὰρ Χριστὸς ἀντ' ἐκείνων ἀρχιερεὺς, ὡς *Ἐλιακεὶμ* ἀντὶ *Σομνά*. Κατὰ γὰρ τὸν Ἀπόστολον, « Οὐχ ἑαυτῷ τις ἁρπάζει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Καθὼς ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασεν εἰς τὸ γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτὸν, « Σὺ εἶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. » Λαβεῖν δὲ λέγεται καὶ *τὴν δόξαν τοῦ Δαβὶδ*, τοῦτ' ἔστι τὴν ἐπὶ τὸν νοητὸν Ἰσραὴλ ἀρχήν τε καὶ βασιλείαν· « Οὐ γὰρ πάντες φησὶν, οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι καὶ Ἰσραὴλ, » καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Ἀρχιερεῖ δὲ γεγονότι Χριστῷ *οὐκ ἔσται*, φησὶν, *ὁ ἀντιλέγων*. « Οὐ γὰρ ὠφελήσει ἐχθρὸς ἐν αὐτῷ, καὶ υἱὸς ἄνομος οὐ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν. » Καὶ ἄλλως δὲ, εἰ καὶ Ἰσραὴλ ἀντεῖπεν, τὰ δ' οὖν ἔθνη ὑπέκυψεν. Διὸ περὶ μὲν ἐκείνου φησί· « Ῥῦσαί με ἐξ ἀντιλογίας λαοῦ. » Περὶ δὲ τούτων· « Καταστήσεις με εἰς κεφαλὴν ἐθνῶν. Λαὸς ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέν μοι. Εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μου· » καὶ περὶ ἐκείνων αὖθις, « Υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι. » Καί· « Ὅτι ἐπαλαιώθησαν καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. » Πεπαλαίωνται γὰρ, καὶ ἐγγὺς γεγόνασιν ἀφανισμοῦ κεκλασμένην τέως περιεσχήκασι τὴν διάνοιαν υἱοὶ γεγονότες ἀλλότριοι. Πάλαι γὰρ ὢν πρωτότοκος Ἰσραὴλ, ὅτε κατεψεύσαντο τοῦ Χριστοῦ, γεγόνασιν ἀλλότριοι, ἀπωλείας λοιπὸν

[83] Isa. I, 11 seqq. [84] Matth. XXIII, 23. [85] Hebr. V, 4-6, [86] Rom. IX, 6. [87] Psal. XVII, 44. [88] ibid. 45.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. βεβαίως

τέκνα καὶ γεέννης καλούμενοι· ἀνθ' ὧν ἡμῖν ἀνέδειξε τὸν Ἐλιακείμ. Ὃς καί φησιν. « Ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν καὶ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων νῦν ἀναστήσομαι, λέγει Κύριος. » Ἐν δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, πᾶς ἔσται, φησὶν, ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ἔνδοξός τε καὶ μικρὸς, κατὰ κόσμον φημί. Προσωπολήπτης γὰρ οὐκ ἔστιν ὁ τῶν ὅλων Θεός. Νοήσεις δὲ τοῦτο καὶ κατὰ μέτρον ἡλικίας πνευματικῆς.

A « Filii alieni mentiti sunt mihi : et inveteraverunt, et claudicaverunt a semitis suis[89]. » Inveteraverunt enim, nec ab exsilio longe abfuerunt, qui præfractos tunc gerentes animos in filios evaserunt alienos. Olim enim primogenitus quidem Israel exsistebat[90] : sed ex quo in Christum mentiti sunt, alieni statim perditionisque et gehennæ facti nominatique sunt : quorum in locum nobis eum designat *Eliacim*, qui etiam ait : « Propter inopum miseriam, et gemitum pauperum nunc exsurgam, dixit Dominus[91]. » Deinde, quod in Ecclesia, quam *paternæ domus* nomine intellexit, *Omnes in eum confidentes* fore dixit, clarum scilicet et obscurum; usitata illud hominum mundique ratione usurpari crediderim : cum personarum acceptor non sit universorum Deus[92]. Quanquam et illud etiam ex spiritualis ætatis ratione et mensura dictum esse queat intelligi.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

ΤΟ ΟΡΑΜΑ ΤΥΡΟΥ.

α -ιη'. Ὀλολύζετε, πλοῖα Καρχηδόνος, ὅτι ἀπώλετο, καὶ οὐκ ἔτι ἔρχονται. Ἐκ τῆς Κιτιαίων ἦκται αἰχμάλωτος· τίνι ὁμοιοι γεγόνασιν οἱ ἐποικοῦντες ἐν τῇ νήσῳ μετάβολοι Φοινίκης, διαπερῶντες τὴν θάλασσαν ἐν ὕδατι πολλῷ; Σπέρμα μεταβόλων, ὡς ἀμητοῦ εἰσφερομένου, οἱ μετάβολοι τῶν ἐθνῶν. κ. τ. λ.

B

CAP. XXIII.

VISIO TYRI.

295 VERS. 1-18. *Ululate, naves Carthaginis, quia perierunt, neque amplius veniunt. De terra Citiensium venit captivus. Cui similes facti sunt qui habitant in insula negotiatores Phœniciæ, transeuntes mare in* **296** *aqua multa? Semen negotiatorum quasi messis comportatæ, negotiatores gentium*, etc.

Οὐ περὶ πραγμάτων μόνον ἤδη λαβόντων τὴν ἔκβασιν τῆς ἐπ' αὐτοῖς προρρήσεως, αἱ προφητεῖαι φασιν· οὕτω γὰρ ἂν ἔδοξεν οὐδὲν εἶναι ταῦτα πρὸς ἡμᾶς, εἰ καὶ τὰ μάλιστα διὰ τούτων ἀψευδὲς θαυμάζειν ἐχρῆν τὸν Θεόν. Νυνὶ δὲ οὐ προθεσπίζουσι μόνον ἐπὶ τοῖς ἔθνεσιν, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκάστην διάζων P φέρεται τρόπος θεοσεβείᾳ προσήκων· ὡς ἐν τῷ προλέγειν τὴν Βαβυλῶνος καθαίρεσιν, περὶ καθολικῆς τοῦ Θεοῦ διείληκται κρίσεως. Ὁ περὶ Αἰγύπτου δὲ λόγος θυσιαστήριον ἔσεσθαι Θεοῦ κατ' αὐτήν φησι θεοσεβῶν τε πλῆθος ἀνδρῶν. Ὁ δὲ περὶ Μωάβ, Ἐκκλησίαν τε καὶ θρόνον ἐν αὐτῇ γενέσθαι Θεοῦ, παυσαμένης ὡς ἐν Αἰγύπτῳ κἀν ταύτῃ τῆς εἰδωλολατρείας. Ὁ δὲ περὶ Δαμασκοῦ, ἐπιστροφὴν ἔσεσθαί φησι τῶν πάλαι τὸν Θεὸν ἀγνοούντων. Ὁ δὲ νῦν περὶ *Τύρου*, πρὸς τοῖς αὐτῆς πάθεσιν, προσφορὰς ἐν αὐτῇ προαγορεύει Κυρίῳ γενήσεσθαι. Εἴποις δ' ἂν καὶ ἄλλως, ὠφελείας ἕνεκα τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, τὰς περὶ τῶν ἐθνῶν προλέγεσθαι προφητείας, ὡς ἂν γνοῖεν, ὡς οὐ μόνων αὐτῶν Θεός ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ διὰ πάντων ἡ τούτου διέρχεται πρόνοια, ποινὰς ἀεὶ τὰς ἐπὶ ταῖς ἀσεβείαις καὶ τοῖς ἔθνεσιν παροῦσα q τοῖς λοιποῖς· ὡς καὶ νῦν *Τυρίοις*, ὅτι καὶ τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ παθόντι κακῶς ἐπετώθαζον, οὐχ ὡς δι' ἁμαρτίας παθοῦσιν, ἀλλ' ὡς τοῦ σώζοντος αὐτοὺς ἠσθενηκότος Θεοῦ. Διὸ σὺν Ἱερουσαλὴμ παθούσῃ, πάντες οἱ κύκλῳ πεπόνθασιν ἐθνικοὶ τὴν αὐτὴν *Τυρίοις*, ἐσχηκότες προαίρεσιν, ἀνάστατοι πάντες ὑπ' Ἀσσυρίων γενόμενοι.

C

D

Non de rebus tantum, quæ suæ statim prædictionis eventum sortiuntur, prophetiæ loquuntur. Ita enim nihil ad nos istæ pertinere videantur, quarum certitudine tamen in Dei admirationem rapi non decet. Nunc autem, quæ gentibus eventura sint non prædicuntur modo, sed singulis etiam peculiaris, pietatique conducens modus adjungitur. Ut cum in Babylonis interitu prædicendo versaretur, etiam de universo et summo Dei judicio disputavit. Cum rursus de Ægypto locutus est, et altare etiam in ipsa futurum, piisque hominibus abundaturam addidit. Cum item de Moabitis dixit, sublato inde sicut ab Ægypto, idolorum cultu, fore in ea Dei Ecclesiam thronumque affirmavit. Cum denique de Damasco disseruit, futuram ad Deum, qui olim ipsum nesciebant, conversionem **297** significavit. At quod nunc de *Tyro* scribit, præterquam quod imminentes notat calamitates, in eadem etiam Domino futuras hostias prædicit. Dicas vero et aliter in Israelitarum utilitatem futura de gentibus ostendere prophetias, quo Deum meminerint non suum tantum exsistere; sed ejusdem obiri providentia omnia, semperque pœnas impietatis a reliquis etiam gentibus reposcere; sicut nunc a *Tyriis*, qui in Dei populum, non tanquam suo scelere laborantem, sed Dei impotentia, a quo salutem exspectarent, contumeliose insultabant. Unde factum est, ut afflictis Hierosolymorum rebus quotquot vicinæ circum gentes, eodem in eam animo cum Tyriis fuerant, ab Assyriis et ipsæ quoque omnes deletæ sint.

Τοὺς συνεπαναστάντας δὲ τῷ ἰδίῳ λαῷ, καθ' ὃν ἠλίσκετο χρόνον, ἀπαριθμεῖται Δαβὶδ οὕτως εἰπών·

Verum quinam sint, qui in peculiarem populum captivitatis tempore insurgere ausi sunt, Davidem

[89] Psal. xvii, 46. [90] Exod. iv, 22. [91] Psal. xi, 6. [92] Coloss. iii, 25.

VARIÆ LECTIONES.

P *γρ.* ἰδιάζων. q *γρ.* παρασχοῦσα.

Digitized by Google

numerantem audiamus. « Deus, inquit, quis similis tibi? ne taceas, neque compescaris, Deus. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt; et qui oderunt te extulerunt caput. Super populum tuum astute excogitaverunt consilium, et consultaverunt adversus sanctos tuos. Dixerunt: Venite; disperdamus eos de gente, et non memoretur nomen Israel ultra. Quoniam conspiraverunt unanimiter, simul adversus te fœdus inierunt tabernacula Idumæorum, et Ismaelitæ, Moab, et Agareni, Gebal, et Ammon, et Amalec, et alienigenæ, cum habitantibus Tyrum [92]. » Ait vero et cujusdam prophetarum voce Deus : « Quid mihi vobiscum, Tyre et Sidon, et omnis Galilæa alienigenarum? annon retributionem vos retribuitis mihi aut acceptæ a me injuriæ memores estis? Acerbe, et cito gratiam istam in capita vestra redundare faciam qui aurum argentumque meum tollere, qui lectissimam pulcherrimamque supellectilem in delubra vestra deferre; Judææque et Hierosolymorum incolas, ut suis pellerentur finibus, gentium filiis vendere non dubitastis [93]. » Sunt et ista etiam Dei apud Ezechielem verba : « Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis exercitum suum improbo ad Tyrum, tanquam servos, labore defungi fecit. Nullum non inde crimibus exhaustum caput, nullus non detritus humerus, nec ei tamen, aut ejus exercitui, **298** pro dura adeo ad Tyrum tolerata servitute merces exstitit. Ob id dedi ei terram Ægypti [94]. » Contigit igitur, cum meram solitudinem pateretur *Tyrus*, et ipsos etiam urbis incolas, navigationibus assuetos a mercatura abstinere. Indeque est, quod *Carthaginis naves* jubet *ululare*. Est enim ipsa Africæ *Carthago Tyriorum* colonia, quæ ad eos florente urbis statu, merces suas deferebat.

Quos autem *Citienses* dicit, *Chetiim* interpretantur reliqui, Cyprumque insulam, in qua *Citium* nomine oppidum, per quod *Tyro* redeuntes iter facere, aliqua fortasse, quæ ad mercaturam spectarent inibi curaturi, significari putant. *Tyrios* ergo *mercaturam* amplius non facturos affirmat, qui ita in servitutem acti perierint, ut nullos pati similia contigerit. Pro eo autem quod, *cui similes facti sunt*, queritur, *Tacete* quidem Aquilas, *Silete* vero *qui habitatis insulam*, Symmachus interpretatur. Antea enim ferocientes cum verbis uterentur arrogantibus, nunc abjectos et depressos *tacere* jubet oratio. Tales exstiterunt *Phœniciæ negotiatores*, qui cumulatis abunde opibus, propter negotiationis, id est, eorum celebritatem et frequentiam, qui illuc undique mercaturæ causa conveniebant *messi* comparantur. At his jam privatos commodis cum vicina *Sidone* (cujus *Tyrum* coloniam exsistere aiunt) quam ita cum matre propter maritimam potentiam efferri et superbire contigit, lugere debere significat. Nec vero desunt, qui verba ista, *Erubesce, Sidon, Tyri* esse *Sidonem* alloquentis,

A Ὁ Θεός, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; μὴ σιγήσῃς, μηδὲ καταπραΰνῃς, ὁ Θεός· ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἦχησαν, καὶ οἱ μισοῦντές σε ἦραν κεφαλήν· ἐπὶ τὸν λαόν σου κατεπανουργεύσαντο γνώμην, καὶ ἐβουλεύσαντο κατὰ τῶν ὁσίων σου. Εἶπαν· Δεῦτε καὶ ἐξολοθρεύσωμεν αὐτοὺς ἐξ ἔθνους, καὶ οὐ μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα Ἰσραὴλ ὅτι ἐβουλεύσαντο ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ σοῦ διαθήκην διέθεντο. Τὰ σκηνώματα τῶν Ἰδουμαίων, καὶ οἱ Ἰσμαηλῖται, Μωὰβ καὶ Ἀγαρηνοὶ, Γεβὰλ, καὶ Ἀμμὼν, καὶ Ἀμαλὴκ, ἀλλόφυλοι μετὰ τῶν κατοικούντων Τύρον. Λέγει δὲ καὶ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν ὁ Θεός· « Καὶ τί ὑμεῖς ἐμοὶ, Τύρος καὶ Σιδὼν, καὶ πᾶσα Γαλιλαία ἀλλοφύλων; μὴ ἀνταπόδομα ὑμεῖς ἀνταποδίδοτέ μοι, ἢ μνησικακεῖτε ὑμεῖς ἐπ' ἐμοί; Ὀξέως καὶ ταχέως ἀνταποδώσω τὸ ἀνταπόδομα ὑμῶν εἰς κεφαλὰς ὑμῶν, ἀνθ' ὧν τὸ ἀργύριόν μου καὶ τὸ χρυσίον μου ἐλάβετε, καὶ τὰ ἐπίλεκτά μου, καὶ τὰ καλὰ εἰσηνέγκατε εἰς τοὺς ναοὺς ὑμῶν, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰούδα, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἰερουσαλὴμ ἀπέδοσθε τοῖς υἱοῖς τῶν Ἑλλήνων, ὅπως ἐξώσητε αὐτοὺς ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῶν. » Φησὶ δὲ καὶ πρὸς Ἰεζεκιὴλ ὁ Θεός. « Υἱὲ ἀνθρώπου, Ναβουχοδονόσωρ βασιλεὺς Βαβυλῶνος κατεδουλώσατο τὴν δύναμιν αὐτοῦ δουλείᾳ μεγάλῃ ἐπὶ Τύρον. Πᾶσα κεφαλὴ φαλάκρωμα καὶ πᾶς ὦμος μαδῶν, καὶ μισθὸς οὐκ ἐγενήθη αὐτῷ, καὶ τῇ δυνάμει αὐτοῦ, ἀντὶ τῆς δουλείας τῆς σκληρᾶς ἧς ἐδούλευσεν ἐπὶ Τύρον. Ἀντὶ τούτου δέδωκα αὐτῷ γῆν Αἰγύπτου. »

B

C Ὅτε τοίνυν ἡ *Τύρος* τὴν ἄκραν ὑπέμεινεν ἐρημίαν, συνέβαινε τοὺς οἰκήτορας μηκέτι τῇ συνήθει ναυτικοὺς ὄντας ἐμπορείᾳ κεχρῆσθαι. Διό φησιν· *Ὀλολύζετε, πλοῖα Καρχηδόνος.* Ἀποικοι γὰρ *Τυρίων οἱ Καρχηδόνιοι* τὴν νῦν οἰκοῦντες τῆς Ἀφρικῆς καλουμένην Καρταγένναν, οἵπερ εἰς Τύρον ἔτι σωζομένην τὰς ἐμπορείας ἐκόμιζον.

Τὸ δὲ *Κιτιαίων, Χετιὶμ* ἐξέδωκαν οἱ λοιποί. Λέγεται δὲ Κύπρος οὕτω δηλοῦσθαι, καὶ *Κίτιον* εἶναι πόλις ἐν αὐτῇ, δι' ἧπερ ἔπλεον οἱ ἀπὸ τῆς *Τύρου* ναυτιλλόμενοι, τάχα τι καὶ τῶν πρὸς ἐμπορείαν ἐν ταύτῃ διατιθέμενοι. Οὐκέτι τοίνυν *ἔμποροι Τύριοι*, φησί. Ἀπώλοντο γὰρ, καὶ πρὸς αἰχμαλωσίαν ἀπῆχθησαν, ὡς μηδένας παθεῖν παραπλήσια. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *τίνι ὁμοιοι γεγόνασιν;* ὁ μὲν Ἀκύλας, *σιωπήσατε·* ὁ δὲ Σύμμαχος, *σιγήσατε κατοικοῦντες τὴν νῆσον*, εἰρήκασιν. Λόγοις γὰρ ἀλαζονικοῖς ἐχρῶντό ποτε φρυαττόμενοι. Ἀλλὰ *σιωπᾷν* αὐτοὺς ταπεινωθέντας ὁ λόγος παρακελεύεται. Οἱ αὐτοὶ δὲ ἦσάν ποτε *Φοινίκης μετάβολοι*, πλοῦτον πολὺν σωρεύοντες, ὡς *ἀμητῷ* παραβάλλεσθαι αὐτῶν τὸ πλῆθος τῆς πραγματείας, ἤγουν τὸ πλῆθος αὐτῶν τῶν τῇ ἐμπορείᾳ χρωμένων. Τῶν δὲ ἀγαθῶν τούτων ἐστερημένους αὐτοὺς *αἰσχύνην* φησὶν καταχέεσθαι δεῖν μετὰ τῆς ἐγγειτόνων *Σιδόνος*, ἧς τινες ἀποικισθῆναι *τὴν Τύρον* φασὶν, ὡς ἐπὶ θυγατρί τε μεγάλα φρονεῖν τοσαύτην ἐχούσῃ κατὰ θάλατταν δύναμιν. Τινὲς δὲ ὡς ἀπὸ *τῆς Τύρου* πρὸς *τὴν Σιδόνα* τὸ *Αἰσχύνθητι, Σιδὼν*, ἔφασαν λέγεσθαι. Καὶ σὲ γὰρ

D

[92] Psal. LXXXII, 1-8. [93] Joel III, 4-6. [94] Ezech. XXIX, 18, 19.

Digitized by Google

ἡ ὀργὴ καταλήψεται. Πρὸς αὐτὴν οὖν οἱ νησιῶται (τούτους γὰρ εἶπε θαλάσσας), ἀλούσης *Τύρου* φασίν· Ἀπόλωλέ σου τὸ φρύαγμα. Αὐτὴ δὲ ἡ *Τύρος* οὖσα *τῆς θαλάσσης ἰσχὺς*, τὴν ἐαυτῆς ἐρημίαν ἰδοῦσα φησίν· Ἐν ἴσῳ γέγονα ταῖς μὴ τεκούσαις ὅλως, *μηδὲ μὴν ἀναθρεψάσαις ἢ νεανίσκους, ἢ παρθένους*. Τινὲς δὲ προσωποποιΐαν ἔφασαν μονονουχὶ καὶ τῆς *θαλάσσης* αὐτῆς φωνὴν ἀφιείσης καὶ θρηνούσης αὐτούς, διὰ τὸ μηκέτι ἔχειν οὓς θρέψειεν *νεανίσκους καὶ παρθένους*, ὅτι τὸ παλαιὸν ὥσπερ θαλάσσης ὄντες γεννήματα, ὑπ' αὐτῆς ἐστρέφοντο· νῦν δὲ ἀπολωλότας αὐτοὺς ἡ θάλασσα καὶ ἡ ταύτης ἰσχὺς αὐτοὺς ἀποκλαίεται. Ἀγωνιᾷ δὲ καὶ *Αἴγυπτος*, μὴ πάθῃ τὰ παραπλήσια.

Πρὸς δὲ *Τυρίους* τὸν λόγον μεταφέρων φησὶν, ὡς οὕτω τούτων γενομένων, ὅσοι φυγεῖν ὑμῶν τὸν ὄλεθρον ἐδυνήθητε, πρὸς τοὺς ἀποίκους εἰς Καρχηδόνας τοὺς ὑμετέρους, εἰ δυνατὸν ὑμῖν, ἐλθόντες ὀδύρεσθε τὴν πατρίδα τῶν συμφορῶν. Οὐχ ἑτέρους, ἀλλὰ τὴν ἑαυτῶν ὑπερηφανίαν καὶ ὕβριν καταιτιώμενοι, δι' ἣν τοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ Θεοῦ κατεπήρεσθε. Λογίσασθε τοίνυν τὸν ἐπενέγκοντα Θεὸν τῇ Τύρῳ τὰς συμφορὰς μὴ εἱμαρμένης ἀνάγκῃ, μηδ' ὀργῇ τινος τῶν ψευδωνύμων θεῶν ταῦτα παθεῖν ἡγησάμενοι. Κύριος γὰρ Σαβαὼθ ὁ παρὰ μόνοις Ἑβραίοις θεολογούμενος ταῦτα πεποίηκεν, οὐ μόνης *Τύρου* ταπεινῶν τὴν ὑπερηφανίαν, καὶ ὕβριν, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν ἀθέων ἐθνῶν, καθ' ὧν ἤδη φθάσας ἐξήνεγκε τὴν ἀπόφασιν ἐν ταῖς προλαβούσαις ὁράσεσι. Θεὸς γάρ ἐστιν ὑπερηφάνοις ἀντιτασσόμενος, ταπεινοῖς δὲ χάριν διδούς. Χαλεπὸν ἄρα τὸ μαστιγουμένοις ἐπεμβαίνειν ἁγίοις, ἢ τὴν ἀεὶ σώζουσαν αὐτοὺς ἀτονεῖν οἴεσθαι χεῖρα, καὶ μὴ νοεῖν μᾶλλον, ὡς Θεοῦ πολλάκις ἐφιέντος πειράζονται. Τοῖς γὰρ παρανόμοις λεκτέον· « Μὴ παρανομεῖν· καὶ τοῖς ἁμαρτάνουσι· Μὴ ὑψοῦτε [a] κέρας, μηδὲ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλεῖν. » Διὰ τοῦτο γὰρ Τύρος ἐκ δόξης εἰς ἀτιμίαν μετεκομίσθη. *Μὴ* οὖν *ἐπαίρου*, φησὶ, τῷ πλούτῳ ἐκ *θαλάττης*, ταπεινωθεῖσα δὲ πρόσκεισο γεωργίᾳ. Τὰ γὰρ ἐκ *θαλάττης* πέπαυται κέρδη. δι' ἅπερ ἦσθα σοβαρὰ καὶ νεανικὴ, τοὺς κύκλῳ βασιλεῖς παροξύνουσα, καὶ ἣν ἡδίκεις Σιδόνα τὴν γείτονα. Τῆς δὲ τούτων ἀδικίας ἡ τῶν κακῶν πεῖρά σε παύσειεν. Ἔνθα δ' ἂν *ἀπέλθῃς*, οὐχ ἕξεις καταφυγὴν *ἀναπαύσεως*, Θεοῦ σε πανταχοῦ κακοῖς περιβάλλοντος, καὶ τῶν σῶν συμμάχων *Χαναναίων ἠρημωμένων*. Ἀρνήσονται δέ σε καὶ *Κίτιοι* συνήθεις πάλαι τυγχάνοντες.

Κἂν εἰς *Χαλδαίους* αὐτομολήσεις, ἥγουν ἀπέλθῃς αἰχμάλωτος, τὰ ἐκ Περσῶν καὶ Μήδων εὑρήσεις κακὰ, *ἔρημόν* τε τὴν Βαβυλῶνα, δι' ἅπερ ἠλαζονεύσατο. *Πέπτωκε* γὰρ αὐτῆς *ὁ τοῖχος*. Οὕτω δὲ καλεῖ *τὸ τεῖχος* ἢ [b] τὴν δύναμιν αὐτῆς τὴν βασιλικὴν, δι' ἧς ὠχύρωτο πρότερον. Διὸ σε θρηνήσουσι *Καρχηδό-*

A tanquam ira quoque ipsam invasura sit, volverunt. Ad eam igitur insulares, quos *maris* nomine intellexit; *Tyro* jam capto, accedunt, et fastum ejus superbiamque movent concidisse: cum *Tyrus*, *maris robur* alioquin suam ipsa vastitatem intuita non meliore conditione esse se, quam quæ omnino *nec pepererint*, nec *juvenes aut virgines eduxerint*, fateatur. Nonnulli tamen personæ fictionem et quam *maris* ipsos lugentis, quod *juvenibus et virginibus* **299** destituta, quos olim velut a se procreatos enutrire solebat, nunc autem profligatos ipsa viribus exhausta lamentatur, vocem esse volunt. Timore magno deinde ipsa etiam *Ægyptus*, ne similia patiatur, angitur.

Cæterum translato ad *Tyrios* sermone, eos interim, dum ista sic geri contigerit, quotquot incolumes effugere dabitur, ad suam se, si possint, Carthaginensium coloniam recipere, et ibi patriæ interitum lugere, neque aliam jam, quam suam ipsos in Deum et Israelem superbiam contumeliamque incusare admonet, tandemque advertere calamitates istas in Tyriorum capita non fati necessitate, vel ira falsi numinis, sed justa Dei vindicta redundare. Ista enim ab exercituum Domino cujus divinitas apud solos Judæos cognita fuit patrata esse, non ut *Tyri* unius superbia vel ut reliquarum etiam impiarum gentium, in quas superioribus jam visionibus lata fuit sententia, fastus retundatur; cum Deum superbis resistere, humilibus autem gratiam largiri certum sit [96]. Grave igitur et periculosum sanctis ipsis, cum flagellantur, insurgere vel quæ ipsos semper tueri consuevit, manum defatigari et imbecilliorem fieri putare, non autem potius a Deo persæpe adversa immittente tentari credere. Sunt enim iniquis ista respondenda: « Nolite inique agere: et delinquentibus: Nolite attollere cornu, neque injusta in altum loqui [97]: » cum ea de causa Tyri splendor, in dedecus et ignominiam conversus sit. Noli igitur ait, *maris* opibus *attolli*, sed demissa agriculturæ incumbito. Cessant enim lucra quæ ex *mari* antea collecta insolentem te adeo et superbam reddebant, ut reges undique provocare et vicinæ Sidoni injuriam inferre non dubitares. Neque vero quoquo *abieris*, *quietis* est perfugium et portum habitura Deo te malis undique premente sociorumque *Chananæorum* regione *devastata*. Te *Citii* ipsi, noti dudum et familiares, pernegabunt.

Quod si ad *Chaldæos* transfugias, in captivitatem videlicet abieris, a Persis ibi, et Medis illatas clades, deletamque et *vastatam* propter fastum Babyloniam repertura. *Cecidit* enim **300** *murus ejus*; quo potestatem regiam, qua primum muniebatur, significare videtur. Hinc est, ait, quod

[96] I Petr. v, 5. [97] Psal. LXXIV, 5, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[a] γρ. ἐτρέφοντο. [a] γρ ὑψοῦσθε. [b] ἄγρ. τὸ τεῖχος ἦ.

Digitized by Google

te *Carthaginienses* spe salutis omnino destitutam lugebunt, in qua suæ quondam *præsidium* fuisse coliocatum recordabuntur. *Tandiu* autem castigaberis, quandiu urbs ipsa Deo consecrata. In quam quia insurrexisti, æquales cum ea pœnas quoque luitura es. Jugum enim servitutis et ipsa *annos septuaginta* passa est. *Humanæ* præterea *vitæ tempus* auctore Davide, *septuaginta annorum* spatio concluditur. Dicit enim: « Dies annorum meorum in ipsis anni septuaginta [98]..» Idem vero et *regni* longissimi *tempus* est. Quod si in quibusdam definitur a Deo, non tamen adimpletur numerus. Nec te ob id commoveri æquum est: cum Deus suæ non subjaceat prædictionis terminis. Bonus enim cum sit, et tempora definit, et clades minitatur non tanquam illaturus revera; sed ut timore ad vitæ pœnitentiam adigat. Quod ex decreto annorum septuaginta adversus Ephraim numero apud Isaiam perspicuum fuerit, qui est ad triginta postea revocatus. Deinde et Daniel ipse, cum captivi populi malitiam augeri intueretur, Dominum ne ad definitum in eos annorum numerum aliquid adjiceret, deprecatus est [99]. Deus enim pro vitæ pœnitentia vel pervicacitate, decretis temporibus vel adjicit vel adimit. Itaque Noe ætate, cum hominum vitam centum et viginti annorum fore statuisset [1], pro sua in eos benevolentia breviorem postea esse voluit, ut calamitates ingruentes averteret præsentesque temporis progressu majores fieri prohiberet. A Ninivitis autem cum pœnitentiam egissent, non alia ratione decretas certo dierum spatio minas removit [2], quam solet medicus a significata ante vel sectione vel ustione abstinere, cum facta est corporis in melius mutatio. Istis deinde *annis*, ait propheta, fies *canticum* non aliter quam quæ proprio honore excidit muliercula. Tunc reliquas gentes mutatis subinde locis, tanquam a *Deo oblivioni tradita* propter adulterium excideris, *vaga circui*. Imo si potes, *assumpta* **301** *citharu*, non meretricio more amplius, sed scite et perite, multis ad Deum fusis precibus, organum pulsato. Ita enim tui recordabitur, si corporis membris sentiendique organis tanquam *citharæ* temperantiæ lege bene concordibus usa fueris; talibus enim Deus delectatur: tuique *memor* post elapsa tandem correptionis tuæ tempora, *in pristinum te restituet*.

Sed non desunt, qui eo, quod tanquam canticum *adulteræ* dixit, meretricem forma olim præstantem velint significari, quæ, quia decerpto ætatis flore ab amatoribus deseritur, excogitatis eos cantilenis et *citharæ* sono ad veteris amoris recordationem persæpe revocat. Qualia cum admiserit Tyrus, vix ejus inter mortales memoriam fore significat. Ubi autem correptionis ejus tempora effluxerint, fore rursus et orbis universi *Emporium*; eo nimirum tempore cum resecata veterum malorum memoria, non dæmoniis amplius negotiationis primitias, sed

A νιοι πᾶσαν ἀπολέσασαν σωτηρίας ἐλπίδα, τὴν πάλαι τούτων οὖσαν ὀχύρωμα. Παιδευθήσῃ δὲ τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἡ τῷ Θεῷ πόλις ἀνακειμένη, καθ' ἧς ἐπαρθεῖσα τὴν ἴσην δίκην ἐκτίσεις. Κἀκεῖνοι γὰρ ἑβδομηκοστὸν ἐν αἰχμαλωσίᾳ παρέτειναν ἔτος. Ἀνθρώπου δὲ ζωῆς χρόνος, ἔτη, καὶ κατὰ Δαβὶδ, ἔστιν ἑβδομήκοντα. Λέγει γάρ· « Αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη. » Ταυτὸ δὲ τοῦτο καὶ βασιλείας χρόνος πολυετοῦς. Ἐν οἷς δὲ χρόνος ὁρισθεὶς μὴ πληροῦται παρὰ Θεοῦ, μὴ σαλευθῇς. Οὐ γὰρ ὑπόκειται Θεὸς τοῖς τῆς προαγορεύσεως αὐτοῦ ὅροις. Ἀγαθὸς γὰρ ὤν, καὶ χρόνον ὁρίζει, καὶ ἀπειλεῖ τὰ δεινὰ, οὐχ ὡς πάντως ἐπάξων, ἀλλ' ὡς ἐπιστρέψαι βουλόμενος· ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀπὸ

B τῶν ἑξήκοντα ἐτῶν τῶν δι' Ἡσαΐου κατ' Ἔφραΐμ ὁρισθέντων μαθεῖν. Συνεστάλη γὰρ εἰς τριάκοντα. Καὶ Δανιὴλ δὲ τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ τὴν κακίαν αὐξανομένην ὁρῶν, δεῖται Θεοῦ μὴ προσθεῖναι τοῖς ὁρισθεῖσι κατ' αὐτῶν ἔτεσιν. Ὁ Θεὸς γὰρ ἢ μετανοούντων ὑποτέμνῃ [u] τὸν ὅρον, ἢ ταῖς ἀσεβείαις ἐπιμενόντων προστίθησιν. Τοιγαροῦν τοῖς ἐπὶ Νῶε τὸν τῶν ἑκατὸν εἴκοσιν ἐτῶν ὥρισεν ἀριθμὸν, ἃ φιλανθρώπως ἐπέτεμεν, ἴστων αὐτοῖς τὰ κακὰ, καὶ κωλύσας μείζω γινόμενα. Νινευίταις δὲ μεταγνοῦσι τῆς ἀπειλῆς τὸν χρόνον διέλυσε, καθάπερ ἰατρὸς κἄν τι προείπῃ περὶ καύσεως ἢ τομῆς μηκέτι τοῦτο δρῶν μεταβαλόντος ἐπὶ τὸ κρεῖττον τοῦ σώματος. Εἶτά φησιν ὁ προφήτης, ὡς Ἐν τούτοις *τοῖς ἔτεσιν ᾆσμα* γενήσῃ καθάπερ τις γυνὴ τῆς ἰδίας ἐκπεσοῦσα τιμῆς. Τότε

C *περίελθε ῥεμβομένη* τόπον ἐκ τόπου εἰς τὰ λοιπὰ τῶν ἐθνῶν ἐκπορνεύουσα, ὡς ἂν *ἐπιλησθεῖσα παρὰ Θεοῦ*. Εἰ δὲ δύνασαι *λαβοῦσα* τὴν σεαυτῆς *κιθάραν*, μηκέτι πορνικῶς, μετ' ἐπιστήμης δὲ κροῦσον τὸ ὄργανον διὰ πλείστων εὐχῶν τὸν Θεὸν ἱκετεύουσα. Οὕτω γάρ σου μνησθήσεται *κιθάρας* δίκην τοῖς μέλεσι καὶ τοῖς αἰσθητηρίοις χρησαμένης τοῦ σώματος, καλῶς ταῦτα διὰ τῆς σωφροσύνης ἁρμόττουσα [v]. Θεὸς γὰρ τούτοις ἀρέσκεται, καὶ σοῦ *μνησθεὶς ἀποκαταστήσει πάλιν ἐπὶ τὰ πρότερα*, τοῦ καθ' ὃν ἐπαιδεύθης χρόνου πεπληρωμένου.

D Τὰ δὲ ὡς περὶ [x] *πόρνης* οὕτω τινὲς ἐξηγήσαντο, πολλάκις εἰπόντες ἑταίρα τις ἐν ὥρᾳ γενομένη διαπρεπὴς, παυσαμένων αὐτῆς μετὰ τὴν ὥραν τῶν ἐραστῶν, ᾠδὰς ἴσθ' ὅτε καὶ *κιθάραν* ἐπινοεῖ τοῦ πάλαι πόθου τούτους ὑπομιμνήσκουσα. Τοιαῦτα ποιούσης τῆς Τύρου, μόλις αὐτῆς μνεία ἐν ἀνθρώποις γενήσεται. Ὅτ' ἂν δέ σου παρέλθῃ τῆς παιδείας ὁ χρόνος, *ἐμπόριον* αὖθις πάσης γενήσῃ τῆς γῆς, ὅτε τῶν πρὶν μεμνημένη κακῶν, οὐκέτι δαιμονίοις, Θεῷ δὲ μᾶλλον προσοίσεις τῆς ἐμπορίας τὰς ἀπαρχὰς, καὶ πρόσοδον ἡ τοῦ Θεοῦ σε ποιήσεται πόλις. Ὥσπερ οὖν

[98] Psal. LXXXIX, 10. [99] Dan. IX, 4 seqq. [1] Gen. VI, 3. [2] Jonæ, III, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[u] *γρ.* ὑποτέμνει. [v] *Ισ.* ἁρμόττουσι. [x] *γρ.* ᾆσμα.

Digitized by Google

καὶ ἐπὶ τοῦ Χειρὰμ ἱστόρησεν ἡ Γραφή. Τῇ δὲ διὰ A
κρείττονος μουσικῆς μετανοίᾳ πρέπον ἂν εἴη τὴν ἐπὶ
Χριστοῦ πολιτείαν νοεῖν. Διʼ ὅπερ Ἀκύλας, καὶ τὸ
Ἑβραϊκὸν, ἄνευ τῶν ἄρθρων καὶ τοῦ *πᾶσα*, φασὶ,
καὶ ἔσται ἐμπόριον αὐτῆς, καὶ μίσθωμα ἡγιασμέ-
νον τῷ Κυρίῳ. Οὐ γὰρ πᾶν τὸ ἐμπόριον αὐτῆς, οὐδὲ
τὸ μίσθωμα πᾶν, ἐν ἀπαρχῶν δὲ λόγῳ μέρος ἁγια-
σθήσεται. Τοῦτο καὶ νῦν ἐν Ἐκκλησίαις Θεοῦ ταῖς
ἐκεῖ γινομέναις ἔστιν ὁσημέραι θεάσασθαι. *Τοῖς δὲ*
κατοικοῦσιν ἔναντι Κυρίου προσάγεται, δηλαδὴ
τοῖς προέδροις τοῦ θυσιαστηρίου, τοῦ Κυρίου διατά-
ξαντος τοῖς τὸ Εὐαγγέλιον καταγγέλλουσιν ἐκ τοῦ
Εὐαγγελίου ζῆν. Καὶ οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ δὲ παρ-
εδρεύοντες τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται. Τούτοις
ἐπάγεται· *Πᾶσα ἡ ἐμπορία αὐτῆς φαγεῖν καὶ πιεῖν*
καὶ ἐμπλησθῆναι εἰς συμβολὴν μνημόσυνον B
ἔναντι Κυρίου. Ὁ δὴ σαφῶς ἐξέδωκε Σύμμαχος
εἰπών· *Τοῖς γὰρ κατοικοῦσιν ἐνώπιον Κυρίου*
ἔσται ἡ ἐμπορία αὐτῆς φαγεῖν εἰς πλησμονὴν,
καὶ περιβαλέσθαι εἰς τὸ παλαιῶσαι. Ὁ δὲ Ἀκύ-
λας· *Τοῖς καθημένοις εἰς τὸ πρόσωπον Κυρίου*
ἔσται ἐμπόριον αὐτῆς τοῦ φαγεῖν εἰς πλησμο-
νὴν, εἰς ἔσθησιν μετάρσεως. Ὁ δὲ Θεοδοτίων·
Καὶ περιβαλέσθαι εἰς παλαίωσιν. Οἱ δὲ Ἑβδομή-
κοντα· *Καὶ περὶ τῶν προσφερόντων αὐτῶν*. Ὡς ἐν
εὐκτηρίοις ἑστιωμένων, ἀλλʼ οὐ καθάπερ ἐν εἰδω-
λείοις τὸ πρότερον ταῖς εὐωχίαις ἐπανηγύριζον.

Deo potius consecrabit, quæstumque eam esse Dei civitas existimabit; sicut in Hiramo contigisse Scriptura testatur [a]. Non fuerit autem ea pœnitentia indignum, quæ musica præstantiore excitatur, Christianam vitæ rationem intelligere. Itaque et Aquilas ipse, et Hebraica lectio, nulla articulorum, verbique omnis facta mentione. *Et erit emporium ejus, et merces sancta Domino*, dixerunt. Neque enim totum ejus emporium, neque merces tota, sed pars primitiarum nomine consecrabitur : quod vel nunc in Dei Ecclesiis, quæ ibi habentur, quotidie licet intueri. *Addacuntur* autem *iis, qui coram Domino habitant*; id est altari præfectis; cum Domini decreto statutum sit, ut qui Evangelium docent, de Evangelio vivant : et qui altari deserviunt, altaris fiant participes [b]. Sequitur deinceps : *Omnis ejus negotiatio, ut comedat, et bibat, et expleatur ad saturitatem in monimentum Domino*, quod aperte extulit Symmachus his verbis : *His qui habitant coram Domino, erit ejus negotiatio, ut* **302** *ad satietatem comedant, et vestiantur ut veterascant.* Ita autem Aquilas : *His qui in Domini faciem sedent, erit emporium ejus, ut ad saturitatem comedant, et mutatoriis vestiantur.* Theodotio vero : *ut amiciantur ad vetustatem.* Interpretes autem Septuaginta; *et de iis ipsis, qui offerunt* : tanquam de his intelligant, qui in locis orationi consecratis, velut epulis sese oblectabant, neque jam, ut prius in delubris idolorum magna celebritate convivia agitabant.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔʹ.

αʹ-κγʹ. *Ἰδοὺ Κύριος καταφθείρει τὴν οἰκουμέ-* C
νην, καὶ ἐρημώσει αὐτὴν, καὶ ἀνακαλύψει τὸ
πρόσωπον αὐτῆς, καὶ διασπερεῖ τοὺς ἐνοικοῦντας
ἐν αὐτῇ. Καὶ ἔσται ὁ λαὸς, ὡς ἱερεύς· καὶ ὁ παῖς,
ὡς ὁ κύριος· καὶ ἡ θεράπαινα, ὡς ἡ κυρία· ἔσται
ὁ ἀγοράζων, ὡς ὁ πωλῶν, κ. τ. λ.

Τὰ καταμέρος, φασὶν, εἰρημένα περὶ διαφόρων
ἐθνῶν, νῦν ὡς ἐν κεφαλαίῳ περιλαβὼν, *οἰκουμενι-*
κὴν ὀνομάζει *φθορὰν* τὴν κατὰ πολλῶν ἐθνῶν γενο-
μένην. *Ἀνακαλύψει* δὲ ταύτης *τὸ πρόσωπον* δίκας
εἰσπράττων, καὶ τὴν λανθάνουσαν πάλαι διελέγχων
ἀσέβειαν πρόσωπον οὖσαν τῆς ἑκάστου τούτων ζωῆς.
Θεοῦ γὰρ ὀργὴ τὴν τῶν πασχόντων ἀξίαν παρίστη-
σιν, καθʼ ἣν ὑπερέχοντές τε καὶ ταπεινοὶ πάντες γί-
νονται παραπλήσιοι. Τὴν γὰρ ἀξίαν τῶν λογάδων
διακρίνειν οὐκ οἶδε πολέμιος. Τῆς δὲ πάλαι τάξεως D
ἀπεργάζεται σύγχυσιν, καὶ τὰς ἁλούσας πόλεις καὶ
χώρας καταλαμβάνει κατήφεια διὰ τῆς ἐρημώσεως,
ἣν δὴ καὶ *πένθος* ἐκάλεσεν. Τῶν ὑψηλῶν δὲ καὶ πε-
ριφανεστέρων καθάπτεται πλέον ἡ συμφορὰ, διὰ τὴν
ἀφʼ ὧν ἐστερήθησαν πρὸς τἀναντία μεταβολήν. *Ἀνο-*
μῆσαι δέ φησι *τὴν γῆν*, τοῦτʼ ἔστι τοὺς κατοικοῦν-
τας, ὡς καὶ πόλις ἄνομος λέγεται. Τὸ γὰρ δίκαιον τῆς
τιμωρίας δεικνὺς, προσεπάγει τούτοις, *διότι τὸν*
νόμον παρέβησαν, συμπεριλαμβάνων τοῖς ἔθνεσι
τοὺς ἅμα παθόντας αὐτοῖς Ἰουδαίους, Καὶ *παρέβη-*
σαν, λέγων· *διαθήκην αἰώνιον*. Πάντων δὲ τῶν

CAP. XXIV.

VERS. 1-23. *Ecce Dominus corrumpet orbem, et* C
vastabit eum, et revelabit faciem ejus, et disperget
habitatores ejus. Et erit populus, tanquam sacerdos,
et servus tanquam dominus, et famula, tanquam
domina. Et qui emit, tanquam qui vendit, etc.

304 Quæ sigillatim de multis gentibus dicta sunt, ea nunc veluti compendio complectitur, dum per *orbis corruptionem* nationes multas universi nomine comprehensas significat. Quod autem ejus se *faciem revelaturum* dicit, pœnas exacturum, et impietatem, quæ olim sub cujusque vitæ persona latebat, prodituram et redarguturum se demonstrat. Dei furore siquidem illorum nobis, qui patiuntur meritum ostenditur, quo omnes, sive excelsi illi, sive humiles exstiterint, similes habentur. Eximiorum enim et magnatum rationem non solet hostis habere : sed usitatum olim ordinem confundere. Urbes adhæc, et regiones etiam, cum expugnantur, vastitate multum deprimuntur; quod *tugendi* verbo significatur. Sed excelsos et illustres gravius ideo afflicit calamitas, quod eorum est, quibus privati sunt, in contraria mutatio. Deinde, quod *terram impie egisse* dixit, ejus incolas significavit eadem plane ratione, ac si de urbe loquentes, impiam appellemus. Ut enim justam esse vindictam judicaret, *legem* primum *esse prævaricatos*

[a] II Reg. v, 11; I Paral. xiv, 1. [b] I Cor. ix, 14, 13.

Digitized by Google

dixit. Deinde, ut cum gentibus afflictos quoque Judæos comprehenderet, *sempiternum* **305** *testamentum transgressos* esse adjecit : quibus captis et superatis omnibus, *pauci* in regionibus *relinquentur*. Agent vero vitam et illi *in mendicitate*, quando cum pœnitentia opus esset, non secus atque Judæi, voluptatibus indulgentes: « Edamus et bibamus, cras enim morimur [5], » dixerunt. De his et aliis hunc in modum loquitur propheta : « Qui dormiunt in lectis eburneis, quique lasciviunt [6]. » Deinde paucis interjectis : « Et nihil patiebantur super contritione Joseph. » Inde est igitur, quod *luctu-rum vinum*, adjicit : eos nimirum, qui deliciis ebrietatique dediti anxia et curiosa divitiarum fruitione delectantur, suamque inde produnt temeritatem et superbiam.

ἐν τῷ Βασιλεύσει, Κύριος ἐν ὄρει Σιών; Ἐκεῖ τοῖς ἔθνεσι τὸ συμπόσιον, καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας ποτὸν, περὶ οὗ φησιν ὁ Παῦλος· « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. » Ἐν οἷς οἱ ἀπὸ *τῶν ἐθνῶν* καταξιούμενοι τῶν ἐπαγγελιῶν, *πίονται εὐφροσύνην*, *καὶ πίονται τῆς* ἀληθινῆς *οἶνον* ἀμπέλου. Περὶ οὗ ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν· Οὐ μὴ πίω αὐτὸ, ἕως ἂν πίω αὐτὸ καινὸν μεθ' ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Ἀλλὰ καὶ *χρίσονται μύρον*, οὐκέτι τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος ληψόμενοι, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ πληρώματος τῆς θεότητος μεθέξοντες τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἐκ μέρους ἔτι γινώσκοντες, καὶ ἐκ μέρους προφητεύοντες, ἀλλ' ἐκ τοῦ τελείου μέτοχοι γενόμενοι τοῦ Χριστοῦ ὡς καὶ αὐτοὺς ἀποφανθῆναι χριστοὺς, Θεοῦ τε υἱοὺς, καὶ κληρονόμους Θεοῦ, καὶ συγκληρονόμους Χριστοῦ. Κατὰ δὲ τοὺς περὶ τῆς ἐπιδημίας εἰρῆσθαι λέγοντας, *ὄρος* μὲν ἡ Ἐκκλησία οὖσα σκοπευτήριον, καὶ ὅρασις εἰρήνης, διὰ τὸ τῶν δογμάτων ὑψηλὸν καὶ τῶν ψυχῶν τὸ ἀτάραχον· *οἶνος* δὲ καὶ *μύρον*, σαφῶς τὸ μυστικὸν χρίσμα, καὶ τὸ σωτήριον αἷμα παρέστησεν. Γράφει γὰρ καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης· « Καὶ ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου. » Τούτῳ γὰρ οἱ βαπτιζόμενοι χρίονται, σύμβολον τοῦ μεταλαχεῖν τοῦ θείου Πνεύματος τὸ χρίσμα ποιούμενοι. Ἀλλ' ἐπεὶ τούτων ἀνάξιος Ἰσραὴλ· *Παράδος αὐτὰ*, φησὶ, *τοῖς ἔθνεσιν*, ὥσπερ τις παρακαταθήκην ἐν μυστηρίῳ παραδίδωσι. Διὸ καὶ *θαυμαστὰ*, καὶ *βουλὴν ἀρχαίαν* ἔλεγεν ὁ προφήτης αὐτά.

Οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ πάλαι νόμος δι' ἀγγέλων λαληθεὶς ἐδόθη μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ Χριστὸς τῶν ἐθνῶν ἡ προσδοκία· κατὰ τό· « Καὶ ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. » Τὸ δὲ αὐτὸ, φησὶν, ἦθος ὁ προφήτης ἐφύλαξεν· ὡς γὰρ παραμυθούμενος τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἔλεγε τὴν ἀπώλειαν διικνουμένων, διὰ πάντων τοῦ Θεοῦ δεικνύων τὴν πρόνοιαν. Ὠλιγώρουν γὰρ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, συνεχέσιν ἐλέγχοις καὶ παιδείαις ὁρῶντες αὐτοῖς ἐπικείμενον τὸν Θεὸν, οὐ φιλανθρωπίας Θεοῦ ταῦτα δοκοῦντες τεκμήρια, τῆς δὲ ἰδίας ἀπωλείας ἐνθήκην[1] ἐν ἐλευθερίᾳ διάγειν τὰ ἔθνη νομίζοντες, ὡς ἂν μὴ ὄντα ὑπὸ Θεόν. Μηδὲ γὰρ δίκην αὐτοὺς ἐφ' οἷς ἐπλημμέλουν εἰσπράττεσθαι. Οὕτω καὶ νῦν διὰ τῶν χρηστοτέρων τὴν εἰς ἅπαντας κηδεμονίαν ἐδήλωσεν. Οὐ γὰρ τοῖς ἔθνεσι ταῦτα περινοστῶν ὁ προφήτης ἀπήγγελλεν· ἀλλὰ τοὺς Ἰουδαίους ἐπαίδευε τὰ μετὰ πλείστους γενησόμενα χρόνους, πιστούμενος αὐτὰ διὰ τῶν ὅσον οὔπω γενησομένων ὑπ' Ἀσσυρίων. Πῶς δὲ τεύξεται τούτων τὰ ἐξ ἀρχῆς ἀσεβοῦντα, παρίστησιν ἔθνη διὰ Χριστοῦ φυγόντα τῆς εἰδωλολατρείας *τὸν θάνατον*, ἐφ' ᾧ ἂν αὐτά τις ἐδάκρυσεν ὄνειδος ἔχοντα τὴν ἀσέβειαν. Ἦν δὲ *τὸ δάκρυον* τῶν διὰ φιλανθρωπίαν τὴν τῶν τοσούτων ψυχῶν ἀποκλαιομένων ἀπώλειαν ὑπὸ τοῦ διαβόλου γεγενημένην, ὃς

præter Sionem alium : in quo regnaturum Dominum asseruit? Ibi gentibus convivium, potusque ille immortalis, de quo loquens Apostolus . « Accedite, inquit, ad montem Sion, et urbem Dei viventis, cœlestem Jerusalem [61], » inter eos, qui de *gentium* numero digni promissionibus habiti sunt, *bibent et ipsi lætitiam*, *bibent et* veræ vitis *vinum* illud, quod se non prius bibiturum, donec novum cum apostolis in regno cœlorum sumeret, Christus affirmavit [62]. *Unguento* vero et ipsi *ungentur*, non jam spiritus arrabonem accepturi, sed cumulatissimæ ejus divinitatis, quæ est in Dei Filio, participes futuri; non ex parte adhuc cognoscentes, et ex parte prophetantes [63]; sed in totum ita Christo potituri, ut et christi illi, et filii Dei, hæredesque, atque etiam Christi cohæredes appellentur [64]. Verum, si eos audimus, qui ad incarnationem ista referunt; per *montem* quidem, Ecclesiam designavit, quæ et specula, et pacis visio, propter dogmatum altitudinem, animarumque quietem vocatur : per *vinum* autem et *unguentum*, mysticam unctionem, et salutarem sanguinem. Sic enim apud Joannem etiam legimus : « Et vos unctionem habetis a sancto [65]. » Ista enim qui tinguntur, liniuntur; tanquam symbolum divini spiritus in se effusi unctionem faciant. Quibus indignum cum se præsticerit Israel, non aliter quam qui arcani aliquid alterius fidei committit, *tradere ista gentibus* præcipit. Atque hæc quidem sunt, quæ *admirabilia*, quæ *consilium antiquum*, propheta appellavit.

319 Neque enim, ut vetus illa angelorum voce promulgata lex, soli Israelitico populo data est; sed est Christus ipse gentium exspectatio ; in quem Scriptura teste [66], sunt omnes gentes speraturæ. Idem autem, aiunt, ingenium eumdemque morem propheta retinuit. Ut enim cum Israelitas consolaretur, aliarum etiam gentium interitum attigit ; ut Dei in omnibus providentiam ostenderet. Gentes enim Israelitæ, in quas Deum plagis et animadversionibus continue incumbere cernebant, negligebant; nec divinæ ista humanitatis esse argumenta, sed suæ ita libertati relinqui, quod Dei cura non regerentur, nec eos attingeret scelerum vindicta, arbitrabantur. Sic jam per meliora, curam se de omnibus habere significat. Neque enim de gentibus ista obiter evagatus propheta retulit; sed, ut per ea, quæ ab Assyriis jamjam instarent, de his, quæ longo postea tempore futura essent, Judæis fidem faceret. Cæterum demonstrat qua ratione gentes ab initio impietati ita deditæ, ut ejusmodi opprobrio notatas merito quis lacrymis prosequatur, ista per Christum idololatriæ *morte* devitata adepturæ sunt. Intelligit autem eos *lacrymarum* nomine, qui commiseratione commoti, tot animarum interitum

[61] Hebr. XII, 22. [62] Matth. XXVI, 29. [63] I Cor. XIII, 9. [64] Rom. VIII, 17. [65] I Joan. II, 20. [66] Isa. XI, 10; Rom. XV, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[1] *pp.* ἔνεκεν.

Digitized by Google

lamentabantur, quæ per diabolum *mortis* appellatione significatum perierant. Perierant igitur, quantum humana patiebatur conditio : sed sunt Dei benignitate turpis hujus et diabolicæ servitutis opprobrio liberati. Dicas vero et ad mysterii traditionem, ipsam quoque mortuorum resurrectionem tempestive adjectam esse, indeque nos carnis resurrectionem **320** ipso baptismatis tempore profiteri, *mortemque* per Adamum in genus humanum grassantem [67] lamentationum et *lacrymarum* nobis occasionem præbuisse . cujus fugam illa post tres dies resurrectio Salvatoris, qui primogenitus ex mortuis [68], et dormientium primitiæ vere [69] nuncupatur, nobis peperit. Primitias autem atque adeo primum, sequentes omnes, ipsi videlicet, consequemur ; quos sacco dirupto ea circum lætitia munivit [70], ut his verbis in mortem non dubitemus insurgere : « Ubi est, mors, victoria tua? ubi, inferne, stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est [71]. »

A nobis igitur *omnis sublata est lacryma*, qui spe ratæ resurrectionis beneficio non immoderato dolore amplius, ut cæteri qui spem non habent [72], dejicimur. Vocat autem *opprobrium populi*, *mortem istam*, tanquam quæ a transgressionibus nostris originem habuerit ; vel peccatum etiam, a quo ipsa manavit corruptio. Cæterum quoniam a permultis resurrectionis mysterio, revera admirabili, fides non adhibebatur : *Os Domini locutum esse* adjecit. Vel id ideo certe usurpavit, quod gentes errore liberari nemo facile credidisset. Neque vero mirum cuiquam videatur, quod cultus idolorum quædam adhuc supersunt reliquiæ. Decuit enim doceri nos a quibus nos Redemptor ipse exemerit, cum liberos suos olim homines in sacrificium mactarent dæmonibus [73]. Ita deinde et ipsa voluntatis nostræ libertas apparuit. At quod *in montem* dixit, secundum interpretes reliquos, sensum alium astruit. Ita enim aperte reddidit Symmachus : *Et præcipitem dabit in monte isto faciem dominatoris, qui in omnes gentes dominatur : et judicium, quod in omnes gentes judicatum est, absorberi faciet mortem in finem : et absterget Dominus Deus a facie omnem lacrymam : et opprobrium populi sui tollet ab omni terra ; quia Dominus locutus est.* **321** Quibus verbis concordi translatione Theodotio et Aquilas assentiuntur, innuentes Dominum, quando *convivium in monte* prædicto gentibus apponet, quas arcanis suis mysteriis dignas putabit ; tum demum *præcipitata dominatoris facie*, eum etiam, qui in gentes omnes *dominatur* (id est mortem, quæ nunc quidem *dominari*, ab Apostolo autem ab ipso Adamo ad Mosem usque regnare dicitur [74]) profligaturum et perditurum. Ista ergo non immerito, quia cessat *mors* hostis ultimus,

καὶ *θάνατος* εἴρηται. Ὅσον μὲν οὖν ἦκεν εἰς τοὺς ἀνθρώπους, ἀπώλοντο· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τὸν ὀνειδισμὸν αὐτῶν τῆς ἐφυβρίστου δουλείας τοῦ διαβόλου ἀφείλετο. Εἴποις δ' ἂν, καὶ ὡς ἐπὶ καιροῦ πάνυ, τῇ τοῦ μυστηρίου παραδόσει καὶ ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν συνεισκεκόμισται λόγος. Διὸ καὶ σαρκὸς ἀνάστασιν ἐν τῷ τοῦ βαπτίσματος ὁμολογοῦμεν καιρῷ, καὶ ὡς διὰ τοῦ Ἀδὰμ καταδραμὼν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ὁ *θάνατος*, θρήνων ἡμῖν ὑποθέσεις καὶ *δακρύων* παρέσχετο. Τούτου δὲ φυγὴν ἡ τριήμερος παρέσχε τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασις πρωτοτόκου γεγονότος ἐκ τῶν νεκρῶν καὶ ἀπαρχῆς τῶν κεκοιμημένων. Ἕψεται δὲ τῇ ἀπαρχῇ καὶ πρώτῳ τὰ μετὰ ταῦτα, τοῦτ' ἔστιν ἡμεῖς, οὓς διαῤῥήξας τὸν σάκκον περιέζωσεν εὐφροσύνην, ὡς ἐπεμβαίνειν τῷ θανάτῳ. « Ποῦ ἡ νίκη σου, θάνατε ; Ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη ; Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία. »

Πᾶν οὖν ἡμῶν *ἀφῄρηται δάκρυον*, διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως οὐ λυπουμένων ἀμέτρως, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. *Ὀνειδος* δέ φησι *τοῦ λαοῦ τὸν θάνατον*, ὡς ἐκ τῆς ἡμῶν παραβάσεως ἐσχηκότα τὴν γένεσιν· ἢ καὶ τὴν ἁμαρτίαν, δι' ἧς ἐκδέδηκεν ἡ φθορά. Ἀλλ' ἐπεὶ πολλοῖς ἄπιστον τῆς ἀναστάσεως τὸ μυστήριον, ὄντως ὑπάρχον παράδοξον, φησὶν, ὅτι *Τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησεν*. Ἦγουν ἐπειδὴ λίαν ἦν ἄπιστον, ἐκ τῶν ἐθνῶν ἀπολεῖσθαι τὴν πλάνην, εἰκότως τοῦτο προσέθηκεν. Εἰ δὲ τῆς εἰδωλολατρείας ἔτι σώζεται λείψανον, θαυμαστὸν οὐδέν. Ἔδει γὰρ δείκνυσθαι τίνων ἡμᾶς ὁ Λυτρωτὴς ἠλευθέρωσε πάλαι τῶν ἀνθρώπων θυσίαν τὰ τέκνα προσαγόντων τοῖς δαίμοσι. Καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν δὲ οὕτως ἐκ τῆς αὐτεξουσίου γνώμης ἐδείκνυτο. Τὸ δὲ *ἐπὶ τὸ ὄρος*, κατὰ τοὺς λοιποὺς ἑρμηνευτὰς διάνοιαν ἑτέραν παρίστησι. Σαφῶς γὰρ οὕτως ἐξέδωκε Σύμμαχος· *Καταποντιεῖ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ πρόσωπον τοῦ ἐξουσιαστοῦ τοῦ ἐξουσιάζοντος πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ ἡ χρῆσις*[1] *ἡ κεκριμένη κατὰ πάντων τῶν ἐθνῶν, καταποθῆναι ποιήσει τὸν θάνατον εἰς τέλος. Καὶ ἐξαλείψει Κύριος ὁ Θεὸς ἀπὸ προσώπου πᾶν δάκρυον καὶ τὸ ὄνειδος τοῦ λαοῦ αὐτοῦ περιελεῖ ἀπὸ πάσης τῆς γῆς, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν.* Οἷς Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων συμφώνως ἐξέδωκαν, δηλοῦντες ὡς ὅτ' ἂν *τὸ συμπόσιον ἐν ὄρει* τῷ προειρημένῳ ποιήσει τοῖς ἔθνεσι Κύριος, μετασχεῖν ἀξιώσας τῶν ἀῤῥήτων αὐτοῦ μυστηρίων, τὸ τηνικαῦτα *τοῦ ἐξουσιαστοῦ τὸ πρόσωπον καταποντίσας*, ἀφανὲς γενέσθαι ποιήσειεν *τοῦ ἐξουσιάσαντος* πάντων τῶν ἐθνῶν, τοῦτ' ἔστι τοῦ θανάτου νῦν μὲν ἐξουσιαστοῦ ῥηθέντος, παρὰ δὲ τῷ Ἀποστόλῳ βασιλέως, ἐβασίλευσε λέγοντος ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως. Ἐπεὶ τοίνυν ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται *ὁ θάνατος*, εἰκότως ταῦτά φησιν. Ἀντὶ δὲ τοῦ

[67] Rom. v, 17. [68] Coloss. i, 18 ; Apoc. i, 5. [69] I Cor. xv, 20. [70] Psal. xxix, 12. [71] I Cor. xv, 55, 56. [72] I Thess. iv, 12. [73] Psal. cv, 37. [74] Rom. v, 14.

VARIÆ LECTIONES.

1 *γρ.* κρίσις.

Digitized by Google

προσώπου τοῦ ἐξουσιαστοῦ, τὸ πρόσωπον τῆς σκοτίας Σύμμαχός τε καὶ Θεοδοτίων ἐξέδωκαν, οὕτω δηλοῦντες τὸ ἀφεγγές τε καὶ σκότους πλῆρες τοῦ θανάτου χωρίον. Τότε τοίνυν, ὅτε περ οἱ ἅγιοι συμβασιλεύσωσι τῷ Χριστῷ, ὁ πάντας καταπίνων καταποθήσεται θάνατος. Τὸ δὲ αἴτιον ἡ χρίσις, δι' ἣν οὐκ ἔτι θανάτῳ δουλεύσουσιν. Ἅπερ ὠφελημένος ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφασκε· « Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, » καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς. Ὅτε καὶ πᾶν ὄνειδος ἀφαιρεθήσεται. Ὄνειδος γὰρ ἦν τοῖς κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεποιημένοις ἀνθρώποις, τὸ ἐκπεσεῖν τῆς αἰωνίου ζωῆς.

usurpavit. Sed prætereundum non est, pro *facie dominatoris; tenebrarum faciem* Symmachum et Theodotionem reddidisse, ut caligine et tenebris mortis locum docerent abundare. Quo tempore igitur, cum Christo regnaturi sancti sunt, tum demum quæ omnes ante solebat *absorbere, mors absorbebitur*. Atque hujus quidem rei causam unctio illa, per quam morti non servient amplius, præbuerit; qua auctus Apostolus, corruptibile hoc incorruptionem, et mortale hoc immortalitatem induturum, cæteraque illa quæ sequuntur, affirmavit [75]. Tum demum etiam *opprobrium omne auferetur*. Erat enim non leve hominibus *opprobrium*, qui ad Dei imaginem facti essent, vita sempiterna excidisse.

θ'-ιβ'. Καὶ ἐροῦσι τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐφ' ὃν ἠλπίζομεν. Καὶ ἠγαλλιώμεθα, ἀνάπαυσιν δώσει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο. Καὶ καταπατηθήσεται ἡ Μωαβῖτις, ὃν τρόπον πατοῦσιν ἄλωρα ἐν ἁμάξαις, κ. τ. λ.

322 Vers. 9-12. *Et dicent illa die : Ecce Deus noster, in quem speramus, et salvabit nos. Iste Dominus, sustinuimus eum et exsultabimus, et lætabimur in salute nostra. Requiem dabit Deus super montem hunc. Et conculcabitur Moabitis, quomodo calcant aream plaustris*, etc.

Καταποθέντος τοῦ θανάτου κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναστάσεως, οἱ τοῦ νέου αἰῶνος υἱοὶ χαριστήριον ᾄσουσιν ᾠδὴν τὸν ἑαυτῶν Σωτῆρα θεώμενοι λέγοντες· Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐφ' ᾧ ἠλπίζομεν, τὸν πρὶν ἐλπισθέντα νῦν ὁρῶντες ἡδόμεθα, τὰ ἐπιόντα λυπηρὰ δι' αὐτὸν καρτερήσαντες. Ἀνθ' ὧν ἐν τῷ τῆς βασιλείας ὄρει, τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἀπολαύσουσι. Ἡ δὲ Μωαβῖτις, κατὰ δὲ τὴν Ἑβραΐδα Μωάβ, τῆς ἀσεβείας ὑφέξει τὴν δίκην. Ἀντὶ δὲ τοῦ ἀλοηθήσεται, Σύμμαχος ἐξέδωκεν ἀλοήσομεν. Τίνες δὲ οἱ ἁλοῶντες, ἐξῆς ἐπιφέρει λέγων· Καὶ πατήσουσιν αὐτὸν πόδες πραέων καὶ ταπεινῶν βήματα. Νόει δὲ Μωάβ, τὸν παρὰ Μωαβίταις τιμώμενον δαίμονα κατὰ Θεοῦ μὲν ἐπαρθέντα, συντρίψαντα δὲ τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἰσραὴλ τῷ Βεελφεγὼρ τελεσθῆναι ποιήσαντα· καὶ ἐν τῇδε περὶ Μωὰβ ἔλεγεν ὁράσει, ὅτι ἦρθη ἡ συμμαχία σου, καὶ ὁ ἄρχων ἀπώλετο ὁ καταπατῶν ἐπὶ τῆς γῆς. Περὶ οὗ καὶ ὁ Ἱερεμίας φησί· « Καὶ ἐξελεύσεται Χαμὼς ἐν ἀποικίᾳ. » Καὶ πάλιν· « Καὶ καταισχυνθήσεται Μωὰβ ἀπὸ Χαμώς. » Οἷος δὲ ἦν, δηλοῖ λέγων· « Ἐγγὺς ἡμέρα Μωάβ, καὶ πονηρία αὐτοῦ ταχεῖα σφόδρα. » Καὶ πάλιν· « Ἴδετε πῶς συνετρίβη βακτηρία εὐκλεής. » Καὶ πάλιν· « Κατεάχθη κέρας Μωάβ, καὶ τὸ ἐπίχειρον αὐτοῦ συνετρίβη, φησὶ Κύριος. Δήσατε αὐτόν, ὅτι ἐπὶ Κύριον ἐμεγάλυνεν. » Καὶ πάλιν· « Καὶ ἔσται εἰς γέλωτα καὶ αὐτός, ἐπειδὴ εἰς γελοιασμὸν ἦν σοι Ἰσραήλ. » Καὶ ἐξῆς· « Ἤκουσα, φησὶν, ὕβριν Μωάβ, ὕβρισεν σφόδρα τὸ ὕψος καὶ ὑπερηφανία. » Ἐπειδὴ οὖν φοβερὸς Ἰουδαίοις νενόμιστο, παρίστησιν αὐτοῦ τὴν ἐν τῷ μέλλοντι κρίσιν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, Καὶ τὸ ὕψος τῆς καταφυγῆς τοῦ οἴκου σου ταπεινώσει, Σύμμαχος, Καὶ τὸ ὀχύρωμα τοῦ ὕψους τῶν τειχῶν σου κύψει, φησί. Τεῖχος δὲ καὶ ὀχύρωμα αἱ δυνάμεις ἦσαν αὐτοῦ, αἷς ὠχύρωτο. Νοήσεις δὲ δι' ἑνὸς, οἷα πείσονται καὶ οἱ τὰ λοιπὰ τῶν ἐθνῶν ἀπατήσαν-

Absorpta morte, ipso resurrectionis tempore, qui sæculi recentis filii exsistent, Salvatorem contemplati, eidem in accepti beneficii memoriam carmen his verbis decantabunt : *Ecce Deus noster, in quem sperabamus*, quem fide antea, nunc ipsis oculis læti aspicimus, qui labores et molestias per eum superavimus. Quorum vice promissis bonis in regni *monte* potientur. At ipsa *Moabitis*, vel *Moab*, si Hebræorum litteram sequimur, impietatis pœnas non effugiet. Verum quo loco *triturabitur* habemus *triturabimus* agendi significatione reddidit Symmachus. Nec quinam trituratores futuri essent dissimulavit, cum *eum mansuetorum pedibus, humiliumque vestigiis calcatum* **323** *iri* addidit. Intelligas autem *Moab* nomine cultum apud *Moabitas*, et in Deum sese efferentem dæmonem, qui sibi subditos opprimebat et populum Israeliticum Beelphegori initiari cogebat [76]. Superiore præterea in Moabitidem visione ejus auxilium, et principem, qui in terra calcabat periisse affirmavit. De eodem Jeremias ipse sic loquitur : « Et abibit Chamos in captivitatem [77]. » Itemque : « Et pudefiet Moab a Chamos [78]. » Qualis autem esset aperit, cum ait : « Instat dies Moab, et malitia ejus celer valde [79]. » Et iterum : « Videte quomodo confractus est baculus fortis [80]. » Et rursum : « Resectum est cornu Moab, et robur ejus conculcatum, ait Dominus. Ligate ipsum, quoniam in Dominum magnifice se extulit [81]. » Præterea : « Et erit in risum etiam ipse, quia in derisum tibi fuit, o Israel [82]. » Denique : « Audivi, ait, superbiam Moab. Injurius fuit valde, arrogans et fastuosus [83]. » Quoniam ergo Judæis metuendus videbatur, futurum deinceps ejus judicium apponere libuit. Cæterum quo loco *et altitudinem refugii domus tuæ humiliabit*, habemus : Et *munimentum altitudinis murorum tuorum concidere faciet*,

[75] I Cor. xv, 53. [76] Psal. cv, 28. [77] Jerem. xlviii, 7. [78] ibid. 13. [79] ibid. 16. [80] ibid. 17. [81] ibid. 25, 26. [82] ibid. 27. [83] Ibid. 29.

Digitized by Google

interpretatus est Symmachus. Erant vero *murus et munimentum* vires ejus, quibus *muniebatur*. Discas porro ab uno, qualia dæmones ipsi etiam, qui reliquas gentes in fraudem deduxerunt, passuri sunt. Id enim colligendum nobis relinqui propheta voluit.

A τες δαίμονες. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν ὁ προφήτης κατέλιπεν.

CAP. XXVI.

VERS. 1-8. *Die illa cantabunt canticum istud in terra Judææ, dicentes : Ecce civitas munita, et salutare nostrum ponet murum, et circummurale; aperite portas. Ingrediatur populus custodiens justitiam*, etc.

At illis deletis regnabit in suos Christus, in cœlesti illa Jerusalem, quam Judææ nomine vocavit urbis amplitudinem innuens. Appellat vero et *civitatem Dei* sanctorum in ea degentium vitæ institutum, congrue ad regionem terrenæ illius Jerusalem respiciens : partim quidem, ut rerum veritatem subindicet; partim etiam ut Judæos consolatus, eosdem etiam ad propositorum spem provocet, qui promissis potiti canticum cœleste cantabunt. Est autem *canticum* hujusmodi : *Ecce civitas munita salutare nostrum*. Neque enim *munita* inferior ista in terris, vi capta sæpius et expugnata; sed **324** superior illa, et *munita* et *salutare* (quod *Jesus* vocabulo apud Hebræos significatur) dici queat. Est enim ipse beatorum Salvator, *civitas*, *murus*, et *circummurale*. Cujus *portarum* appellationem, mansionem ibidem exsistentium aditus nos decet intelligere; quod non Judæis, non Israeli, vel quibuslibet aliis simpliciter, sed iis tantum, qui *justitiam*, qui *veritatem*, et *pacem colunt*, aperiri jubet. De quibus quisquis Dei amore accenditur, illud usurpabit : « Aperite portas justitiæ; ingressus in eas confitebor Domino [84]. » Ideo autem eis *aperiuntur*, *quia in te speraverunt usque in sempiternum*, qui et *habitantes in excelsis*, et civitates eorum vel absoluta mortalis vitæ consummatione, vel impio civitatum eorum statu deleto, sustuleris.

Conveniunt vero ista cum prædictis, ubi munitas civitates in tumulum ita te positurum dixisti, ut a fundamentis eruantur [85]. At tuos viros *mansuetos*, (quales terram possessuros affirmasti) *humiles* prius, ipso justi judicii tempore *exaltabis*, elataque prius superborum capita facies *conculcare*, cum *piorum* etiam *via*, nullo superstite qui impediat, *recta futura est*. Nec est ejus rei alia, quam *justi Dei judicii* causa investiganda. Sunt autem qui præmissa verba de Salvatoris adventu intelligi voluerunt. Eum enim qui arcana illa symbola, de quibus locutus est, tradidisset, Deum vere ab iisdem, qui illa amplexi essent quamvis in carne esset, cognitum iri. Sermonem vero Israeli volunt convenire, a quo (velut e Scripturis didicerat) venturus exspectabatur; idque Symeonis et Zachariæ exemplo, sicut jam dictum est, qui sua spe potiti sunt, palam fieri. Tales qui exsistunt, *monti huic*,

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

α'-η'. *Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ᾄσονται τὸ ᾆσμα τοῦτο ἐπὶ γῆς τῆς Ἰουδαίας, λέγοντες· Ἰδοὺ πόλις ὀχυρὰ, καὶ σωτήριον ἡμῶν θήσει τὸ τεῖχος, καὶ περίτειχος. Ἀνοίξατε πύλας, εἰσελθέτω λαὸς φυλάσσων δικαιοσύνην*, κ. τ. λ.

Μετὰ δὲ τὴν τούτων ἀπώλειαν Χριστοῦ βασιλεύοντος [k] τῶν ὑφ' αὐτῷ κατὰ τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλὴμ, ἣν Ἰουδαίαν καλεῖ τὸ πλάτος ἐκείνης μηνύων τῆς πόλεως· τὸ δὲ ἐν αὐτῇ τῶν ἁγίων πολίτευμα, *πόλιν Θεοῦ*, ἀκολούθως τῇ χώρᾳ τῆς ἐπὶ γῆς Ἱερουσαλὴμ, ἅμα μὲν ὑποδηλῶν τὴν ἀλήθειαν, ἅμα δὲ τοὺς Ἰουδαίους παραμυθούμενος [καὶ] εἰς τὴν τῶν προκειμένων ἐλπίδα προτρέπων, οἱ τυχόντες τῶν ἐπαγγελιῶν ᾄσουσιν ᾆσμα τὸ ἐπουράνιον. Τὸ δὲ ᾆσμα· *Ἰδοὺ πόλις ὀχυρὰ τὸ σωτήριον ἡμῶν*. Ἡ κάτω γὰρ ἐπὶ γῆς οὐκ ὀχυρὰ πολλάκις ἀνοῦσα. Ἡ δὲ ἄνω, καὶ ὀχυρὰ, καὶ σωτήριον, ὅπερ Ἰησοῦς ἡ τῶν Ἑβραίων ἔφη φωνή. Αὐτὸς γὰρ τῶν μακαρίων Σωτὴρ, *πόλις*, *τεῖχός* τε, καὶ *περίτειχος*. Ταύτης δὲ *πύλας*, τὰς διαφόρους τῶν αὐτόθι μονῶν εἰσόδους νοήσομεν, ἃς ἀνοιγῆναι φησιν οὐκ Ἰουδαίοις, ἢ τῷ Ἰσραὴλ, ἢ τοῖς τυχοῦσιν ἁπλῶς, μόνοις δὲ τοῖς *δικαιοσύνην*, καὶ *ἀλήθειαν*, καὶ *εἰρήνην φυλάττουσι*. Περὶ ὧν πᾶς ἐρεῖ θεοφιλής· « Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης· εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ. » *Ἀνοίγονται* δὲ αὐτοῖς, ἐπειδήπερ *ἐπὶ σοὶ ἤλπισαν ἕως τοῦ αἰῶνος*, ὃς καθεῖλες *τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ὑψηλοῖς* καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν, καθεῖλες [l], συντέλειαν τοῦ θνητοῦ ποιησάμενος βίου, ἢ τὰς ἀσεβεῖς αὐτῶν πολιτείας ἠφάνισας [m].

Συνῳδὰ ταῦτα τοῖς εἰρημένοις, ὅτι ἔθηκας πόλεις εἰς χῶμα, πόλεις ὀχυρὰς, τοῦ πεσεῖν αὐτῶν τὰ θεμέλια· τοὺς δὲ σοὺς *πραεῖς* ἄνδρας, οὓς ἔφης κληρονομῆσαι τὴν γῆν, *ταπεινοὺς* ὄντας πρότερον, κατὰ τὸν τῆς δικαιοκρισίας σου καιρὸν *ἀνύψωτας*, *κατακρατεῖν* αὐτοὺς τῶν πάλαι ποιήσας ὑπερηφάνων τὰς κεφαλὰς, ὅτε καὶ ἡ τῶν *ἀσεβῶν* [n] *ὁδὸς εὐθεῖα*, μηδενὸς αὐτοῖς ἐκ ποδῶν ἔτι καθεστῶτος, οὗπερ αἴτιον ἡ τοῦ *Θεοῦ δικαιοκρισία*. Τὴν δὲ προκειμένην ῥῆσίν τινες ἐπὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας ἐξέλαβον. Τὸν γὰρ τὰ σύμβολα παραδεδωκότα τὰ μυστικὰ, περὶ ὧν ἔλεγεν, Θεὸν ὄντα γνώσεσθαι τοὺς ταῦτα λαβόντας, εἰ καὶ γέγονεν ἐν σαρκί. Τὸν δὲ λόγον ἁρμόττειν φασὶ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, οἳ καὶ προσεδόκων αὐτὸν, ἐκ τῶν Γραφῶν ὡς ἥξει μαθόντες· ὡς ἐδήλωσε Συμεών τε, καὶ Ζαχαρίας, ὡς εἴρηται, τυχόντες ἧς εἶχον ἐλπίδος. Οἱ δὲ τοιοῦτοι προσομολογοῦσιν *ἐπὶ τὸ ὄρος τοῦτο δώσειν ἀναπαύσειν τὸν Θεὸν*, δηλονότι τὴν Ἐκλη-

[84] Psal. CXVII, 19. [85] Isa. XXV, 2 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[k] γρ. Χριστὸς βασιλεύσει. [l] ἄγρ. καθεῖλες. [m] γρ. ἀφανίσας. [n] γρ. εὐσεβῶν.

Digitized by Google

σίαν, καὶ Χριστὸς γὰρ ἐβόα· « Δεῦτε πρός με οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Δι' αὐτοῦ γὰρ ἀπεθέμεθα τὸ τῆς ἁμαρτίας φορτίον, καὶ τοῦ φόβου τῶν ἐπὶ ταύτῃ κολάσεων. Προστέθειται δὲ καὶ τὰ ἐν ἐλπίσιν ἀγαθά. Γέγραπται γὰρ περὶ τῶν ἁγίων, ὅτι εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν. Εἶτα δείκνυσι τὴν ἐπὶ τῇ τῶν μυστικῶν παραδόσει τῆς εἰδωλολατρείας κατάλυσιν, τοῖς τῶν πιστευόντων ποσὶν ὑπενηνεγμένου τοῦ Σατανᾶ, διὰ τὸν δόντα πατεῖν αὐτοῖς ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Διὰ μιᾶς δὲ χώρας εἰδωλολατρούσης, πάσας ἐδήλωσεν. *Τὰς δὲ χεῖρας ἀνήσει*, φησὶν, ὁ τῆς εἰδωλολατρείας εὑρετής, ἐκλυομένης αὐτοῦ τῆς δυνάμεως, δι' ἧς ἐταπείνου τὸν ἄνθρωπον. Ἀντὶ δὲ [a] τῆς ἐνεργείας *τὴν χεῖρα* παρείληφε, δι' ἧς ὑπέταξεν ἑαυτῷ τοὺς ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς ἐκτισμένους ὑπὸ Θεοῦ. Πρὸς αὐτὴν δὲ τὸν λόγον ἀποστρέψας τὴν *Μωαβῖτιν*, *ὕψος καταφυγῆς τοῦ τοίχου τὸ ταπεινούμενον* αὐτόν φησι τὸν τῆς ἀπάτης καὶ τῆς εἰδωλολατρείας προεστηκότα. . . .

id est Ecclesiæ, *requiem daturum Deum* profitentur. Christum enim ita inclamasse legimus : « Accedite ad me, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos [86]. » Per eum siquidem peccatorum onere non levati modo, sed debita etiam pœna liberati sumus. Adjunxit **325** vero et futurorum bonorum spem. Scribitur enim de sanctis, quia « lætitia sempiterna super caput eorum [87]. » Insinuat deinde arcanarum rerum traditione idololatriæ interitum, subjecto credentium pedibus Satana per eum qui serpentes et scorpiones pedibus calcare [88], omnemque hostis potentiam superare facit. Deinde unius idololatræ regionis nomine cunctas significat. Ad hæc, quod idololatriæ auctorem *manus suas remissurum* dicit, de adempta potestate, qua hominem deprimebat, intelligit. *Manum* enim pro vi illa agendi, qua sibi homines ad bona opera creatos subjugavit, usurpavit. Converso deinde ad *Moabitidem* sermone, per *dejectam altitudinem muri refugii*, ipsum fraudis et idololatriæ præsidem deturbatum iri significat. . . .

θ-ιε'. *Ἠλπίσαμεν ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου, καὶ ἐπὶ τῇ μνείᾳ ᾗ ἐπεθύμει ἡ ψυχή μου. Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρὸς σέ, ὁ Θεός, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς. Δικαιοσύνην μάθετε, οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς. Πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβὴς*, κ. τ. λ.

VERS. 9-15. *Speravimus in nomine tuo, et in memoria quam desideravit anima mea. De nocte vigilat spiritus meus ad te, Deus, quia lux judicia* **326** *tua super terram. Justitiam discite, qui habitatis terram. Cessavit enim impius*, etc.

. . . εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν. Ὥσπερ δὲ ἐν παντὶ ῥήματι Θεοῦ τρέφεται ἡ ψυχὴ, οὕτω καὶ ἐν παντὶ προστάγματι καταυγάζεται. Σπουδὴ τοίνυν ἔστω *τὴν δικαιοσύνην μαθεῖν*. Διδακτὸν γὰρ οὐ φυσικὸν, ὡς τὸ ὁρᾷν τε καὶ ἀκούειν, μυσταγωγὸς δὲ πρὸς τοῦτο Χριστὸς, ἐφ' οὗ λέγεται τό· Ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. Τοῦτο δὲ καὶ νῦν τοῖς ἐκ τῶν ἐθνῶν πεπιστευκόσιν ὁ προφήτης παρακελεύεται, ὅπερ ἔοικε τῷ· « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη· ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. Καὶ νῦν γὰρ ὁ προφήτης πάντας καλεῖ πρὸς τὴν εὐαγγελικὴν *δικαιοσύνην* τοὺς ἀνὰ πᾶσαν οἰκοῦντας τὴν γῆν, οὐ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ μόνους, ὡς τοῦ Μωσέως ὁ νόμος· τὸ δὲ ἀπειθεῖν οὐκ ἀζήμιον. *Πέπαυται γὰρ ὁ ἀσεβὴς* οἰχόμενος πρὸς ἀπώλειαν, πᾶς ὃς ἂν *μὴ μάθῃ δικαιοσύνην, μηδὲ ποιήσῃ ἀλήθειαν*, τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δηλονότι λατρείαν τε καὶ προσκύνησιν. Σκιὰν γὰρ εἶχεν ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Χριστὸς δὲ μόνος *ἀλήθεια*, ὃς καὶ γέγονεν ἡμῖν παρὰ τοῦ Πατέρος *δικαιοσύνη*, καὶ ἃ δεῖ [b] παραγγέλλει *δικαιοσύνη* τέ ἐστι καὶ *ἀλήθεια*. *Αἴρεται δὲ ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου*. Φησὶ γάρ· « Ἐὰν μὴ πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι, ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. » Καὶ πάλιν· « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται. » Μὴ συνὼν γὰρ Χριστῷ, πῶς *ὄψεται τὴν δόξαν* αὐτοῦ; Λαμβάνεται δὲ τοῦτο καὶ εἰς τὸν διά-

. . . . . In diem crastinum. Ut autem omni verbo Dei nutritur *anima*, sic quolibet præcepto illustratur. *Justitiam* ergo *discere* cura sit; quam disciplina, non natura largitur, ut auditum, ut visum. Sed est hujus disciplinæ mystes et initiator Christus, in quem illud est, quod omnes a Deo docendos esse scribitur [89]. Istud vero illis etiam nunc præcipit propheta, qui de gentium numero fidem amplexi sunt : cujusmodi est illud : « Audi e hæc, omnes gentes; attendite, omnes qui habitatis terram [90]. Nam et isto loco propheta universæ terræ incolas, non Judæos tantum, ut Mosis illa lex, ad evangelicam *justitiam* invitat; a qua qui abhorruerint, impune non tulerunt. *Cessavit enim impius* delatus ad interitum; omnis nimirum qui *justitiam non discit, neque veritatem fecit*, id est, qui positum in spiritu et veritate cultum adorationemque non observat. Umbram enim futurorum bonorum lex habuit [91]. Sed Christus unus *veritas* [92], idem nobis a Patre *justitia* exsistit, et quæ annuntiat, *justitia* sunt et *veritas*. *Tollitur* autem *impius, ne videat gloriam Dei*. Ait enim : « Nisi credideritis quod ego sum, in peccatis vestris moriemini [93]. » Deinde : « Qui credit in Filium, non judicatur; qui autem non credit, jam judicatus est [94]. » Qui enim *Christi gloriam*, qui cum Christo non fuerit, *videre* possit? Potest vero et istud, in diabolum vecor-

[86] Matth. XI, 28. [87] Isa. LXI, 7. [88] Luc. X, 19. [89] Joan. VI, 45 [90] Psal. XLVIII, 2. [91] Hebr. X, 1. [92] Joan XIV, 6. [93] Joan. VIII, 24. [94] Joan. III, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *γρ.* γάρ. [b] *γρ.* δή.

Digitized by Google

desque Judæos usurpari. Cum **327** enim iis Deus minitetur, qui *justitiam non didicerunt*, ea prophetæ, quæ ab incredulitate Judæorum profecta est, in recordationem subit ignoratio. Dei siquidem Filius, Patris *brachium*, quo cuncta effecta sunt, appellatus [95], ideoque incarnatus ut terræ incolas per fidem justificaret, ea quæ naturam et rationem exsuperant, ad divinitatis suæ probationem operabatur. Indeque est quod aiebat : « Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere [96]. » Cæterum præterquam quod, qui videbant et docebantur, non credebant, Samaritanum [97], dæmoniacum, temulentum [98], fabrique filium [99] contumeliose vocabant. Imo et servatis gentibus, cum zelo flagrarent improbo, *igne* potius *consumi*, quam in easdem servatas intueri malebant. Quod in ipso Salvatoris ortu passos esse, quia puer natus esset nobis Filius, propheta significavit [1].

Inde est igitur, quod, conversa ad Patrem oratione, eumdem sic alloquitur : *Domine, excelsum brachium tuum, et nesciebant*, quia nimirum tanquam vulgarem aliquem hominem despicerent, quem ab operibus cognoscere debucrant. At jam *erubescent*, adjicit, ejus a morte resurrectionem intuiti; quo tempore pecunia militibus numerata, ne ad omnes rei fama perveniret, impedire frustra conati sunt. *Erubescent* rursum vel tum maxime, cum in Patris gloria venientem intuebuntur ; cum Sponsi thalamo, solo patrum nomine (quorum erant promissiones, et legislatio, et testamentum), commendabiles excludentur. Nunc autem, et tunc etiam gentes *æmulabuntur*, cum igni perpetuo tradentur. « Ipsi enim, scribitur, ad æmulationem me provocaverunt in eo quod non erat Deus, sed eos ipse in non gente provocabo [2]. » Postulat autem propheta a Deo, ut eis ipse secum *pacem* largiatur. Ita enim cumulatam et perfectam a te gratiam, inquit, inibimus, qui tantis a te beneficiis per patres affecti sumus. Potest et istud ad se retulisse propheta videri, quasi inter multa Dei in se beneficia, et istud quoque permaximum profiteatur, si genti sive *pacem* ab eodem impetret ; juxta illud : « Justificati **328** igitur ex fide pacem habemus apud Deum, per Dominum et Salvatorem *Jesum Christum* [3]. » Quod certe cum acciderit, in Dei sortem et possessionem transibimus, *nullum alium agnoscentes*, sed divinæ legi, quæ Dominum Deum adorare, eique soli servire præcipit [4], obedientes. *Pacem* rursus et eum fortasse, de quo : « Ipse enim est pax nostra [5], » legimus, appellavit.

Deinde, quod *omnia reddidisti* dixit, de peccatorum pœnis, quas digne pertulerunt, nonnulli intelligunt. Illis enim, aiunt, merito nobis inflictis, eum tu nobis dato, qui solus odio tuo liberare possit. Ratione siquidem dominii *omnia tua* sunt.

βολον, καὶ τοὺς ἀγνώμονας Ἰουδαίους. Ἀπειλοῦντος γὰρ τοῦ Θεοῦ τοῖς *μὴ μανθάνουσι δικαιοσύνην*, εἰς ἀνάμνησιν ὁ προφήτης ἦλθε τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐξ ἀπειθείας ἀγνοίας. Ὁ μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς *βραχίων* λεγόμενος τοῦ Πατέρος, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε, σαρκωθεὶς ἵνα δικαιώσῃ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς διὰ πίστεως, τὰ ὑπὲρ φύσιν καὶ λόγον εἰργάζετο, διὰ τούτων, ὡς Θεὸς εἶη, δεικνύς. Διόπερ ἔφασκεν· « Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατέρος μου, μὴ πιστεύετέ μοι. » Οἱ δὲ ὁρῶντες καὶ διδασκόμενοι, πρὸς τῷ μὴ πιστεύειν, Σαμαρείτην, καὶ δαιμονῶντα, καὶ μέθυσον, καὶ τέκτονος ἐκάλουν υἱόν. Σωζομένων δὲ τῶν ἐθνῶν, πονηρῷ καιόμενοι ζήλῳ, *πυρίκαυστοι* γενέσθαι μᾶλλον ἤθελον, ἢ ταῦτα βλέπειν σωζόμενα. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Σωτῆρος γεννήσει πεπονθέναι φησὶν αὐτοὺς ὁ προφήτης, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν Υἱός.

Διὸ πρὸς τὸν Πατέρα φησὶν ὁ προφήτης· *Κύριε, ὑψηλός σου ὁ βραχίων, καὶ οὐχ ἥδεισαν.* Ὡς δὴ κοινοῦ τινος ὑπερορῶντες ἀνθρώπου, διὰ τῶν ἔργων αὐτὸν ἐπιγινώσκειν ὀφείλοντες. Γνόντες δὲ αὐτοῦ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, *αἰσχυνθήσονται*, ὅτε καὶ ἀργύρια ἱκανὰ τοῖς στρατιώταις ἔδωκαν, ὡς ἂν μὴ πᾶσιν ἔκπυστον γένηται. *Αἰσχυνθήσονται* δὲ καὶ ὅτ' ἂν ἴδωσιν αὐτὸν ἐρχόμενον ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατέρος, ὅτε καὶ τοῦ νυμφῶνος ἐκκλείονται οἱ διὰ τοὺς πατέρας τετιμημένοι. Αὐτῶν γὰρ αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ διαθήκη, νῦν δὲ καὶ τότε τὰ ἔθνη *ζηλώσουσι* πυρὶ τῷ αἰωνίῳ παραπεμπόμενοι. « Αὐτοὶ γάρ, φησὶ, παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπὶ οὐκ ἔθνει. » Ὑπὲρ δὲ τούτων αἰτεῖ τὸν Θεὸν ὁ προφήτης τὴν *πρὸς* αὐτὸν *εἰρήνην* τούτοις δωρήσασθαι. Οὕτω γὰρ πλήρη παρὰ σοῦ τὴν χάριν ληψόμεθα, τοσαῦτα διὰ τοὺς πατέρας τετιμημένοι. Καὶ περὶ ἑαυτοῦ δὲ τοῦτο λέγοι ἂν ὁ προφήτης ὁμολογῶν, ὡς πολλὰς παρὰ σοῦ λαβὼν εὐεργεσίας, ταύτην μεγίστην ὁμολογήσω τὴν πρὸς σὲ τοῦ ἔθνους *εἰρήνην*. Κατὰ τό· « Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος *Ἰησοῦ Χριστοῦ*. » Οὗ δὴ γεγονότος, κτῆσις ἐσόμεθα καὶ κλῆρος Θεοῦ, *οὐδένα ἄλλον εἰδότες*, τῷ σῷ νόμῳ πειθόμενοι λέγοντι· « Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Λέγοι δ' ἂν *εἰρήνην* καὶ τὸν περὶ οὗ λέγεται, « Αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν. »

Τὸ δὲ, *πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν*, φασί τινες δηλοῦν τὴν κατ' ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων δίκην αὐτοῖς ἐπαχθεῖσαν. Ἐκείνων γὰρ δικαίως [q] ἡμῖν ἐπαχθέντων, δὸς τὸν μόνον ἀπαλλάξαι τῆς πρὸς σὲ δυσμενείας δυνάμενον. Λόγῳ μὲν [r] δεσποτείας *ἅπαντα σά.*

[95] Luc. I, 51. [96] Joan. X, 37. [97] Joan. VII, 20; Joan. VIII, 48, 52. [98] Matth. XI, 19; Luc. VII, 34. [99] Marc. VI, 3. [1] Isa. IX, 6. [2] Deut. XXXII, 21. [3] Rom. V, 1. [4] Deut. VI, 13; Matth. IV, 10. [5] Ephes. II, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[q] *Λ. Ισ. φασί.* [r] *Λ. Ισ. γάρ.*

Digitized by Google

Γένοιτο δὲ διὰ Χριστοῦ καὶ λυτρωθέντας ἡμᾶς τῆς ἐν ἁμαρτίαις *νεκρώσεως*, οἱκείωσιν ἔχειν τὴν σὴν, ὅτε καὶ τίνων ἐῤῥύσθημεν εἰδότες, *ἄλλον οὐκ ἔτι γνωσόμεθα*. Οἱ δὲ [s] τῇ στερήσει τῆς *ζωτικῆς δικαιοσύνης* ἐμμείναντες, καὶ *νεκρωθέντες* διὰ τὰ[t] τῷ Θεῷ, μένουσι νοῦτως, οὐκ ἔχοντες *ἰασιν*, μηδενὶ τῶν ἰᾶσθαι δυναμένων πνευματικῶν διδασκάλων πειθόμενοι. Διὸ φειδόμενος αὐτῶν, *ἀπολέσθαι πεποίηκας*, μὴ παριδὼν [u] ἐν κακίᾳ χρόνον ἐπιζῆσαι μακρότερον, ὡς ἂν μὴ χείρους ὦσιν ἐν τοῖς τῆς ἁμαρτίας γεννήμασιν, ὡς ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τὰ ρκ' συνέτεμεν ἔτη, καὶ τὰ ο' τὰ διὰ τοῦ παρόντος εἰρημένα προφήτου, συμφώνως οἷς ὁ νζ' λέγει ψαλμός· « Ἄνδρες αἱμάτων καὶ δόλιοι οὐ μὴ ἡμισεύσουσι τὰς ἡμέρας. » Καὶ πάλιν· « Μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν. » Τινὲς δέ φασι δύνασθαι νοεῖν *νεκροὺς* καὶ οὓς ἤγειρεν ὁ Χριστὸς, ὡς τὸν Λάζαρον· οὓς οὐκ ἂν ἕτερος *ἀνέστησεν ἰατρός*. Ὅπερ ἔδει σκοποῦντα τὸν Ἰσραὴλ, Θεὸν ὁμολογῆσαι Χριστόν. Τοῦτο δὲ μὴ ποιήσας, *ἀπώλετο*. Πλὴν οὐκ ἄρδην. Σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα. Πᾶν δὲ *ἄρσεν* αὐτῶν ἐστι, τὸ ἡγούμενον τάγμα. Τὸ γὰρ *ἄῤῥεν* ἡγεῖται τοῦ θήλεως. Εἴποις δ' ἂν καὶ τοὺς ἐν συνέσει τῇ τοῦ νόμου νεανικοὺς κατὰ τὸ προφητικὸν τό· Πορεύσομαι πρὸς τοὺς ἀδρούς, καὶ λαλήσω πρὸς αὐτούς. Καὶ ἰδοὺ ὁμοθυμαδὸν συνέτριψαν ζυγὸν, διέῤῥηξαν δεσμούς. Τοιοῦτον καὶ τό· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί· » οἷς αἰτεῖ *προστεθῆναι κακά*. Οὐ μόνον γὰρ τῆς πρὸς Θεὸν ἐξέπεσον οἰκειότητος, δι' ὧν εἰς αὐτὸν ἐπαῤῥώνησαν, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐκ τῶν πολεμίων ἀπώλοντο συμφοραῖς. Τοὺς δὲ *ἄῤῥενας* ῥηθέντας, καὶ *ἐνδόξους* ἐκάλεσεν, ὡς τῶν λοιπῶν ὑπερέχοντας, ὥσπερ οὖν καὶ *κακὰ*, τὰ κακωτικά. Ὡς τὸ, « Ὁ κτίζων κακά. » Καὶ τὸ, « Οὐκ ἔστι κακὸν ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησεν. »

A Utinam vero et nos per Christum a peccati *morte* redempti consortio tuo potiamur, qui etiam, quibusnam liberati sumus minime ignorantes, *alium* amplius *non sumus agnituri*. Qui enim in privatione *vitalis justitiæ* immorantur, Deoque propter peccata *mortui sunt*, ita illi ideo manent deplorati, quod nullis spiritualibus *medicis*, quibus sanandi facultas fuerat, obtemperantes esse voluerunt : indeque est, quod parcens eis, *perire fecisti* intulit, qui tempus ad sceleris amplificationem non produxisti, ne ei et ipsi deteriores cumulandis peccatis evaderent : ut cum in diluvio 120 annos, et illos deinde 70, cujus noster hic propheta meminit, contraxit; juxta quod psalmo LVII, in hæc verba legitur : « Viri sanguinum et dolosi, non dimidiabunt dies suos [6]. » Et rursum : « Ne revoces me B in dimidio dierum meorum [7]. » Aiunt vero nonnulli eos etiam hic posse *mortuos* intelligi, qui, ut Lazarus, essent a Christo in vitam revocati; quos quia nullus *suscitare medicus* potuisset, ad id Israelem advertere, et Christum confiteri debuisse, quod cum facere noluisset, paucis exceptis (servatæ enim reliquiæ aliquæ [8]) ipsum *periisse*. *Masculi* porro nomine, principes et duces ideo intellexit, quod feminæ debeat *masculus* anteire. Dicas et hos etiam, qui consilio, et legis intelligentia, tanquam juvenes roborè pollerent, juxta propheticum illud significari : **329** Vadam ad primores, et dicam eis : Et ecce unanimiter contriverunt jugum, confregerunt vincula [9]. » Tale est et illud : « Væ vobis, C Scribæ et Pharisæi [10], » etc. Deinde *mala addi* postulat : non solum enim Dei familiaritate, propter contumeliam quam ipsi intulerunt, exciderunt, sed variis etiam hostium injuriis graviter afflicti perierunt. *Masculos* rursum, quod superius dixit, eosdem esse *gloriosos*, tanquam reliquis superiores : ut *mala* etiam, quæ inferendi mali facultatem habeant, appellat; cujus generis est illud : « Qui creavit mala [11]. » Et illud : « Non est malum in civitate, quod non fecerit Dominus [12]. »

ις-ιθ'. *Κύριε, ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου· ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν. Καὶ ὡσεὶ ὠδίνουσα ἐγγίζει τοῦ τεκεῖν, καὶ ἐπὶ τῇ ὠδῖνι αὐτῆς ἐκέκραξεν, οὕτως ἐγενήθημεν τῷ ἀγαπητῷ σου*, κ. τ. λ.

Ὡσανεὶ παροῦσαν τὴν καθόλου κρίσιν ὁ προφήτης ὁρῶν, καὶ τῷ τοῦ Θεοῦ παριστάμενος βήματι, ποτὲ μὲν ἐξομολογεῖται, ποτὲ δὲ ἱκετεύει, ποτὲ δὲ εὐχαριστεῖ. Καὶ ποτὲ μὲν καταλέγει τὰς ἐκ Θεοῦ τοῖς ἀγαθοῖς ἀμοιβὰς, ποτὲ δὲ τὰς κατ' αὐτῶν καταλέγει τιμωρίας, πάντα *παιδεύων* ἡμᾶς ἅπερ αὐτὸς ἐκ D τοῦ Πνεύματος *ἐπαιδεύετο*. Φησὶν οὖν ὡς ὅτε καιρὸς ἦν, τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὑπὲρ τῶν τῆς εὐσεβείας ἀγώνων ὁδεύοντες, ὑπὸ τῆς σῆς ἐδυναμούμεθα *μνήμης*, ὥς τε λέγειν, θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι. Διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. Καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι. *Ἐπαίδευσε* γὰρ ἡμᾶς *ἡ θλῖψις*, εἰδότας ὅτι ὃν ἀγαπᾷ

VERS. 16-19. *Domine, in afflictione recordati sumus tui : in tribulatione parva doctrina tua nobis. Et sicut parturiens appropinquat ad partum, et in dolore suo clamat, sic facti sumus dilecto tuo*, etc.

Non aliter quam si præsens judicium omnium intueatur propheta, stetque ante ipsum Dei tribunal, aliquando quidem confessione, aliquando vero precibus, aliquando etiam gratiarum actione utitur. Imo vero quandoque collata in bonos a Deo beneficia, quandoque etiam malorum pœnas recenset; ut nos illis omnibus, sicut prius a Spiritu fuerat *edoctus*, *erudiat*. **330** Sic igitur loquentes inducit : Cum sese obtulerunt tempora, viam angustam et tritam pro religionis certaminibus ambulantes tantum tui *recordatione* potuimus, ut nos afflictos quidem fuisse, sed non oppressos; persecutiones passos, sed non derelictos; dejectos, sed non in-

[6] Psal. LIV, 24. [7] Psal. CI, 25. [8] Isa. X, 22; Rom. IX, 27. [9] Jerem. V, 5. [10] Matth. XXIII, 13. [11] Isa. XLV, 7. [12] Amos III, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[s] Ἰσ. γάρ. [t] γρ. ἁμαρτήματα. [u] παραδούς.

Digitized by Google

teremptos dicere valeamus. Nos enim ipsa *erudiebat* *afflictio*; qui eum a Domino amari, quem castigat, non ignoraremus [13]. Cum tuo siquidem in nos amore collata quævis *afflictio parva* nobis videbatur, qui non condignas hujus sæculi passiones ad venturam gloriam, quæ revelabitur in nobis [14], esse putaremus. Hinc est igitur, quod omni tolerata *afflictione*, prægnanti, jamjamque *parturienti* mulieri similes effecti sumus; qui *dilectum tuum*, id est unigenitum Verbum, et immissum nobis religionis tuæ *timorem* intus retinentes, fortiter olim sustinuimus, veriti scilicet, ne utrumque, quod ipsi conceperamus, in nobis abortiretur. Non igitur spe excidimus, qui finem amborum, *salutem spiritus* nostri, habeamus. Ex quo enim illum *peperimus*, *eos* qui versantur *in terra* si æmulari studeant, nobis non fore dissimiles aperte docuimus, nam qui *timorem* hunc *non acceperint*, neque *spiritum salutis pepererint*, sed sine fœtu et fructu remanserint; spe illa, quæ a te est, *excident*, qui autem tuas partes secuti, quamvis ad mortem usque contra peccatum decertarint; ea tamen nunquam, quæ a te est, vita privabuntur. *Resurgent* enim *mortui*: vel, secundum Aquilæ, Symmachi, et Theodotionis interpretationem, *vivent mortui tui*. Sed enim *mortuorum* ejus nomine, quosnam præter sanctos ipsius intelligas, qui sunt a supradictis mortuis alii? Qui enim *mortui* sunt, vitam habere non valeant, si morte digna admiserint: contra autem *mortui* Domini, qui omnia propter ipsum passi sunt; de quibus non tanquam *mortuis*, sed tanquam a *dormientibus* reliquorum est interpretatio; priore quidem ratione, *expergefient*, qui sunt in monumentis; **331** altera vero *exsultabunt*, aut *laudabunt*, secundum Aquilam: aut *jubilabunt*, secundum Theodotionem. Dormitio enim sanctorum *mors* appellatur. At fuerit eis resurrectionis causa *ros ille tuus*, id est a te effusum Verbum illud unigenitum, quod vivificas guttas suas in proprios *mortuos* instillans, eadem opera et eorum, quæ humanitus admiserunt, medelam afferet; et eorum, qui in terra dispersi sunt, *resurrectionem* corporum largitur: non aliter quam *ros* ille solet oculis subjectus, quem paulatim cœlo demissum commissa terræ semina nutrire et augere videmus. Qualia de impiis dici certe non possunt. *Cadet* enim, ait, ipsorum *terra*: ideoque. tanquam Deo *exciderint*, luituros significavit.

Sed non desunt, qui verba hæc ita interpretentur: Qui multo in Deum amore adversus sceleratos Judæorum ausus propheta excitatus *eis mala addi* postularat; cum eorum jam nomine Deum deprecari deberet, si quid illis condoleret; eam jam pro sui defensione utilitatem proponit, quæ ex *damnis et calamitatibus* divinitus immissis percipitur; solere ejus in nobis Dei *recordationem* exci-

Κύριος παιδεύει. Τῷ γαρ σῷ πόθῳ *πᾶσα θλίψις μικρά* τις ἡμῖν ἐνομίζετο λογιζομένοις, ὡς *Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ἡμᾶς*. Διὸ πᾶσαν ὑπομένοντες *θλῖψιν*, ἐῴκειμεν *κυούσῃ* γυναικὶ, καὶ ὅσον οὔπω μελλούσῃ τεκεῖν. Καὶ τὸν γὰρ *ἀγαπητόν* σου καὶ μονογενῆ Λόγον ἔχοντες ἔνδον, καὶ τὸν ἡμῖν κατασπαρέντα *φόβον* τῆς σῆς εὐσεβείας πάλαι ἐκαρτεροῦμεν γενναίως, δεδιότες ἐξαμβλῶναι τὸν ἐν ἡμῖν ἀγαπητόν σου κυούμενον, καὶ τὸν φόβον τὸν σόν. Τοιγαροῦν οὐκ ἐσφάλημεν τῆς ἐλπίδος, τέλος ἀμφοῖν τὴν *σωτηρίαν τοῦ πνεύματος* τοῦ ἡμετέρου κτησάμενοι. Τοῦτο γὰρ *ἀπογεννήσαντες* φανερὸν *τοῖς ἐπὶ* γῆς κατεστήσαμεν, ὡς ἂν ζηλοῦντες γένοιντο παραπλήσιοι. Μὴ λαβόντες γὰρ τοῦτον *τὸν φόβον*, *μηδὲ τεκόντες τὸ πνεῦμα τῆς σωτηρίας*, ἄγονοι δὲ καὶ ἄκαρποι μείναντες, ἐλπίδος *ἐκπεσοῦνται* τῆς παρὰ σοῦ. Οἱ δὲ τῆς σῆς ὄντες μερίδος, εἰ καὶ μέχρι θανάτου πρὸς τὴν ἁμαρτίαν διαγωνίσαιντο, τῆς παρὰ σοὶ ζωῆς οὐκ ἀποπεσοῦνταί ποτε. *Ἀναστήσονται* γὰρ *οἱ νεκροί*· ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν, *ζήσονται οἱ τεθνεῶτές σου*. Ἢ κατὰ Σύμμαχον καὶ Θεοδοτίωνα, *ζήσονται οἱ νεκροί σου*. *Νεκροὶ* δὲ αὐτοῦ τίνες ἂν εἶεν, ἢ οἱ ἅγιοι αὐτοῦ μάρτυρες ἕτεροι ὄντες παρὰ τοὺς ἄνωθεν λεχθέντας *νεκρούς*; Οἱ δὲ [y] *νεκροὶ* ζωὴν οὐ μὴ ἴδωσιν, ὡς ἡμαρτηκότες πρὸς θάνατον. *Νεκροὶ* δὲ Κυρίου, οἱ πάντα δι' αὐτὸν ὑπομείναντες (περὶ ὧν οὐ *τεθνηκότων*, ἀλλ' ὡς *κοιμηθέντων* ἐξέδωκαν οἱ λοιποὶ) κατὰ μὲν τὸ πρῶτον, *ἐξυπνίσεσθε* [x] οἱ ἐν τοῖς μνημείοις· κατὰ δὲ τὸ δεύτερον, *Ἀγαλλιάσονται*, ἢ *αἰνέσουσιν* κατὰ τὸν Ἀκύλαν, ἢ *ἀλαλάξουσι*, κατὰ τὸν Θεοδοτίωνα. Κοίμησις γὰρ ὀνομάζεται τῶν ἁγίων *ὁ θάνατος*. Αἰτία δὲ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῖς *ἡ παρὰ σοῦ δρόσος*, ὁ μονογενής σου Λόγος δηλαδὴ, ὃς ἐπιστάξας τὰς ἑαυτοῦ ζωοποιοὺς σταγόνας τοῖς αὐτοῦ *νεκροῖς*, ὁμοῦ μὲν ἔλασιν τῶν ἀνθρωπίνως αὐτοῖς ἡμαρτημένων *παρέξει*, ὁμοῦ δὲ *ἀνάστασιν* τῶν ἐπὶ γῆς ἐσπαρμένων σωμάτων, ὡς ἡ *δρόσος* ἡ αἰσθητὴ ἡμέρα κατιοῦσα πρὸς γῆν, ἐκτρέφειν καὶ αὔξειν ποιεῖ τὰ ἐναποκείμενα σπέρματα. Ἀλλ' οὐ τὰ τῶν ἀσεβῶν τοιαῦτα. *Πεσεῖται* γὰρ αὐτῶν ἡ γῆ. Ὡς οὖν *ἐκπεσόντες* Θεοῦ, αὐτοῖς σώμασι καὶ ψυχαῖς εἰς τιμωρίαν παραδοθήσονται.

Τινὲς δὲ τὴν ῥῆσιν οὕτως ἐρμήνευσαν· Ἐκ πολλῆς ὁ προφήτης φιλοθεΐας κατὰ τῶν Ἰουδαϊκῶν τολμημάτων κινηθεὶς, καὶ φήσας, *Πρόσθες αὐτοῖς κακὰ, Κύριε*· δέον ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλεῖν τὸν Θεὸν, εἴγε τούτοις συνέπασχε, τὸ τῶν *κακωτικῶν θλίψεων* πρὸς ἀπολογίαν ἐπήνεγκε χρήσιμον, ὡς Θεοῦ *μνήμην* πέφυκε πᾶσιν ἐργάζεσθαι, ὥσπερ οὖν λήθην οἶδε ποιεῖν εὑρόοντα τὰ πράγματα. Ἐν *θλίψει γὰρ*

[13] Hebr. XII, 6. [14] Rom. VIII, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[y] γρ. γάρ. [x] γρ. ἐξυπνίσονται.

Digitized by Google

μικρὰ παιδευόμεθα, Θεοῦ τὴν ὀργὴν συγκεραννύντος πᾶσιν ἡμέρως. Ἐξ ἀγάπης ἄρα τὸ, *Πρόσθες αὐτοῖς*, ἔφη, *κακά*. Προαιρέσει γὰρ ἀκάρπῳ λυσιτελούντως ἀνάγκη προσφέρεται. Τοιοῦτον τό· « Ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ τὰς σιαγόνας αὐτῶν ἄξεις τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς σέ. » Ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς, φησὶ, κατ' ἐκείνους ἐπὶ τῷ *ἀγαπητῷ σου* διετέθημεν υἱῷ· δίκην δὲ μᾶλλον *ὠδινούσης* γυναικὸς, τῶν ταῦτα τολμώντων κατεβοήσαμεν τὴν ψυχὴν ὀδυνώμενοι. Τοιοῦτος Ἡσαΐας βοῶν· « Ὑμεῖς δὲ προσαγάγετε ὧδε, υἱοὶ ἄνομοι, σπέρμα μοιχῶν καὶ πόρνης. Ἐν τίνι ἐνετρυφήσατε, καὶ ἐπὶ τίνι ἠνοίξατε τὸ στόμα ὑμῶν; » Περὶ ὧν ἔφασκε καὶ Δαβίδ· « Σκοτισθήσονται οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, » καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκαμψον. Τινὲς δὲ *θλῖψιν μικρὰν*, τὴν μὴ χωροῦσαν εἰς ἔργα φασὶν ἀπειλήν. Φιλανθρώπως γὰρ ἀπειλεῖ Θεὸς, φόβῳ τῶν κακῶν ἀπεῖρξαι βουλόμενος. Οὐ μισεῖ γὰρ τὸ ἴδιον πλάσμα, οὐδὲ παρήγαγεν [y] ὡς ἂν τιμωρήσηται. Εἰ γὰρ ἦν τοιοῦτος, ἐνῆν αὐτῷ καὶ σιωπῇ τὴν τιμωρίαν ἐργάζεσθαι. Νῦν δὲ σώζειν ἐθέλων προαπειλεῖ.

A tare, quæ rebus prosperis et ad voluntatem fluentibus obliteratur. Nos enim *parva erudit afflictio*, quoties iram Deo mansuetudine temperare in omnes libuit. Est igitur benevolentiæ et charitatis, quod *eis mala adjici* propheta postulavit; cum nullius frugis voluntati utiliter ipsa vis accedat necessitatis. Tale illud est : « In camo et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te [15]. » At nos, ait, ut illi, nequaquam *in dilectum* filium tuum sumus affecti; quin potius *parturientis* instar mulieris, illos qui ista conati sunt, magno animi dolore vociferantes arguimus. Talem agnoscas Isaiam, ubi ita inclamat : « Vos autem accedite huc, filii, semen adulterorum et fornicariæ. In quo vos deliciati estis? et in quo aperuistis os ve-
B strum [16]? » De his et illa sunt Davidis : « Obtenebrentur eorum oculi ne videant; **332** et dorsum eorum semper incurva [17]. » Quidam vero *afflictionem parvam*, eas tantum minas intelligunt, quæ ad opus usque non excurrunt : cum pro sua in homines benevolentia hoc tantum fine, ut eos a malis arceat, Deus minitetur. Non enim suum ipse odit figmentum; neque, ut ulciscatur, in lucem educit; quod alioquin, si talis esset, eidem vel non præmonenti liceret. At nunc minas præmittit, ut servare se velle doceat.

Ἐπεὶ τοίνυν φησὶ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα γέγονεν, ὡς διὰ μεγάλων τιμωριῶν τὸ χρέος ἐκτινύναι, *χρεία τοῦ σοῦ ἀγαπητοῦ* τὰς συμφορὰς ἡμῖν διαλύοντος χάριτι. Ἀφ' οὗ γὰρ κατὰ τὴν προφητείαν ἡ παρθένος λέγεται τετοκέναι, πανταχοῦ εὐαφόρμως μνημονεύει τοῦ παιδίου. Οἱ δὲ λέγοντες ἐκ φιλοθεΐας γενέσθαι *τῷ ἀγαπητῷ* τοῦ Πατέρος ὅπερ *ὠδίνουσα* γυνὴ, ἐμμένουσι τῇ τροπῇ, *σωτηρίας* λέγοντες *πνεύματα τεκεῖν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς*· ὅπερ ἁρμόττει προφήταις, ἀποστόλοις τε καὶ εὐαγγελισταῖς. Τῆς γὰρ θείας μυσταγωγίας ἄνωθεν πλουτοῦντες τὰ σπέρματα, *τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς πνεῦμα σωτηρίας ἐξέτεκον*, τὴν ἐν πνεύματι δηλονότι *διδασκαλίαν*. Φίλον γὰρ τῇ Γραφῇ *πνεῦμα* καλεῖν ἔσθ' ὅτε τάς τινων συγγραφὰς, κατὰ τό· « Δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἐκ τοῦ θείου εἰσίν. » [z] Πνεύματι γὰρ ἁγίῳ τὸ σωτήριον κήρυγμα λέγεται, κοσμικῷ δὲ, τὰ τούτῳ μαχόμενα. Διό φησιν ὁ Παῦλος· « Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου τούτου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ. » *Πνεῦμα* τοίνυν *σωτηρίας*, τὸ εὐαγγελικὸν ἐκάλεσε κήρυγμα τὴν αἰώνιον ζωὴν προξενοῦν. Τινὲς δέ φασιν τὴν ἐκ τῆς ἀπειλῆς ὠφέλειαν ἐμφαίνειν. Ὡς ἀγαθὸν γὰρ σπέρμα *τὸν σὸν φόβον* δεξάμενοι, καὶ τοῦτον κυοφορήσαντες, ἐν καιρῷ τῷ δέοντι *σωτηρίαν* ἐκαρπωσάμεθα. Ἔτι γὰρ οὖσιν ἡμῖν ἐπὶ γῆς καιρὸν μετανοίας ἐχαρίσω, μὴ προανελὼν τῇ κατ' ἀξίαν δίκῃ, ἀλλ' ἐνδοὺς ἐπιστραφεῖσι σωθῆναι. Καὶ *νεκροὶ ὄντες* τοῖς παραπτώμασι, νῦν *ἐγερθησόμεθα* ὡς ἀπὸ μνημείων, ἀντιλήψεως τυχόντες τῆς παρὰ σοῦ. Ὑφ' ᾗ τελοῦντες, *ἀγαλλιασόμεθα* τῶν κακῶν ἔργων ἀπεσχημένοι. Τὸν σὸν γὰρ ἔλεον ὡς

Quoniam igitur, ait, eo res nostræ reciderunt, ut magnis ultionibus debitum nobis luendum sit : *dilecto tuo*, qui gratis calamitates nostras tollat, opus est. Statim enim ex quo, secundum prophetiam, virgo peperisse audita est, opportune ubique pueri mentionem facit. At qui se divinitatis amore *dilecto* Patris instar mulieris *parturientis* fuisse
C dicunt, eidem loquendi figuræ insistunt, dum *spiritum salutis iis*, qui sunt *in terra*, *peperisse* se inferunt; quod prophetis ipsis, apostolisque atque adeo evangelistis convenit, qui divinæ mystagogiæ seminibus superne ditati, iis qui sunt *in terra salutis spiritum*, id est spiritalem doctrinam, *peperer-unt*. Est enim Scripturæ usitatum, ut quorumdam aliquando scripta, *spiritus* appellatione dignetur, quale est illud : « Probate spiritus an ex Deo sunt [18]. » Opera siquidem Spiritus sancti editur salutaris prædicatio; mundani autem, quæ huic adversantur; unde sunt et illa Pauli : « Nos autem spiritum hujus mundi non accepimus, sed spiritum qui ex Deo
D est [19]. » Patet itaque *spiritum salutis* evangelicam illam prædicationem, quæ vitam æternam conciliat, appellasse. Aiunt vero nonnulli, eam, quæ ex minis oritur, utilitatem significari. Tanquam enim semen, inquiunt, *metum tuum* complexi, et eo prægnantes, idoneo tempore *salutem* percepimus. Nam adhuc in terra degentibus pœnitendi spatium prorogasti, cum dilata morte justas de nobis pœnas tum non sumpsisti; sed resipiscendi tempus; ut servares, indulsisti. Qui prius ergo propter peccata *mortui eramus*, nunc tanquam de **333** monumentis *re-*

[15] Psal. xxxi, 9. [16] Isa. lvii, 3, 4. [17] Psal. lxviii, 24. [18] I Joan. iv, 1. [19] I Cor. ii, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[y] Ἴσ. Α. εἰς φῶς. [z] Ἴσ. Α. ἐν.

Digitized by Google

surgemus tua ope adjuti, in qua degentes et ipsi malis operibus liberati *exsultabimus*. Pereuntibus enim impiis, tuam in nos ipse miserationem velut *rorem* ad *medelam* demittes. Utitur vero naturæ consentientibus ad rei cognitionem exemplis. Quin et apud Ezechielem, cum spem Judæi propter temporis diuturnitatem abjicerent, ipsum de captivitate reditum, ipsamque adeo templi instaurationem Deus ostensurus, ossa mortuorum ipsa etiam prophetæ prædicatione in vitam jussit revocari [20]; ut populi dubitantis animum per eorum suscitationem, quæ desperata videbantur, in spem excitaret.

A δρόσον ἐφ' ἡμᾶς ἐκπέμπεις *ἰατικὴν* τῶν ἀσεβῶν ἀπολλυμένων. Τοῖς φύσει δὲ συμβαίνουσι παραδείγματι [a] χρῆται πρὸς κατανόησιν. Καὶ παρ' Ἰεζεκιὴλ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἀπειρηκότων εἰ διὰ μακρὸν χρόνον, τὴν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἐπάνοδον, καὶ τοῦ ναοῦ τὴν οἰκοδόμησιν ὁ Θεὸς ὑποδείκνυσι τῷ προφήτῃ, νεκρῶν ὀστᾶ καὶ διὰ κηρύγματος τοῦ προφήτου ζωοποιεῖσθαι κελεύει, ζωπυρῶν τῷ λαῷ τὰς ἐλπίδας διὰ τῆς τῶν ἀπεγνωσμένων ἀναβιώσεως.

VARIÆ LECTIONES.

[t] *Δῴ. τὸ ἀκούειν.* [*] *γρ. ἐφ' ὧν.* [u] *γρ. ὡς οὐκ.*

Digitized by Google

ut istorum *urbes*, cum in Romanorum potestatem devenissent, ab eisdem *vindemiarentur*; et in ferarum lustra, propter solitudinem, abirent. Optat igitur, ut, priore abjecta incredulitate, *dolore* illo, qui secundum Deum est [47], tangi se patiantur. Solet enim *dolor*, qui talis est, non pœnitendam in Deo pœnitentiam operari : cujus fructus est *divitiarum amictum exuere*, et virili habitu *accinctis lumbis* prioris vineæ solitudinem *plangere*. Animæ præterea intelligibili fructuum ubertate exciderunt Judæi; qui pro uvis spinas ediderunt, quemadmodum apud prophetam legitur [48]. Cujus generis et ista sunt apud alium : « Ventosa seminarunt, et subversio eorum excipiet ea. Manipulus non habens vim conficiendæ farinæ [49]. » Hinc vos, quæ prius in Deo *confidentes* sententiam mutastis, *luge'e*, inquit. Rejecit enim *vineam* suam Dominus, nubibusque, ne in eam pluerent imperavit; unde in lætitiam *onagrorum*, malorumque pastorum, id est, in impurorum dæmonum pascua abiit. Quin et David ipse, tanquam de vite Israelitica, dicit : « Vastavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam [50]. » Ut enim incultum, et sentibus refertum agrum despicit Dominus, ita sterilem animam providentia sua non dignatur Deus. At pro quo *super vineam germinis* hic legimus, **388** propter *vineam augescentem* Aquila, *propter vineam fertilem* Symmachus expresserunt : quam alibi in hæc verba alloquitur : « Ego te plantavi vitem fructiferam, totam veram; quomodo conversa es in amaritudinem vinea allena [51] ? » Deinde quod hic *terra populi mei* habemus, *in terram populi mei* reddidit Symmachus. Consentiunt vero cum istis etiam quæ ante dicta sunt his verbis : « Exspectavi quousque uvas ederet, sed spinas dedit [52]; » quas idem mox interpretatus intulit : « Exspectavi quousque faceret judicium, sed fecit iniquitatem, et non justitiam, sed vociferationem [53]. » Inde igitur *onagris* in lustra, et *pastoribus*, vel *gregibus* (ut interpretatur Aquila) in *pascua facta est*. Quod revera videmus accidisse, cum eam varias idololatrarum gentes constet incoluisse. Vos itaque, adjicit, eo usque tantum luctum et dolorem perferre decet, *quoad in vos spiritus de celso* (aut secundum Symmachum, *refrigeratio de alto*) *veniat*.

Est ergo *spirituum* differentia. Sed nihil vos, inquit, adeo recreare, luctumque pellere poterit, atque ille, quem *de sursum* discipulis missurum pollicitus est Salvator [54], quemque etiam nunc, si pœnitentiam agentes resipiscatis, vobis non defuturum denuntiat. « Beati enim qui lugent, quoniam consolabuntur [55]. Beati qui plorant, quoniam ridebunt [56]. » Aiunt vero nonnulli tempus hic, quo eorum qui in populo increduli remanserunt, solitudo futura est, designari, quando, inquit, qui crediderunt, divino Spiritu potientur, qui ab alto

οἱονεὶ *τρυγᾶσθαι* τούτων *αἱ πόλεις* Ῥωμαίων παραδοθεῖσαι χερσὶν, καὶ θηρίων ἐξ ἐρημίας ἐνδιαίτημα γίνεσθαι. Βούλεται τοίνυν τὴν κατὰ Θεὸν αὐτῶν ἄψασθαι *λύπην* τῆς προτέρας ἀπιστίας ἐξισταμένων. Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν *λύπη* μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον ἀπεργάζεται. Ἧς καρπὸς τὸ ἀποδύσασθαι μὲν τὴν *τοῦ πλούτου περιβολὴν*, ἀνδρικῷ δὲ ζωσαμένας σχήματι τὰς *ὀσφῦς*, *κόψασθαι*, τοῦ πρώτου αὐτῶν ἀμπελῶνος τὴν ἐρημίαν. Καὶ κατὰ ψυχὴν δὲ τῆς νοητῆς εὐκαρπίας ἀποπεπτώκασιν Ἰουδαῖοι, ἀντὶ σταφυλῆς ἀκάνθας ποιήσαντες, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Φησὶ δὲ καὶ ἕτερος, « Ἀνεμόφθορα ἔσπειραν. Καὶ ἡ καταστροφὴ αὐτῶν ἐκδέξεται αὐτά. Δράγμα οὐκ ἔχον ἰσχὺν τοῦ ποιῆσαι ἄλευρον. » Διὸ, φησὶν, αἱ πρὶν ἐπὶ Θεῷ *πεποιθυῖαι*, καὶ τὴν γνώμην μεταβαλοῦσαι, *θρηνήσατε*· ἀνῆκε γὰρ *τὸν ἀμπελῶνα* αὐτοῦ. Καὶ ταῖς νεφέλαις ἐνετείλατο τοῦ μὴ βρέξαι εἰς αὐτόν. Καὶ γέγονεν *ὄρων ἀγρίων* εὐφροσύνη, καὶ πονηρῶν ποιμένων βοσκήματα, τοῦτ' ἔστιν ἀκαθάρτων πνευμάτων. Καὶ Δαβὶδ δὲ ὡς περὶ ἀμπέλου λέγει τοῦ Ἰσραήλ· « Ἐξυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. » Ὡς γὰρ κεχερσωμένον παροράται χωρίον [*λείπ. ὁ κτήτωρ, ἤ τι τοιοῦτον*], οὕτω Θεὸς ψυχὴν ἄκαρπον τῆς ἰδίας προνοίας οὐκ ἀξιοῖ. Ἀντὶ δὲ τοῦ *ἀπὸ γεννήματος ἀμπέλου*· ὁ μὲν Ἀκύλας φησὶν, *ἐπὶ ἀμπέλῳ αὐξητικῇ*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *περὶ ἀμπέλου πολυφόρου*, πρὸς ἣν φησιν ἀλλαχοῦ· « Ἐγώ σε ἐφύτευσα ἄμπελον καρποφόρον, πᾶσαν ἀληθινήν· πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; » Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἡ γῆ τοῦ λαοῦ μου*, Σύμμαχος, *ἐπὶ τὴν γῆν τοῦ λαοῦ μου*, φησί. Συνῳδὰ δὲ τοῖς ἔμπροσθεν, ἐν οἷς ἔλεγεν· « Ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ σταφυλὴν, ἐποίησεν δὲ ἀκάνθας. » Καὶ ταύτας ἑρμηνεύων ἐπῆγεν· « Ἔμεινα ἵνα ποιήσῃ κρίσιν, ἐποίησεν δὲ ἀνομίαν, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν. » Διὸ γέγονεν *ὄρων ἀγρίων* οἰκητήριον, *καὶ βοσκήματα ποιμένων*, ἢ *ἀγελῶν* κατὰ τὸν Ἀκύλαν. Ἅπερ εἰς ἔργον ἐξέβη. Εἰδωλολάτραι γὰρ ἐκ διαφόρων ἐθνῶν γεγόνασι ταύτης οἰκήτορες. Διὸ δεῖ, φησὶν, ὑμᾶς ἐπιμένειν ἐπὶ τοσοῦτον τῷ θρήνῳ, *ἕως ἂν ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς πνεῦμα ἀφ' ὑψηλοῦ*. Ἡ κατὰ Σύμμαχον, *ἀνάψυξις ἐξ ὕψους*.

Πνευμάτων μὲν οὖν ἐστι διάφορα. Πλὴν οὐδὲν ὑμᾶς ἀνακτήσασθαι δύναται, καὶ ἀναπαῦσαι τοῦ θρήνου, ἢ τὸ ἐξ ὕψους καταπεμπόμενον, ὃ πέμψειν ὁ Σωτὴρ τοῖς μαθηταῖς ἐπηγγέλλετο. Τοῦτο καὶ νῦν, εἰ μετανοοῦσαι κλαύσωσιν, ἐπαγγέλλεται. « Μακάριοι γὰρ οἱ πενθοῦντες, ὅτι παρακληθήσονται· καὶ οἱ κλαίοντες, ὅτι γελάσουσι. » Τινὲς δέ φασιν, ὡς ἐναργῆ τὸν χρόνον παρίστησιν τῆς τοῦ λαοῦ τῶν ἀπίστων χερσὶν, ὅτ' ἂν οἱ πεπιστευκότες θείου τεύξονται Πνεύματος, ἡνίκα καταφοιτῆσαν ἐξ ὕψους γλῶσσαις πυρὸς μεριζομέναις εἰκάζετο. Τότε *γὰρ*

[47] II Cor. vii, 10. [48] Isa. v, 2. [49] Osee viii, 7. [50] Psal. lxxix, 14. [51] Jerem. ii, 21. [52] Isa. v, 2. [53] ibid. 7 [54] Joan. xi, 26 et alibi. [55] Matth. v, 5. [56] Luc. vi, 21.

Digitized by Google

ἔσται, φησὶν, *ἔρημος, ὁ Χέρμελ.* Καὶ πρόσθεν γὰρ ἔλεγεν· ὅτι μετατεθήσεται ὁ Λίβανος, ὡς τὸ ὄρος τὸ Χέρμελ. Καὶ Χέρμελ εἰς δρυμὸν λογισθήσεται. Ἐδήλου δὲ τοὺς μὲν ἐκ περιτομῆς *ὁ Χέρμελ*, ὃς καὶ *Κάρμηλος* λέγεται, ὄρος ὂν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ἑρμηνευόμενον δὲ, ἐπίγνωσις περιτομῆς. Ὁ δὲ Λίβανος τὰ ἔθνη, τῆς Φοινίκης ὑπῆρχον [v]. Ἔμελλεν [x] γὰρ ἐκεῖνοι μὲν ἄκαρποι γενήσεσθαι, καὶ πυρὸς ὕλη, θρεπτοί τινες καὶ ἀνήροτοι τὴν ψυχὴν (τοιοῦτοι γὰρ *οἱ δρυμοί*)· μετελθεῖν δὲ τὰ ἔθνη πρὸς τὴν αὐτῶν θεοσέβειαν χρηματίζοντα Λίβανός τε καὶ ἔρημος, ἀντὶ τοῦ θεοτεβοῦς πάλαι λαοῦ μερὶς Κυρίου γινόμενα, καὶ σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ, καίτοι πρότερον ὄντα *δρυμὸς καὶ ἔρημος*, ἤπερ [y] ὡς μεγάλων ἀγαθῶν ἠξιωμένη τὰ μετὰ ταῦτα λοιπὸν ἐπαγγέλλεται, καλῶν αὐτὴν *Κάρμηλον*, εἰς ὃν ἔλεγεν μετατεθεῖσθαι *τὸν Λίβανον*.

Τινὲς δὲ *Κάρμηλον* τὸν ἐκ περιτομῆς νοοῦσι λαὸν, καὶ ζητοῦσι πῶς *εἰς δρυμὸν λογισθήσεται*, ἐν αὐτῷ πάλιν κατα . . . . . καὶ φασι τοῦτο διὰ τὸ κατάλειμμα λέγεσθαι τὸ σωθὲν καὶ τοῖς [z]. . . . . συναγελαζόμενον. *Ἐν τῇ ἐρήμῳ* τοίνυν *δικαιοσύνην* φησὶν *ἀναπαύσεσθαι*. Καὶ ἄνω γὰρ [a] εὐθὺς τῇ περὶ *Χέρμελ* καὶ Λιβάνῳ μεταθέσει τὴν κλῆσιν δηλῶν τῶν ἐθνῶν, ἔλεγεν κωφοὺς ἀκούσεσθαι τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου, καὶ τυφλῶν ἰδεῖν ὀφθαλμούς· οὕτω καὶ νῦν *ἔργα* φησὶν *ἔσεσθαι δικαιοσύνης*, ὧν τὸ κεφάλαιον ἡ τοῦ Θεοῦ ἐστιν *εἰρήνη* ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, ὅς ἐστιν *ἡ εἰρήνη* ἡμῶν *δικαιοσύνη τε καὶ κρῖμα*. Δεδικαιώμεθα γὰρ ἐν αὐτῷ, δικαίῳ τε καὶ ὀρθῷ κρίματι κατακριθείσης τῆς ἁμαρτίας. Ὅς καὶ κατὰ Παῦλον, εὐηγγελίσατο *εἰρήνην* τοῖς μακρὰν, *καὶ εἰρήνην* τοῖς ἐγγὺς, Ἰουδαίῳ δηλονότι πρώτῳ καὶ Ἕλληνι. Διὸ τὴν πρὸς Θεὸν καταλύσαντες ἔχθραν *πόλεσίν* ἐσμεν *ἀναπαύσεως*, καὶ τῆς εἰς αἰῶνα τρυφῆς τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῶν ἀρετῶν ἔχοντες πλοῦτον, περὶ οὗ φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει. » Καὶ ἀλλαχοῦ δέ φησιν ὁ προφήτης· « Εὐφράνθη ἔρημος ἡ διψῶσα. Ἀγαλλιάσθω ἔρημος καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον· » ἔρημον καλῶν τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν, διὰ τὸ ἄκαρπον καὶ παντὸς ἐψιλωμένον ὑπερανεστηκότος φυτοῦ. Χριστοῦ δὲ *κατοικήσαντος* ἐν αὐτῇ, φησὶ πάλιν Ἡσαΐας· « Καὶ ποιήσω ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ ἐν τῇ ἀνύδρῳ ποταμούς, θήσω εἰς τὴν ἄνυδρον, γῆν κέδρον καὶ πύξον, καὶ μυρσίνην, καὶ κυπάρισσον, καὶ λεύκην, » τὰς διαφόρους τῶν πιστευσάντων ἐπηρμένας δηλῶν ἀρετάς. Φησὶ δὲ νῦν ὡς *οἰκήσει ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐν πόλει εἰρήνης*. Ἀντὶ γὰρ τῆς μεγάλης ἐκείνης καὶ γαυριώσης, κατὰ Σύμμαχον, *συνέστησε πόλιν*, τὴν

demissus, in linguas igneas divisus apparebit [87]. Tunc *erit*, ait, futurus *desertus Chermel*. Nam et antea dicebat mutatum iri Libanum, sicut montem Chermel : et Chermel in saltum abiturum. Innuebat autem *Chermel* ipse, Samariæ mons, *Carmelus* alias, circumcisionis cognitionem significans, eos ipsos qui ex circumcisione sunt ; non aliter quam gentes ipse Libanus, qui etiam Phœniciæ mons est. Futurum enim erat, ut steriles illi, ignisque materia tantum, utpote montium **389** incolæ, animoque feri et inculti (quales *saltus* ipsi sunt) remanerent; gentes autem, Libani desertique nominibus significatæ, pro pio quodam populo sors Dei effectæ, et funiculus hæreditatis ejus, ad verum cultum transirent, quantumvis *merus saltus* esset antea meraque *solitudo ;* cui tanquam ingentium bonorum participi, quæ sequuntur deinceps annuntiat, eamdem *carmelum* appellans, in quem *Libanum* transmutatum esse prædixerat.

Quidam autem *Carmeli* nomine Judaicum populum intelligunt, et quærentibus, qui futurum sit ut in *saltum reputetur*, in quo rursum *justitia habitet*, id ipsum propter reliquiarum conservationem, quæ cum gentibus, tanquam in gregem coierunt, fieri respondet. Significat igitur *requieturam esse in solitudine justitiam*. Superius enim quemadmodum cum in *Carmeli* et Libani mutatione vocationem gentium judicaret, surdos libri sermones audituros et cæcorum oculos visum esse recepturos asseruit : sic et hoc loco *opera justitiæ futura* ait, quorum caput ipsa Dei *pax* est, quæ mentem omnem exsuperat [88], qui est *pax* nostra [89], *justitiaque et judicium*. In ipso enim justificamur, cum recto et justo judicio peccatum condemnatur. Idem rursum, Paulo teste, iis, qui longe absunt et qui etiam prope sunt, Judæo primum, deinde Græco, *pacem* denuntiavit [90]. Atque hinc est quod reconciliati cum Deo, in *urbibus quietis* agentes, sempiternis ecclesiasticarum virtutum deliciis, tanquam veris opibus, fruimur : de quibus hunc in modum loquitur Apostolus : « Gratias ago Deo meo, per Jesum Christum, quod per omnia divites facti estis in eo, in omni sermone, in omni cogitatione [91]. » Alibi vero et propheta ipse, sic : « Lætare, deserta quæ sitis ; exsultet solitudo, et floreat tanquam lilium [92] : » solitudinis nomine gentium Ecclesiam significans, quæ non fructibus tantum, sed qualibet etiam arbore destitueretur. Sed Christo eam *inhabitante*, rursus inquit Isaias : « Et faciam in deserto aquam, et in inaquoso **390** fluvios, ponam in terra aquis carente cedrum, et buxum, et myrtum, et cupressum, et populum [93]; » quibus varias et excelsas eorum, qui crediderunt,

[87] Act. II, 1-4. [88] Philipp. IV, 7. [89] Ephes. II, 14. [90] Rom. II, 10. [91] I Cor. I, 5. [92] Isa. XXXV, 1. [93] Isa. XLI, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[v] *γρ.* ὑπάρχον. [x] *γρ.* Ἐμελλον. [y] *γρ.* ἤπερ. [z] *γρ.* καὶ δικαιοσύνη ἐν αὐτῷ πάλιν κατοικήσει, καὶ φασι τοῦτο διὰ τὸ κατάλειμμα λέγεσθαι τὸ σωθὲν, καὶ τοῖς ἔθνεσι συναγελαζόμενον. [a] *γρ.* ὥσπερ.

Digitized by Google

virtutum species indicavit. Significat vero hoc loco *populum ejus in pacis civitate habitaturum*. Pro magna enim illa et superba, secundum Symmachum, *urbem construxit*; catholicam Ecclesiam nimirum, quæ ab extremis ad extrema pertingeret : et *populum* indefinite, non Jacobi aut Israelis adjecto nomine, novam urbem habitaturum dixit. Quia deinde superius furorem Domini ipse judicii tempore in impios venturum, omniaque, ira incitatum, igni se combusturum significavit ; quia denique tanquam fulminis et grandinis, imo et aquæ etiam impetu commisturum se et rapturum : merito jam de beatis loquens, vel *grandinem ipsam, si descendat, in eos non venturam* adjungit.

A ἀπὸ περάτων ἕως πέρατων καθολικὴν Ἐκκλησίαν. *Λαὸν* δὲ πάλιν ἀορίστως φησὶν, καὶ οὐ τὸν Ἰακὼβ, ἢ τὸν Ἰσραὴλ, ἐν τῇ καινῇ κατοικήσοντα πόλει. Εἶτα, ἐπειδὴ ἐν τοῖς ἀνωτέρω τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν τοῖς ἀσεβέσιν ἐπελεύσεσθαι, καὶ μετὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς καὶ πυρὸς φλογὸς ἔλεγε κατεσθιούσης, κεραυνώσει βιαίως καὶ ὡς ὕδωρ καὶ χάλαζα συγκαταφερομένη βίᾳ· εἰκότως νῦν περὶ τῶν μακαριζομένων ἐπήνεγκεν· *Ἡ δὲ χάλαζα ἐὰν καταβῇ, οὐκ ἐφ' ὑμᾶς ἥξει.*

Prædicit porro et animas ipsas, quæ *in saltibus* sine fructu vagabantur, asperitate prorsus et feritate relictis, in cultis regionibus esse habitaturas B et, ut a prophetæ verbis non recedam, novalia novaturas. Quidam per *grandinem*, Dei iram intelligunt, per quam, credentibus in eum tantum conservatis, Romanorum prædæ patuerunt. Deinceps, quasi in ea, quam ab agrorum cultu usurpavit, metaphora persistat, eos, qui *solitudinem* istam subigant *beatos* appellat ; apostolos nimirum, qui Judæos et Græcos suis prædicationibus excoluerunt. Per *bovem* enim, quia purus est, et in sacrificium offertur, Israel significatur, ut per *asinum* gentes. Ideoque ex legis præcepto, quod primum *asini* peperissent in *oves* commutari solere reperimus. Sic igitur utrosque, propter patres, appellat. Deinde *aquæ* nomine, Scripturam intelligit, quam et gentes ipsæ, et Judæi etiam *terunt*. C Cæterum quos ego voco *beatos*, ait, qui vos insectantur, *miseros* appellabunt ; quantumvis compati, ut simul regnent, asseras. Sed in vestrum illi locum, inquit, qui tales exsistunt, subituri sunt. Non enim vos illi, sed eum, a quo missi estis, **391** *reprobant*. Et itaque tradentur illi, qui rejectos a Deo secum solet assumere, tanquamque *tinea vestimentum* labefactare et perdere. Nonnulli *aquæ* nomine, Verbum Dei vita præditum significari, et ei, quod elementorum omnium maxime vitam tuetur, comparari voluerunt. Illud ipsum enim est quod intermedio pariete disturbato, utrumque hominem in novum unum pace facta conciliavit [44]. Verum enimvero, quod, *væ qui vos miseros faciunt*, et quæ sequuntur, habemus, ita D reddidit Symmachus : *Væ qui miserum facis, miser ipse non factus ; et qui reprobas, ipse non reprobatus. Cum miserum facere desieris, fies et ipse miser ; et cum reprobando fueris defessus, te reprobabunt.* Quibus e beatorum numero exsistere, non qui miseriam et damna inferunt, sed qui ferunt, addita ratione demonstravit.

Προλέγει δὲ καὶ τὰς *ἐνδρυμοῖς* ἀκάρπους ψυχὰς, ἐν γεωργουμένῃ γενήσεσθαι χώρᾳ, φυγούσας τὸ τραχὺ καὶ ἀνήμερον, νεούσας δὲ νεώματα, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. Τινὲς δὲ *χάλαζαν* φασὶ τὴν θείαν ὀργὴν, δι' ἣν ὑπὸ Ῥωμαίων ἑάλωσαν, σκεπασθέντων τῶν εἰς αὐτὸν πιστευσάντων. Εἶθ' ἑξῆς *μακαρίζει* τοὺς τὴν *ἔρημον* ταύτην γεωργήσοντας, τῇ τῆς γεωργίας ἐπιμείνας μεταφορᾷ. Δηλοῖ δὲ τοὺς ἀποστόλους τοὺς κηρύξαντας Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι. Δηλοῖ γὰρ ὁ μὲν *βοῦς* τὸν Ἰσραὴλ καθαρὸς ὢν, καὶ εἰς θυσίαν ἀναφερόμενος. Ὁ δὲ *ὄνος* τὰ ἔθνη. Διὸ ὅπερ ὁ νόμος τὰ πρωτότοκα τῶν *ὄνων* εἰς *πρόβατα* καταλλάττεσθαι βούλεται. Οὕτως οὖν ἑκατέρους, διὰ τοὺς πατέρας καλεῖ. Τὴν δὲ θείαν Γραφὴν *ὕδωρ* ἐκάλεσε *πατουμένην* ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ ἐθνικῶν. Οὓς δὲ καλῶ, φησὶ, *μακαρίους*, οἱ διῶκται *ταλαιπώρους* καλέσουσιν, καίπερ συμπάσχοντας, ἵνα καὶ συμβασιλεύσωσιν. Ἀλλ' ἀνθ' ὑμῶν αὐτοί φησι τοιοῦτοι γενήσονται. Οὐ γὰρ ὑμᾶς *ἀθετοῦσιν*, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντα. Διὸ παραδοθήσονται τῷ παραλαμβάνοντι τοὺς ἀποβλήτους γεγονότας Θεοῦ, καὶ ὡς σῆς *ἱμάτιον* διαφθείροντι. Τινὲς δὲ *ὕδωρ* τὸν ζῶντα τοῦ Θεοῦ λόγον σημαίνειν φασὶ, τῷ ζωτικωτάτῳ τῶν στοιχείων ἀπεικαζόμενον. Αὐτὸς γὰρ ὁ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, καὶ κτίσας τοὺς δύο εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον ποιῶν εἰρήνην. Τὸ δὲ, *Οὐαὶ τοῖς ταλαιπωροῦσιν ὑμᾶς*, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ, Σύμμαχος οὕτως ἐξέδωκεν· *Οὐαὶ ὁ ταλαιπωρίζων, αὐτὸς δὲ μὴ ταλαιπωρηθείς. Καὶ ὁ ἀθετῶν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἀθετηθείς. Ὅταν συντελέσῃς ταλαιπωρίζων, ταλαιπωρηθήσῃ· καὶ ὅταν κοπιάσῃ ἀθετῶν, ἀθετήσουσί σε·* δηλῶν ὡς μακάριον ἐν τῷ τῶν πασχόντων εἶναι τάγματι, καὶ μὴ τῶν διωκόντων. Ἄθλιοι γὰρ οὗτοι, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήνεγκεν.

Alii tamen locum integrum, hoc modo explicarunt. Cum viros credentes deesse animadverteret, ad *mulieres* jam, præcipue *divites*, quæ, in corporis cultu occupatæ, ut superius dicebat, sordere animam patiebantur, orationem convertit ; quas tanquam somno excitans *divites* appellat, non ut *divitias* (Dei siquidem munere possidentur), sed ut earum utendi modum insectetur. *Aures*

Τινὲς δὲ τὴν ῥῆσιν οὕτως ἐξηγήσαντο· Ἀνδρῶν ἀπορία τῶν πεισθομένων, τὰς *γυναῖκας* καλεῖ καὶ μάλιστα τὰς *πλουσίας*, αἳ τὸ σῶμα κοσμοῦσαι, καθάπερ ἔλεγεν ἄνω, τὴν ψυχὴν εἶχον ἀκόσμητον. Ἃς ὡς ἐξ ὕπνου διεγείρει, καὶ καλεῖ *πλουσίας*, οὐ τὸν *πλοῦτον* σκώπτων (παρὰ Θεοῦ γὰρ ἐδίδοτο), τὸν δὲ τρόπον τῆς χρήσεως. Τὰς ἀκοὰς τοίνυν ἐπ' *ἐλπίδι* προξενούσῃ σωτηρίαν ὑπέχετε, τὴν μετ' ἐναυ-

[44] Ephes. II, 14-16.

Digitized by Google

τὰν αἰχμαλωσίαν εἰς νοῦν ἐμβαλλόμεναι. Καὶ λιμὸς δὲ διαδέξεται τοὺς διὰ κόρον ὑβρίσαντας, οὕτω τοῦ Θεοῦ θεραπεύοντος. Ὅθεν τὴν δίκην φθάσατε θρήνῳ, ἵνα πρὸς οὐρανὸν ἀναβλέψασαι, πνεῦμα σωτήριον ἐκεῖθεν καρπώσησθε. Διὰ δὲ τοῦ Χέρμελ, τὴν ἐσομένην ἐρημίαν τῆς χώρας ἐδήλωσεν. Κρῖμα δέ φησιν ἀναπαύσασθαι ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὴν πόλιν οὕτω καλῶν· καὶ δικαιοσύνην ἐν τῷ Καρμήλῳ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν τῇ χώρᾳ, δηλονότι τῶν ἀδίκων οἰκητόρων ἐκπεπτωκότων, ὥσπερ τῶν ἀλλοφύλων πρότερον δι' ἀσέβειαν. Πάντες γὰρ αὐτοῦ δημιουργήματα. Τοὺς δὲ πλημμελοῦντας μετέρχεται τῇ δίκῃ θεραπεύων διὰ χρηστότητα. Πάλιν δὲ μετανοοῦντας οἰκήσειν ἐν εὐθηνίᾳ φησίν. Θαῤῥήσει δὲ πᾶς δικαιοσύνην αὐχῶν, κἂν πάντα ταράσσηται. Καὶ οἱ ἐν τοῖς δρυμοῖς οὕτως ἀνεκτῶς οἰκήσουσιν, ὡς οἱ ἐν τῇ πεδιάδι· παντα χοῦ δὲ ταῖς ἀπειλαῖς χρηστὰς ἐλπίδας ἐγκαταμίγνυσιν, ἐκείναις φοβῶν, καὶ ταύταις παραμυθούμενος ἀπόγνωσιν, καὶ ῥᾳθυμίαν δι' ἀμφοῖν φυλαττόμενος. Εἶτα τοῖς πρὸς γῆν ὁρῶσι τὴν ἐκ γῆς λαμβάνει παραβολήν. Οὐ γὰρ ἐκείνους φησὶ μακαρίζετε τοὺς ἀρδευομένην οἰκοῦντας, καὶ βουσὶ μὲν ἐργάσιμον, ὄνοις δὲ πρὸς ὁδοιπορίαν βατήν. Ἀλλὰ ψευδῶς αὐτοὺς μακαρίζετέ φησι. Τοιαύτην γὰρ ὑμεῖς οἰκοῦντες, τὸ μακάριον οὐκ ἐκτίσασθε, περὶ τὸν δόντα γεγονότες ἀγνώμονες. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ὑμᾶς ὁ Ἀσσύριος, ὃν[b] αὐτοὶ ἑαυτοὺς ταλαιπώρους ἐργάζεσθε. Θεῷ γὰρ εὐνοοῦσιν οὐδὲν ἐπῆει δεινόν. Ἀπεσείσθη γὰρ ἂν ὑμῶν, ὡς ἀφ' ἱματίου σής.

A igitur, ait, ad *spem*, quæ salutem vobis conciliat, arrigite; et captivitatem illam, quæ *post annum* vobis imminet, animo agitate. Eos etiam fames invadet, qui, copia rerum elati, in cæteros petulantius se gesserunt. Sic enim solet sanare Dominus. *Luctu* ergo pœnas istas antevertite, ut in cœlum intuentes *spiritum salutarem* inde excipiatis. Per *Chermel* autem instantem regioni solitudinem significavit. Deinde, quod *judicium in solitudine habitaturum* dixit, urbem his verbis, sicut per *justitiam in Carmelo*, regionem ipsam, qua etiam propter injustitiam habitatores, ut olim propter impietatem alienigenæ, pellendi essent, judicavit. **392** Omnes enim illius opera conditi et effecti sumus, et sicut sceleratis multa pro sua bonitate medetur, ita pœnitentes rursus in prospero rerum successu secure *habitaturos* esse pollicetur. Aget autem secure quisquis *in justitia* gloriatur, etiamsi omnia permisceri et conturbari contigerit. Deinde qui sunt *in saltibus*, ita percommode *habitabunt*, ut qui *in campestribus*. Minis porro ubique spes bonas intermiscet, ut illis quidem territos, istis autem a desperatione revocatos, utroque tandem ab ignavia et socordia revocet. Apud eos rursum qui oculos in terram defigunt, sumpta ab eadem similitudine utitur: Non enim, ait, *beatos eos dicitis*, qui solum irriguum habitant, *bobusque* ad arandum, *asinis* vero ad iter calcandum idoneum. Sed falso eos *beatos dicitis* inquit. Neque enim qui terram ejusmodi habitatis, beati esse potestis, qui in beatitatis largitorem Deum ingrati estis: nec tam vobis Assyrius quam vobismetipsi estis miseriæ auctores, cum bene de Deo sentientibus nihil mali possit accidere; eumque a vobis ipsi, *tanquam a vestimento tineam*, repuleritis.

B

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

α'-ιβ'. *Οὐαὶ τοῖς ταλαιπωροῦσιν ὑμᾶς. Ὑμᾶς δὲ οὐδεὶς ποιεῖ ταλαιπώρους*, κ. τ. λ.

Μακαρίσας τοὺς ἀποστόλους, καὶ ταλανίσας τοὺς αὐτοὺς ἀθετήσαντας, ὡς ἐξ αὐτῶν εὐχὴν ποιεῖται τῶν ἀποστόλων, ὡς οἱ μὲν ἀπειθεῖς καὶ πολεμοῦντες ἡμᾶς, ἀπολώλασιν· ἡμῶν δὲ σὺ σωτηρία. Μαθόντες γὰρ ὡς οὐδεὶς αὐτοὺς ταλαιπωρήσειεν, ἐκ πολλῆς ταῦτα περιχαρείας φασὶν, ὅτι *διὰ φωνὴν τοῦ φόβου σου ἐξέστησαν λαοί, καὶ διεσκορπίσθησαν ἔθνη*. Κατὰ δὲ Ἀκύλαν καὶ Θεοδοτίωνα, *ἀπὸ φωνῆς ὄχλου*, ἤγουν πλήθους *ἀνεχώρησαν λαοί*. Δηλοῖ δὲ τὴν ὑπὸ πολλῶν ἅλωσιν πολεμίων, καὶ τῆς πόλεως ἔκπτωσιν. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἀπὸ φόβου σου*, ὁ Σύμμαχος *ἀπὸ τοῦ ὑψωθῆναι διεσπάρησαν*, εἰρηκεν. Τῆς γὰρ ἰδίας *ἐξέστησαν γῆς*. Ἔκστασιν δέ τινες τὴν κατάπληξιν τὴν ἀπὸ τοῦ δέους εἰρήκασιν. Ἡ δὲ σωτηρία *τοῖς ἁγίοις ἐν καιρῷ γίνεται θλίψεως*, κατὰ τό· « Ὅτ' ἂν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. » Καὶ τό· « Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. Ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. » Τὰ δὲ τοῖς *ἀπειθέσιν* ἐσόμενα καὶ Μωσῆς καὶ προφῆται κηρύττουσιν. Καὶ ὁ Σωτὴρ δέ φησιν· « Ὅταν ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερου-

CAP. XXXIII.

VERS. 1-12. *Væ qui vos miseros faciunt, sed nemo vos facit miseros*, etc.

393 Postquam beatos esse dixit apostolos, eos autem a quibus rejicerentur, miseros, Deo jam, tanquam apostolorum voce preces fundit, quod, sublatis impiis a quibus oppugnabantur, salutem a Deo consecuturi sint. Qui enim se a nullo miseros dici posse sciunt, præ multa lætitia, *propter vocem timoris Dei obstupuisse populos et dispersas gentes*, vel, ut Aquilæ et Theodotioni placet, *a voce turbæ*, id est vulgi, *populos recessisse* dicunt. Quibus urbem a multis hostibus expugnari et everti debere significatur. At quo loco, *a timore tuo*, habemus, *propterea quod se elevarunt, dissipati sunt*, transtulit Symmachus. Sua enim *terra motos* esse intelligit: etsi non desint, qui ad *motum* illum, sive stuporem, qui metu incutitur, referri **394** velint. Adjicit autem *beatis in tempore tribulationis salutem fieri*; juxta illud: « Cum infirmor, tunc potens sum [68], » et illud: « Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur [66]. » Porro quæ *incredulis* essent eventura et Moses

C

D

[68] II Cor. XII, 10. [66] Ibid. 9.

VARIÆ LECTIONES.

[b] γρ. ὡς.

Digitized by Google

et prophetæ non dissimularunt : imo nec Salvator ipse his verbis : « Cum videritis Jerusalem exercitu circumdari, tunc dicetis montibus : Ipsi nos obtegite ; et collibus : Cadite in nos [67]. » Deinde tanquam eos qui *dispersi sunt in gentes* alloqui Deus ipse nonnullis videatur : *Nunc autem congregabuntur spolia vestra*, ait, quasi, jamjam captum iri significet. Quod ut facilius populo persuadeatur, non aliter quam *a ludentibus locustæ* capiuntur ; sic eorum animas, tanquam ludicrum aliquod, in Satanæ potestatem facile venturas asserit. Ideoque justos rursus inclamare, id est, prophetam in Ecclesiæ ordinem transeuntem Deum laudare videmus, *qui in excelsis habitat*, sive cœlos excelsorum nomine intelligas, sive eos, qui mente attolluntur, qui et *Sion* etiam dicuntur, quia Dei Ecclesia sunt ; ut eo ipso patuerit, *quod plena judicii et justitiæ* hic appelletur, ne ab his, quibus in deserto justitiam et judicium requieturum monuit, dissentire videatur. Nunc enim idem *Sionis* quod antea deserti nomine significat ; Christum enim qui justitia ipsa est, admisit ; quem terrena illa Jerusalem repudiavit. Deinde, quod *judicii* nomen addidit, nihil *non* sub sanctis *judicatum* iri demonstravit. Atque hinc est, quod *in lege tradendos esse* adjunxit. Sunt enim et ipsi legi evangelicæ recenti traditi, et *salus* eorum in *thesauris* est, qui in cœlo reconduntur. Verum quod *in lege tradentur* habemus, in hunc modum Symmachus : *fides temporis tui, divitiæ salutis, sapientia, et cognitio. Timor Domini ipse thesaurus ejus.* Septuaginta autem : *Venit sapientia, et disciplina, et pietas ;* **395** quæ ex hominibus ad Deum tanquam rationale sacrificium aliquod referuntur, et *thesauri* etiam *justitiæ* vere nominantur.

Ita vero verba ista, *in lege tradentur*, explicant nonnulli ; ut mirum videri dicant, qui *per legem* Israelitæ perierint, quam in *salutem* acceperant. Beato enim teste Apostolo : « Cum justitiam Dei destruentes suam asserere studerent, justitia Dei exciderunt. Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti [68]. » Umbram siquidem, quæ ad emendationis usque tempora procurrisset, ad Christi adventus lucem decebat evanescere. Itaque quia pro *legis* umbra decertarent, in hostium potestatem *devenerunt ;* cum *nobis*, id est *gentibus*, ipsæ etiam per Mosen traditæ *leges* in *solutis thesauros* abierint. In ipsis enim *sapientia, et doctrina, et pietas* in Dominum ; quæ Christi mysterium, tanquam rudi pictura, adumbrabant. « De me enim, ait, et ille scripsit [69]. » Deinde sermone ad apostolos converso, eorumdem *metum* in impios venturum eosque, a quibus olim *terrebantur, victos esse vociferaturos* adjungit. Cæterum pro verbis istis, *Ecce timore vestro ipsi timebunt*, reddidit Symmachus : *Ecce videbor ipsis. Clamarunt impense.* Deinde, ne *qui clamant* ambigatur ; *angeli pacis amare fleverunt*, addidit ; Aquila vero : *Ecce*, ait, *videbor ipsis, clamabo impense*, reliquaque similiter ; Theodotio

σαλήμ, τότε ἐρεῖτε τοῖς ὄρεσι · Καλύψατε ἡμᾶς · καὶ τοῖς βουνοῖς · Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς. » Εἶτα ὡς πρὸς τοὺς *διασκορπισθέντας εἰς τὰ ἔθνη* λέγει παρεισαχθὲν τοῦ Θεοῦ τὸ πρόσωπον, ὥς τινές φασι · *Νῦν δὲ συναχθήσεται τὰ σκύλα ὑμῶν* · τοῦτ' ἔστιν, Οὐκ εἰς μακρὰν ἀλώσεσθε · καὶ τὸ εὐάλωτον δηλῶν τοῦ τῶν Ἰουδαίων λαοῦ, οἱονεὶ *παίζοντες*, φησὶν *ἀκρίδων* ὑμᾶς λήψονται εἴκην, οὕτω δὲ καὶ τὰς ψυχὰς τῷ Σατανᾷ γεγόνασι παίγνιον · ἐφ' ᾧ πάλιν ἀναφωνοῦσιν οἱ δίκαιοι. Ἥγουν ὁ προφήτης ἐπὶ τὸ τάγμα τῆς Ἐκκλησίας μεταβαίνων δοξάζει τὸν Θεὸν ἐπ' αὐτοῖς τὸν *ἐν ὑψηλοῖς κατοικοῦντα*, ἢ τοῖς οὐρανοῖς, ἢ τοῖς ὑψώσασι τὴν διάνοιαν, οἳ καὶ *Σιὼν* χρηματίζουσιν, ὄντες Ἐκκλησία Θεοῦ. Καὶ δῆλον, ἐκ τοῦ *πλήρης εἶναι* λέγεσθαι *κρίσεως καὶ δικαιοσύνης*, συμφώνως οἷς ἔλεγε, « Καὶ ἀναπαύσεται ἐν τῇ ἐρήμῳ κρίμα καὶ δικαιοσύνη. » Ἣν γὰρ εἶπεν ἔρημον, νῦν ὀνομάζει *Σιών*. Προσήκατο γὰρ Χριστὸν τὴν δικαιοσύνην, ὃν ἡ ἐπίγειος Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἐδέξατο. Ἡ δὲ *κρίσις* δηλοῖ τὸ μηδὲν ὑπὸ τῶν ἁγίων *ἄκριτον* γίνεσθαι. Διό φησιν, *ἐν νόμῳ παραδοθήσονται*. Τῷ γὰρ εὐαγγελικῷ παρεδόθησαν νόμῳ καινῷ · καὶ *ἡ σωτηρία* τούτων *ἐν θησαυροῖς* τοῖς ἀποκειμένοις ἐν οὐρανῷ. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἐν νόμῳ παραδοθήσονται*, Σύμμαχός φησιν· *Ἡ πίστις τοῦ καιροῦ σου πλοῦτος σωτηρίας, σοφία, καὶ γνῶσις. Φόβος Κυρίου αὐτός ὁ θησαυρός σου.* Τῶν Ἑβδομήκοντα λεγόντων· *Ἥκει σοφία καὶ ἐπιστήμη καὶ εὐσέβεια.* Ἅπερ πρὸς τὸν Θεὸν ὥσπερ θυσία τις ἐξ ἀνθρώπων ἀνάγεται λογική, ἃ καὶ *θησαυροὶ δικαιοσύνης* εἰσίν.

Τὸ δὲ, *ἐν νόμῳ παραδοθήσονται*, τινὲς οὕτω φασίν · Θαυμάζουσι τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ὡς ἀπολωλότας διὰ *τοῦ νόμου*, ὃν εἰς *σωτηρίαν* ἐδέξατο. Κατὰ γὰρ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, « Ἀθετοῦντες τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν. Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. » Ἔδει γὰρ τὴν σκιὰν τὴν μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἀρχῆσαι Χριστοῦ τοῦ φωτὸς ἐπιλάμψαντος. Σκιομαχοῦντες τοίνυν περὶ *τὸν νόμον* τοῖς ἐχθροῖς *παρεδόθησαν*. *Ἡμῖν* δὲ τοῖς ἐξ *ἐθνῶν* καὶ ὁ διὰ Μωσέως *νόμος σωτηρίας* εὕρηται *θησαυρός*. Ἐν αὐτῷ γὰρ *σοφία καὶ ἐπιστήμη καὶ εὐσέβεια* πρὸς τὸν Κύριον· τὸ Χριστοῦ γὰρ ὡς ἐν τύπῳ περιέχει μυστήριον. « Περὶ ἐμοῦ γάρ, φησὶν, ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Μεθ' ἃ φησι πρὸς τοὺς ἀποστόλους, ὡς ὁ *φόβος* ὑμῶν ἐπὶ τοὺς ἀπίστους πεσεῖται · καὶ οἱ *πάλαι φοβοῦντες ὑμᾶς*, *ἠττημένοι βοήσονται*. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *Ἰδοὺ ἐν τῷ φόβῳ ὑμῶν αὐτοὶ φοβηθήσονται*, Σύμμαχος μέν φησιν· *Ἰδοὺ ὀφθήσομαι αὐτοῖς.* *Ἐκραξαν ἐκτενῶς.* Ἐπιφέρει δὲ τίνες οἱ *κράξαντες* · *ἄγγελοι εἰρήνης πικρῶς ἔκλαυσαν.* Ὁ δὲ Ἀκύλας, *Ἰδού*, φησὶν, *ὀραθήσομαι αὐτοῖς. Βοήσω ἐκτενῶς.* Καὶ τὸ λοιπὸν ὁμοίως · ὁ δὲ Θεοδοτίων, *Ἰδοὺ*

[67] Luc. xxi, 20; xxiii, 30. [68] Rom. x, 3, 4. [69] Joan. v, 46.

Digitized by Google

ὀρθήσομαι αὐτοῖς, ἐβόησαν ἐκτενῶς. Ἄγγελοι εἰρήνης πικρῶς κλαύσονται. Πάντες οὖν δηλοῦσι τὸν Θεὸν ὀφθήσεσθαι τοῖς θησαυρίσασιν ἑαυτοῖς δικαιοσύνης καὶ τῆς σοφίας, τοὺς θησαυρούς. Ἦσαν δὲ τοῦ Σωτῆρος οἱ μαθηταὶ, οἷς ἐγὼ μὲν ὤφθην [c]. Οἱ δὲ ἐκέκραξαν ἐκτενῶς ἄγγελοι ὄντες εἰρήνης. Οἳ καὶ πικρῶς ἔβόων ἐν εὐχαῖς ὑπὲρ τῆς ἀπωλείας τοῦ προτέρου λαοῦ. Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀπεκλαίετο. « Εἰ ἤδεις καί γε σὺ τὰ πρὸς εἰρήνην σου. » Διό φησιν, Ἐρημωθήσονται παρὰ τούτων ὁδοί [d]. Τὸ δὲ, πέπαυται ὁ φόβος τῶν ἐθνῶν, ὀβελίζεται ὡς μὴ κείμενον. Πεπαῦσθαι δέ φησι τοῦ ἐκ περιτομῆς λαοῦ τὰς ὁδοὺς, καὶ τὴν διαθήκην ἦρθαι τὴν διὰ Μωσέως δοθεῖσαν, μηκέτι τε αὐτοὺς εἰς ἀνθρώπους λογίζεσθαι.

Τινὲς δὲ τὸ ἐν τῷ φόβῳ ὑμῶν αὐτοὶ φοβηθήσονται, φασὶν οὕτως· Παραθαρρύνει τοὺς ἁγίους μυσταγωγοὺς τῶν ἐσομένων αὐτοῖς ἀγαθῶν προαναφαίνων τὸ πλάτος. Ἐξ ἀρχῆς μὲν γὰρ οἱ ἐκ περιτομῆς ἐκάκουν αὐτοὺς λέγοντες· « Παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν μὴ λαλεῖν ἐν τῷ ὀνόματι τούτῳ. » Οὓς καὶ δεδιότες ἔφασκον οἱ ἀπόστολοι, « Καὶ τὰ νῦν, Κύριε, ἔπιδε τὴν ἀπειλὴν αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν τὸν λόγον σου. » Νῦν δὲ δεδοίκασιν αὐτοὶ, τὴν πρὸς τοὺς πιστοὺς ἀγαπῶντες εἰρήνην, ἐλεεινῶς τε τούτοις ὑποκατακλινόμενοι. Οὐδὲ γὰρ εὐοδωθήσονται, φησὶν, θεομαχεῖν ἠρημένοι. Καὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐθνῶν ὁ φόβος ἐπαύσατο, καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς διαθήκης ἠρμένης, ἀλλότριοι γεγόνασι τοῦ Θεοῦ καὶ ξένοι τῶν ἐπαγγελιῶν. Ὅτι μὴ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὗτοι Ἰσραήλ. Διὸ, φησὶν, οὐδενὸς αὐτοὺς ἀξίους λογίσεσθε. Εἶτα ἐπιλέγει, ἐπέπηδησεν ἡ γῆ, ἀκολούθως διὰ τὰ περὶ αὐτοῦ εἰρημένα τῆς Ἰουδαίας, ἧς καὶ τὰ μέρη φησὶν, ὧν καὶ τὰ μεταξὺ τάττει, τὸν Λίβανον, τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τοῦ παρόντος οὕτω καλῶν, διὰ τὴν ἐν αὐτῇ θυσίαν, καὶ τὸν προσφερόμενον Λίβανον κατὰ τὸν νόμον. Καὶ δὴ καὶ κατῃσχύνθαι φησὶ τὸν Λίβανον, ὡς εἰ σαφέστερον ἔλεγε τὴν θυσίαν, καθῃρημένης τῆς ἐν νόμῳ λατρείας. Καὶ ἐν τῷ Ζαχαρίᾳ δὲ λέγεται, « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. » Καὶ Ἰεζεκιὴλ δέ φησιν· « Ὁ ἀετὸς ὁ μέγας, ὁ μεγαλοπτέρυγος, ὃς ἔχει τὸ ἤγημα εἰσελθεῖν εἰς τὸν Λίβανον, καὶ ἀπέκνισε τὰ ἁπαλὰ τῆς κέδρου. » Ἅπερ ἑρμηνεύων φησίν· Ὅτ' ἂν ἔλθῃ Ναβουχοδονόσωρ εἰς Ἱερουσαλήμ.

Ἀλλὰ καὶ ἡ χώρα ἡ καλουμένη [e]Σαρὼν ἡ Σαρῶρας, ἔλη, φησὶν, ἐγένετο ἢ ἀχρειότης • ἐξ ἀκανθῶν ἐμπλησθεῖσα θρασύτητος. Δι' οὗ σημαίνει τὰ πιότατα χωρία τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, δηλαδὴ τὰ ἐν ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ἀφανισθήσεσθαι. Ταῦτα μὲν ἐκεί-

autem : *Ecce videbor iis. Clamarunt impense. Angeli pacis amare flebunt.* Eos igitur omnes *Deum visuros esse judicant*, qui justitiæ *et sapientiæ thesauros* sibi recondiderunt; Salvatoris discipulos nimirum quibus et ipsum *visum esse*, et *angelis pacis cum essent, impense clamasse*, atque super prioris populi interitu inter precandum *amare flevisse* constat. Quin et Salvatorem Hierosolymorum vicem **396** flevisse reperias, ubi ait : « Si novisses et tu, quæ pacis tuæ sunt [70]. » Itaque, *deserentur horum viæ*, adjungit. Sed quod proxime sequitur, *cessavit metus gentium* obelo confodi, tanquam quod aliunde intrusum sit, advertendum est. Deinde circumcisi *populi vias* cessasse, et *testamentum* illud, quod per Mosen acceperant, *sublatum esse*, neque amplius in *hominum numero haberi* significat.

Quidam autem verba ista, *metu vestro ipsi timebunt*, ita interpretantur; ut sanctos mysteriorum interpretes, proposita futurorum bonorum amplitudine, in spem velint excitari, quos ab initio lacessere et vexare his verbis Judæi non verebantur : « Etiam atque etiam præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto [71]. » Eosdem etiam cum timerent apostoli ita Deum precatos esse reperimus : « Et nunc, Domine, respice in minas eorum, et da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum [72]. » At jam ipsi contra *metuunt*, et præclare secum agi putant, si cum fidelibus *pacem* colant, illisque miserabiliter subjiciantur. Neque enim bene illis cesserit, quod cum Deo bellum gerere ausi sunt : cum Judaicarum gentium *cessante metu*, sublatoque testamento, jam a Deo facti sint alieni, et promissionibus indigni [73]. Neque enim omnes, qui ex Israel, ipsi sunt Israel [74]. Jubet itaque, ut nulla re digni habeantur. Deinde infert : *luxit terra.* Neque id male, propter ea, quæ de Judæa dicuntur, cujus partes nominans, intermedia etiam adnectit ; *Libanique* nomine, Jerusalem ideo significat, quod in ea sacrificia fierent, et lege thus ipsum, *Λίβανος* Græce, offerri jubebatur. Quin etiam *confusum esse Libanum* dixit, tanquam sublato legis cultu, de sacrificio ipso loqueretur apertius. Deinde apud Zachariam reperias : « Aperi, Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas [75]. » Et apud Ezechielem in hunc modum : « Aquila grandis, magnarum alarum, quæ habet ductum intrandi in Libanum, et decerpsit tenera fastigia cedri [76] ; » quod interpretatus idem postea, Cum adversus Jerusalem venerit Nabuchodonosor, **397** subjecit.

Quin et regio ipsa, quæ *Sarona*, sive *Saron* vocatur, in *dumeta* et paludes *abiit*, propter spinas quibus referta est, facta imbecillis : quibus pinguissima Judaici populi loca, illa videlicet, quæ in animis exsistunt, deletum iri significat, atque hæc

[70] Luc. XIX, 42. [71] Act. V, 28. [72] Act. IV, 29. [73] Ephes. II, 12. [74] Rom. IX, 6. [75] Zachar. XI, 1. [76] Ezech. XVII, 7.

VARIÆ LECTIONES.

[c] γρ. ὁ μὲν ὤφθη. [d] γρ. γὰρ αἱ αὐτῶν ὁδοί. [e] γρ. Σορώνη, ἢ ὁ Σαρών, εἰς ἔλη, φησὶν, ἐγένετο, καὶ ἀχρεῖός τις.

Digitized by Google

quidem sunt, quæ illis eventura innuit. *Manifestam vero fore Galilæam* propter ea, quæ de illa dicta sunt, addit : « Galilæa gentium, populus qui ambulat in tenebris, in umbra mortis, lux magna orta est eis [17]. » Est et ipse *Chermel manifestus futurus*, de quo ante illud usurparat : « Et erit desertus, tanquam Chermel [18] : » ut Ecclesiæ frequentia et sublimitas demonstretur. Sunt enim potentes Dei valde a terra elevati. Pacis igitur nuntios Deus, pro sua in homines benevolentia, ad Israelitas misit ; qui amare flentes ad prædicationem amplectendam eos hortarentur : quam cum rejiceret, *Nunc exsurgam*, ait, et quæ sequuntur : ut secundum illum et gloriosum adventum suum indicaret, quo divinitatem tum demum eis intueri experirique licebit, cum glorificabitur. *Sentient* vero *quam vanum spiritus habuerint robur*, cum eos devorabit ignis. Cæterum in quo *gentes fore combustas*, subjicit, non gentium, sed *populorum* vocabulum cæteri omnes usurparunt, ut eos de quibus sermo est, indicasse videantur : eos, inquam, *qui tanquam spina in agro abjecta*, futuri sunt. Nonnulli porro quod dicit *exsurgam*, eo trahunt, ut ad pœnas referri velint, quibus, expugnata et direpta civitate, eorum in se contumeliam ultus est; quo tempore *gloriam* ejus, quem cruci affixerunt, prophetarum quolibet longe superiorem esse patuit. Tanquam igitur ira divina eos invasura esset, *Nunc exsurgam*, inquit, qui ad crucem usque injurias æquo animo pertulit. Est itaque *exaltatus*, postquam, sumpto de illis supplicio, gentes ad fidem vocavit. *Nunc* vero *cognoscetis*, ait, quod ego *vobis* eram potentior.

A νοις. *Φανερὰ δὲ ἔσται ἡ Γαλιλαία* διὰ τὰ περὶ αὐτῆς εἰρημένα· κατὰ τὸ, « Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς μέγα ἀνέτειλεν αὐτοῖς. » Καὶ *ὁ Χέρμελ* δὲ *φανερὸς ἔσται*, περὶ οὗπερ ἔφησε· « Καὶ ἔσται ἡ ἔρημος ὡς ὁ Χέρμελ. » Τὸ δὲ τῆς Ἐκκλησίας δασὺ καὶ ἐπηρμένον δηλοῖ. Τοῦ γὰρ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. Ὁ μὲν οὖν φιλάνθρωπος Θεὸς ἀγγέλους εἰρήνης ἀπέστειλε πρὸς τὸν Ἰσραὴλ πικρῶς αὐτοὺς [κλαίοντας, καὶ] ἱκετεύοντας τὸ κήρυγμα δέξασθαι. Μὴ δεξαμένων δὲ, φησί· *Νῦν ἀναστήσομαι*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ ἔνδοξον παρουσίαν ἐπαγγελλόμενος, καθ' ἣν ὄψονται τῆς θεότητος αὐτοῦ λαβόντες τὴν αἴσθησιν ὅτε δοξασθήσεται καὶ ὑψωθήσεται. Οἱ δὲ *γνώσονται ὡς ματαίαν εἶχον* B *ἰσχὺν πνεύματος*, ὅτεπερ αὐτοὺς κατέδεται πῦρ. Ἀντὶ δὲ τοῦ, *ἔσονται ἔθνη κατακεκαυμένα*, *λαοὶ* πάντες ἐξέδωκαν· δηλονότι πρὸς οὓς ἦν ὁ λόγος οἳ καὶ ἔσονται *ὡς ἄκανθα ἐν ἀγρῷ ἐρριμμένη*. Τινὲς δὲ τὸ *ἀναστήσομαι*, φασὶ, διὰ τὰς δίκας, ἃς ἔτισαν τῆς εἰς αὐτὸν παροινίας, ἀλούσης αὐτοῖς κατὰ κράτος τῆς πόλεως, ὅτε καὶ τὴν τοῦ παθόντος ἔμαθον *δόξαν*, οὐ καθ' ἕνα τυγχάνοντος τῶν προφητῶν. Ὡς μελλούσης οὖν αὐτοὺς τῆς θείας, ὀργῆς καταλήψεσθαι, *νῦν ἀναστήσομαι*, φησὶν, ἀνεξικακήσας μέχρι τοῦ σταυροῦ. Ὑψώθη τοίνυν, αὐτοὺς μὲν τιμωρησάμενος, καλέσας δὲ τὰ ἔθνη. *Γνώσεσθε* δὲ *νῦν*, φησὶν, ὡς ὑπῆρχον *ὑμῶν* ἰσχυρότερος.

Et vos ignis ipse depascet, quemadmodum quæ C *abjecta est* **398** *in agro, spina comburi* consuevit. Est enim consumens ignis Deus noster [19]. Verum enimvero totum hunc locum sic quidam explicant : Cum neque minis, neque promissionibus persuaderetur populus, tanquam unicum superesset plagarum remedium, ejus commiseratione commotus, preces ad universorum Deum fundit propheta, significans completas esse ab eis iniquitates, pœnasque mereri. Sed tua, inquit, miseratione iis opus est, qui afflicti in te spes suas collocarunt. Da igitur eis salutem, qui propter metum tuum obstupuerunt. Est vero ista dixisse putandus, non tanquam Deum rerum ignarum docere videatur ; sed ut exemplum populo, quæ ad salutem faciunt, postulandi proponat. Quæ enim ipsos dicere oportebat, D ideo auribus eorum propheta inclamat, ut ad imitationem excitentur. Patet namque eos, qui ab Assyrio in auxilium vocati sunt, tacite esse perituros, reliquos autem *metu* fugam abrepturos, servatis ope Dei (quem sancte et pie venerantur) Israelitarum spoliis ; quibus tamen et ipsi, nisi resipiscant, facile privabuntur ; cum tanquam *locustæ*, hostes non desint superstites. *Sanctus Deus, qui habitat in excelsis.* Quibus indicat mentis et animæ elationem bonam. Neque enim *sanctus* hic ideo poni-

Καὶ πυρὸς ἔσεσθε τροφὴ, καθάπερ ἄκανθα ἐν ἀγρῷ κατακεκαυμένη. Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν πῦρ κατανάλισκον ἐστίν. Τινὲς δὲ τὴν πᾶσαν οὕτως ἐξηγήσαντο ῥῆσιν. Ἀπειθοῦντος τοῦ λαοῦ καὶ ταῖς ἀπειλαῖς καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις, ὡς μηδὲν ὑπόλοιπον ὑπάρχειν πλὴν τοῦ παθεῖν, εἰς συμπάθειαν ὁ προφήτης κατενεχθεὶς, εὐχὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναπέμπει πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, δηλῶν ὡς τὰ μὲν παρ' αὐτῶν εἰς κακὰ συμπεπλήρωται, κεχρεώστηταί τε τούτοις ἡ δίκη. Χρεία δὲ τῶν σῶν ἡμῖν οἰκτιρμῶν τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ σὲ καὶ θλιβομένοις. Δὸς οὖν σωτηρίαν τοῖς διὰ τὸν σὸν φόβον ὑπομείνασιν ἔκστασιν. Ἔλεγεν δὲ ταῦτα οὐχ ὡς ἀγνοοῦντα διδάσκων Θεὸν, ἀλλὰ τύπος γινόμενος τῷ λαῷ τὰ πρὸς σωτηρίαν αἰτεῖν. Ἃ γὰρ αὐτοὺς λέγειν ἐχρῆν, εἰς ἀκοὰς αὐτῶν ὁ προφήτης φησὶν, ἵνα μιμήσωνται. Ὅτι γὰρ καὶ οἱ εἰς συμμαχίαν ὑπὸ τοῦ Ἀσσυρίου κληθέντες ἀψοφητὶ τελευτήσουσι, καὶ οἱ λοιποὶ πρὸς φυγὴν *ἀπὸ τοῦ φόβου* τραπήσονται, εὔδηλον τῶν Ἰσραηλιτικῶν σκύλων σωζομένων δυνάμει Θεοῦ, ἧς θεοσεβοῦντες τυγχάνουσι. Μὴ μετανοοῦντες δὲ στερηθήσονται, περιγινομένων αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν ὡς *ἀκρίδων*. Ἅγιος *ὁ Θεὸς ὁ κατοικῶν ἐν ὑψηλοῖς*. Προκοπὴν δηλοῖ διανοίας, καὶ δίαρμα ψυχῆς ἀγαθόν. Οὐ γὰρ Θεοῦ πρὸς ἁγιασμὸν, ἀλλ' ὡς τοῦ εὐχομένου προκόπτοντος, *τὸ ἅγιος*, λέγεται, *ὑψοῦντος Θεὸν*, ἐφ' οἷς αὐ-

[17] Isa. IX, 2 ; Matth. IV, 16. [18] Isa. XXIX, 17. [19] Hebr. XII, 29.

Digitized by Google

τοῦ τὸ δίκαιον κατὰ τῶν ἡμαρτηκότων κρῖμα κατεί- A
ληφεν καθόλου τε καὶ κατὰ τῆς Ἱερουσαλήμ. Οὐ γὰρ
εἰς ἀπώλειαν τὴν πόλιν, ἀλλ' εἰς ἐπιστροφὴν τῶν
ἐνοικούντων ἐπαίδευεν· ὅτε καὶ *δικαιοσύνη* παρ'
αὐτοῖς ἀκμάζειν ἠδύνατο, καὶ νόμος ἀνθῆσαι, καὶ ὁ
λαὸς ἐκ τούτου καθάπερ ἀγαθὸν ἀρύσασθαι *θησαυ-*
ρόν. Ἀφ' οὗ καὶ εἰς *σοφίαν*, καὶ *ἐπιστήμην* προ-
έκοπτον, ἡ γεννᾷ *εὐσέβειαν* πρὸς Θεὸν καὶ *θησαυ-*
ροὺς δικαιοσύνης. Οὕτω δὲ διακειμένων, ὀρμὴν
ἐχθρῶν ὑμῶν οὐ κρατήσειε *φόβος*, ἀλλ' ἐκείνων ὁ ἐξ
ὑμῶν, καὶ πρὸς *εἰρήνην* πρεσβεύσονται ἐμοῦ κατ'
αὐτῶν ὁρίζοντος ἐρήμωσιν, καὶ τὴν καθ' ὑμῶν δια-
ταγὴν καταπαύοντος.

Οὐ γὰρ ἐαυτῶν ἐπῆλθον ὑμῖν, ἐμοῦ δὲ καθάπερ B
τινὰ *διαθήκην* αὐτοῖς διατάξαντος. Ἀλλ' ἔχων με
σύμμαχον καταφρονήσεις αὐτῶν. Εἶτά φησιν, *Ἐπέρ-*
θησεν ἡ γῆ, τοὺς τόπους ἀντὶ τῶν οἰκητόρων, καὶ
ἀντὶ λογικῶν ἀναίσθητα πρὸς αἰσχύνην ἐκείνων πα-
είληφεν, οὓς ἔδει τὴν ἰδίαν θρηνῆσαι πληγήν. Ὁ δὲ
τοὺς τόπους παρήγαγε μονονουχὶ συστενάζοντας καὶ
συνωδίνοντας, κατὰ τὸν λόγον τὸν ἀποστολικόν, ἐφ'
οἷς ἡ Θεοῦ δύναμις ἐμφανὴς διὰ τῆς ἐνεργείας γενή-
σεται. *Αἰσχυνθήσονται* γὰρ ἐκ μεταβολῆς οἱ πεποι-
θότες ἐπ' Αἰγυπτίοις, ὅτι καταλιπόντες τὸν Θεὸν τὸν
οὕτω τοὺς ἐναντίους τροποῦμενον, πρὸς Αἰγυπτίους
ἐπρεσβεύοντο, Θεοῦ καταστρώσαντος ρπε' χιλιάδας,
ὧν νεκρὰ τὰ σώματα *πυρὶ παραδέδοται*. Οὗτοι δὲ
καθάπερ πυρὶ δαμαζόμενοι τὴν ἐφ' οἷς ἔπραττον ὁμο- C
λογήσουσιν ἄνοιαν.

ιγ'-ιθ'. *Ἀκούσονται οἱ πόρρωθεν ἃ ἐποίησα, καὶ*
γνώσονται οἱ ἐγγίζοντες τὴν ἰσχύν μου. Ἀπέστη-
σαν οἱ ἐν Σιὼν ἄνομοι. Λήψεται τρόμος τοὺς
ἀσεβεῖς. Τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν ὅτι πῦρ καίεται;
τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον; κ. τ. λ.

Θεοῦ μὲν *ἐγγὺς* Ἰσραὴλ, ὅσον ἦκε εἰς τὸ νόμῳ
παιδαγωγηθῆναι καὶ τέρασιν. *Πόρρω* δὲ τὰ ἔθνη, τῇ
κτίσει λατρεύσαντα. Καὶ ὅμως τὰ μὲν *ἤκουσαν*·
οἱ δὲ οὐκ ἠνέσχοντο. Πλὴν *ἀκούσονται*, φησὶν, καὶ
οἱ *ἐγγίζοντες*. Οὐδὲ γὰρ εἰς ἅπαν ἀπόλωλεν Ἰσραήλ.
Ἐξ αὐτοῦ γὰρ γέγονεν ἡ τῶν πιστῶν ἀπαρχή. Τινὲς
δὲ περὶ τῶν ἐθνῶν καὶ τὸ δεύτερον ἐξέλαβον. Πῶς D
γὰρ *ἀκούσονται οἱ πόρρωθεν*; *ἐγγὺς* δηλονότι γε-
νόμενοι. *Καὶ μανθάνοντες αὐτοῦ τὴν ἰσχύν*, ἣν
ὑπὲρ Ἰσραὴλ θαυματουργῶν ἐπεδείξατο, οἳ καὶ πῶς
οἱ ἐν Σιὼν ἀπέστησαν γνώσονται. Κατὰ δὲ τὴν
ἑτέραν ἐξήγησιν, διαιρεῖ τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Ὧν οἱ
μὲν *ἤκουσαν*, οἱ δὲ ἀπώσαντο τυγχάνοντες ἄνομοι,
οὓς καὶ *λήψεται* τρόμος. Ἡ γὰρ τῶν ἐπενεχθέντων
πεῖρα κακῶν εἰς φόβον ἀρκεῖ, καὶ πρός τι [f] γνῶναι
τὸν ὑπ' αὐτῶν ὑβριζόμενον. Πρὸς οὓς καί φησι, *Τίς*
ἀναγγελεῖ ὑμῖν ὅτι πῦρ καίεται; περὶ οὗ ἔλεγεν,

tur, quod ad Dei sanctimoniam quidquam adjic- A
tur : sed ut orantis profectus indicetur eum *exal-*
tantis, cujus justum judicium non solum in scele-
ratos omnes, sed in Jerusalem appareat ; qui illam
non ad interitum, sed ad incolarum conversionem,
affligi voluerit : quo tempore *justitia* apud eos, ipsa-
que lex vigebat, ex qua populus ingentem veluti
thesaurum aliquem depromere poterat ; unde et ad
sapientiam et disciplinam proficerent, quæ *pietatem*
in Deum, et *justitiæ thesauros* solet procreare. Sed
cum ita se res habeant, hostium impetum non
timor ille, quo ipsos metuitis, sed quo vos illi
metuunt superabit ; et *pacem* per legatos a vobis
me procurante postulabunt, qui de illis evertendis,
deque eorum vobis tollendo jugo statuerim.

399 Neque enim sua sponte ipsi, sed me auctore B
vos adorti sunt ; qui id cum illis, veluti *fœdere*
quodam, sanxerim. Verum si me auxiliatorem habue-
ritis, eosdem facillime contempseritis. Deinde *luxit*
terra, ait, ut, loci nomine, ejus incolas, et pro ra-
tionis participibus, quæ sensu carent, ad pudorem
illis excitandum, assumeret ; quos suam alioquin
lugere calamitatem decebat. Loca deinde tanquam
congemiscere, et condolere, Apostoli rationem se-
cutus [80], fecit, in quibus Dei virtus reipsa palam
futura sit. *Erubescent* enim ipsa rerum conversione,
qui in Ægyptiis spes suas ita collocarunt, ut qui
Deo rejecto, a quo hostes tam facile superantur,
ab illis per legatos opem petiverint : cum Deum
CLXXXV millia hostium stravisse constet [81] ; quo- C
rum cadavera *igne combusta sunt*. At hi non aliter
quam igne domiti, suam ex his, quæ gesserunt,
amentiam confitebuntur.

VERS. 13-19. *Audient qui longe sunt, quæ ego feci,*
et scient, qui appropinquant, fortitudinem meam.
Recesserunt qui erant in Sion iniqui. Apprehendet tre-
mor impios. Quis annuntiabit vobis ignem urere?
Quis annuntiabit vobis locum æternum ? etc.

400 Deo quidem *appropinquavit* Israel, si mira- D
cula, et legem, cujus ei pædagogio opus fuit, aspe-
xeris. Ab eo autem gentes ipsæ, quæ creaturæ
serviebant, *longe* recesserunt. *Audierunt* tamen et
istæ, quod illi facere recusarunt. At eos *audient* et
illi etiam, inquit, qui *appropinquant*. Neque enim
universus periit Israel, ex quo fidelium primitias
constat prodiisse. Nonnulli tamen etiam secundum
ad gentes retulerunt. Nam qui *audient*, *qui longe*
sunt ? appropinquantes scilicet, *ejusque fortitudinem*
agnoscentes, quam Israelis nomine patrandis mira-
culis ostendit : qui etiam, quo pacto recesserunt,
qui erant in Sion agnoscent. Quod si aliam requiris
explicationem, facta Israelis distributione, alios
quidem *audisse*, alios autem, iniquos scilicet, quos
timor *apprehendet*, avertisse se significat. Sufficit
enim immissarum calamitatum sensus, ad eum, in

[80] Rom. VIII, 26. [81] IV Reg. XIX, 35 ; Isa. XXXVII, 36.

VARIÆ LECTIONES.

[f] γρ πρὸς τό.

Digitized by Google

quem contumeliose egerunt, agnoscendum. Ad hos rursus et ista diriguntur : *Quis renuntiabit vobis ignem urere?* Ille, inquam, de quo superius, ignis vos comburet, audivimus? Deinde *locum æternum* eum intelligit, qui Satanæ et angelis ejus præparatus est [83]. Si enim vera sunt Salvatoris verba : « Qui credit in Filium, vitam habet æternam : qui autem non credit, vitam non videbit; sed ira Domini manet super eum [84]. » De his sic et alicubi propheta : « Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur [85]. » Quis novit igitur, et ante nobis testatus est *æternum locum*, præter eum quemlibet, quem statim describens, prophetarum enim de *judicio* publice docuerunt, ut a futuris pœnis deinceps caveremus.

A ὅτι Πῦρ κατέδεται ὑμᾶς. *Τόπον* δέ φησι *τὸν αἰώνιον*, τὸν ἡτοιμασμένον τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. Κατὰ γὰρ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν, « Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Ὁ δὲ ἀπιθανῶν τῷ Υἱῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωήν· ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν. » Περὶ ὧν ἀλλαχοῦ φησιν ὁ προφήτης· « Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται. » Τίς οὖν ὁ εἰδὼς καὶ προμαρτυρόμενος ὑμῖν *τὸν αἰώνιον τόπον*; ἢ πᾶς, ὃν εὐθὺς ὑπογράφει, τὸν τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων σημαίνων χορόν; αὐτοὶ γὰρ ἐκήρυξαν περὶ *κρίσεως*, ὡς ἂν τὴν μέλλουσαν φυλαξώμεθα δίκην.

Qui talis est, *longe ab igne* remotus, *excelsam* B *inhabitabit speluncam petræ solidæ*. Pro quibus Symmachus, *ipse in excelsis requiescet. Tanquam circuitus petrarum altitudo ejus* : quibus vitæ philosophicæ, id est, quæ in contemplatione versatur, certitudinem sublimitatemque indicat ; quam qui sectatur, *pane et aqua cum fide* conjunctis vitæ hujus spatium exigens, finem tandem hujusmodi exercitationis, *regis visionem* consequetur, de qua ipse loqui propheta aggressus est in hunc modum : « Ecce rex justus regnabit, et principes cum judicio imperabunt [86]. » Est vero consentaneum, aiunt, Christum his verbis innui ; in quo, tanquam speluncæ aliqua, aut ovium stabulum, Ecclesia ipsa firma et stabilis intelligitur, juxta illud : « Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam [87]. » Cujus incolis, *panis* vitæ Christus a Patre, et *aqua* fidelis divini baptismatis, unde sumentibus omnis manat securitas, nunquam non suppeditantur. *Regem* deinde illi *intuebuntur* Dominum, qui etiam *terram* mansuetorum nondum adepti, ipsam mentis oculis in hac mortali vita Deum pie et sancte reveriti, *procul intuebuntur*. Sunt qui *procul* ad impios referant, dein *terram* quidem promissionis *visuros*, sed ea non potituros putant ; quippe qui *ardentem ignem sortiti*, suæ ipsi condemnationis metu, procul a terra rejecti torquebuntur. Eisdem porro quod malis doctoribus crediderint, ita exprobrat ; *Ubi sunt, qui litteram* legis tantum noverunt ? quos ita insectatur Salvator : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi [87]! » Ubinam illi, inquit, judicii die parebunt, qui assentando pessime discipulis consuluerunt ? Ita vero reddit Symmachus : *Qui numerat enutritos, populum impudentem. Non videbit populum gravem labiis, ut non audiat idioma linguæ ;* **402** *impudentes* appellans, quos doctrinis suis paverint, *qui populum gravem labiis non videbunt, imo ne audient quidem, idiomatis illius linguæ ignari*, de qua locutus superius dicebat : Et linguæ balbutientes statim discent loqui pacem. Si enim *altiloquum novissent, populus contemptus non audivissent.*

Ὁ δὲ τοιοῦτος *πόρρω* γεγονὼς *τοῦ πυρὸς*, *ἐν ὑψηλῷ κατοικήσει σπηλαίῳ καὶ ἐπὶ πέτρας ἰσχυρᾶς*. Κατὰ δὲ Σύμμαχον, Αὐτὸς *ἐν ὑψηλοῖς κατασκηνώσει*. *Ὡς περιοχαὶ πετρῶν τὸ ὕψος αὐτοῦ*. Τοῦ φιλοσόφου δὲ βίου τὸ ἀσφαλές τε καὶ τὸ ὕψος δηλοῖ, ὃν τις μετιὼν *ἄρτῳ καὶ ὕδατι μετὰ πίστεως* τὴν παροῦσαν διανύσας ζωήν, τέλος ἕξει τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως *τοῦ βασιλέως τὴν θέαν*. Περὶ οὗ προεφήτευεν, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ, « Ἰδοὺ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσιν. » Εἰκὸς δέ φασι, καὶ Χριστὸν οὕτως εἰρῆσθαι, ἐν ᾧ, καθάπερ τι σπήλαιον ἢ προβάτων σηκὸς ἡ Ἐκκλησία νοεῖται τὸ πάγιον ἔχουσα, κατὰ τό· « Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, » ἣν τοῖς οἰκοῦσιν *ἄρτος* δίδοται ζωῆς ὁ Χριστὸς παρὰ τοῦ Πατέρος, καὶ πιστὸν *ὕδωρ* τὸ τοῦ θείου βαπτίσματος, ἐξ ὧν ἡ πᾶσα τοῖς λαβοῦσιν ἀσφάλεια. Καὶ *τὸν βασιλέα κατόψονται* Κύριον, οἳ καὶ μήπω λαβόντες τῶν πραέων *τὴν γῆν*, *πόρρωθεν* αὐτὴν ὄμμασι διανοίας ἐκ τοῦ παρόντος *ὄψονται* βίου, τοῦ Θεοῦ τὸν φόβον διὰ μελέτης ποιούμενοι. Τινὲς δὲ περὶ τῶν ἀνόμων ἐξέλαβον τὸ *πόρρωθεν*, αὐτοὺς *τὴν γῆν* τῆς ἐπαγγελίας *ἰδεῖν* οὐκ ἐν αὐτῇ γενησομένους, τὸ δὲ *καιόμενον ἔχοντας πῦρ*, οἳ καὶ τῆς ἑαυτῶν κατακρίσεως ἐν φόβῳ γενήσονται μακρὰν ἀπορριφέντες ἐκείνης τῆς γῆς. Οἷς ὀνειδίζων, ὅτι κακοῖς διδασκάλοις ἐπείθοντο, φησί· *Ποῦ οἱ τὸ γράμμα* μόνον εἰδότες τοῦ νόμου ; Πρὸς οὓς ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί! » Ποῦ γὰρ οὗτοι φανήσονται, φησὶν, ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ἀντὶ συμβουλῆς ἀγαθῆς τοὺς μαθητὰς κολακεύσαντες; Ὁ δὲ Σύμμαχος ἐξέδωκεν· *Ὁ ἀριθμῶν τοὺς ἐκτετραμμένους, τὸν λαὸν τὸν ἀναιδῆ. Οὐκ ὄψει λαὸν βαρὺν χείλεσιν, ὥστε μὴ ἀκούειν διάλεκτον γλώσσης.* Ἀναιδεῖς καλῶν τοὺς ταῖς αὐτῶν διδασκαλίαις ἐκτεθραμμένους, *οἳ οὐκ ὄψονται τὸν βαρὺν λαὸν τοῖς χείλεσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἀκούσουσιν, ἀσύνετοι ὄντες διαλέκτου γλώττης*, περὶ ἧς ἔφασκε· Καὶ αἱ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι ταχὺ μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην. Εἰ γὰρ *εἶδον τὸν βαθύφωνον*, *οὐκ ἂν ἤκουσαν λαὸς πεφαυλισμένος.*

[83] Matth. xxv, 41. [84] Joan. III, 36. [85] Isa. LXVI, 24. [86] Isa. XXXII, 1. [87] Matth. XVI, 18. [87] Matth. XXIII, 15.

Digitized by Google

